

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01155099 3



PROPERTY OF
THE REGISTRAR'S OFFICE
UNIVERSITY OF TORONTO



SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HUMPHREDUM MILFORD



T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECOGNOVIT
BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

W. M. LINDSAY

IN VNIVERSITATE ANDREANA LITTERARVM HVMANIORVM PROFESSOR

TOMVS I .

AMPHITRVO ASINARIA AVLVLARIA BACCHIDES
CAPTIVI CASINA CISTELLARIA CVRCVLIO
EPIDICVS MENAECMI MERCATOR


OXONII

E. TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

OXONII

Excudebat Joannes Johnson

Architypographus academicus



FIRST PUBLISHED 1904
REPRINTED 1910, 1923, 1929, 1936
PRINTED IN GREAT BRITAIN

PRAEFATIO

Ivssvs a Delegatis Preli Clarendoniani textum fabularum Plautinarum edendum curare ab optimo codicum testimonio quam proxime remotum, orthographia quantum fieri posset eadem et adnotatione quam brevissima instructum, hanc mihi legem statui ut in consensu (*AP*) Ambrosiani codicis (*A*) cum Palatina quam vocant recensione (*P*) optimum illud testimonium quaererem, a quo nunquam fere discederem, nisi mihi persuasissem in eundem errorem et hunc et illum scribam incidisse. In adnotatione autem conscribenda illud mihi proposui ut, siquam alterutrius recensionis lectionem aut siquam vel scribarum vel doctorum virorum coniecturam veri similem reiecissem, ea in ima paginae margine locum haberet. Nec vero necesse habui omnium codicum, ne praecipuorum quidem, qui adhuc recensionem Palatinam exhibent singulas enumerare lectiones; eo enim provecta est eorum codicum investigatio ut cum archetypis libris potius qui perierunt quam cum ipsis qui extant sit agendum. Quos quidem archetypos libros per octo fabulas priores (Amph. Asin. Aul. Capt. Curc. Cas. Cist. Epid.) his siglis denotavi:

P^E, librum unde derivati sunt *E* (cod. Ambrosianus I 257 inf., saec. xii exeuntis, qui continet omnes octo), *V* (cod. Leidensis Vossianus Q 30, saec. xii ineuntis, qui continet easdem, omissis Amph., Asin., Aul. 1-189, Epid. 245-fin.), necnon duo e depravato exemplari (**P^J**) descripti codices ¹, *J* (cod. Londinensis musei Britannici Reg. 15 C XI, saec. xii ineuntis, qui continet omnes octo), *O* (fragmentum Otto-

¹ Etiam correctiones (*V*²) in codice *V* ex hoc fonte provenerunt.

PRAEFATIO

bonianum Vaticanum misc. Lat. 687, saec. xiⁱ, qui continet Capt. 400-555);

P^{BD}, unde derivati sunt et liber modo memoratus (*P^E*) et prima pars duorum maioris momenti codicum, *D* (cod. Vaticani 3870, saec. xi-xiⁱ, qui continet Amph., Asin., Aul., Capt. 1-503 cum duodecim fabulis posterioribus), *B* (cod. Palatini 1612, saec. xi-xiⁱ, qui continet octo fabulas priores cum duodecim posterioribus). Per ceteras autem fabulas, duodecim posteriores quas vocant, denotavi siglis :

P^{CD}, librum unde descripti sunt *C* (cod. Palatinus Heidelbergensis 1613, saec. xi-xiⁱ, qui¹ continet omnes duodecim fabulas) et codicis *D* pars altera ;

P^{BC}, librum unde descripti sunt et liber modo memoratus (*P^{CD}*) et codicis *B* pars altera. Cum autem siglo **P** soleant viri docti eas lectiones denotare quae, collatis inter se perpensisque singulis codicibus, verissimum recensiois Palatinae exemplum praebere iudicantur, mihi quoque religio fuit eo siglo non aliter uti. Itaque plerumque nil nisi siglum '*P*' (aut, si *A* deest, '*cod.*') appositum reperies, cum id egerim ut nil nisi optimum testimonium recensiois Palatinae (*P*) contra testimonium Ambrosiani palimpsesti (*A*) opponerem. Nequis tamen mihi id obiciat quod contra verum librum (*A*) imaginem quandam libri opposuerim. Nam per plerasque fabulas credo siglo *P* verum librum indicari, illud Teutonicum ex codice (**P^A**) perantiquo (saec. iii-v fortasse) et scriptura quam vocant rustica capitali confecto descriptum (saec. viii-x) archetypum² ex quo omnes supra memorati codices emanaverunt ; per eas tamen

¹ Nuper phototypice expressus Leidae.

² Librum eum cuius auxilio lectiones codicis *B* correctae sunt (*B³*) quoties ab eo discrepaverunt et codicis *P^{BD}* parentem fuisse suspicor et priorem codicis *P^{BC}* partem ; archetypum igitur illud Teutonicum nihil aliud fuisse quam ipsum hoc volumen cuius pars prior esset fons correctionum (*B³*) et cuius pars altera esset codex *P^{BC}*.

PRAEFATIO

fabulas vel potius fabularum partes (Bacch. 35-80, 570-650, 810-900, Pers., Poen., Pseud. 730-fin., Rud. init.-790) in quibus lectiones deperditi codicis Turnebi (*T*) nuper repertae in bibliotheca Bodleiana praesto sunt antiquius testimonium huius recensiois habemus, nam ex consensu codicis *T* cum ceteris codicibus lectiones ipsius illius proarchetypi (*P*^v) indagare possumus; unde fit ut siglo *P* (vel 'cod.') in his fabulis non modo archetypi (unde *BCDEVJO* et correctiones *B*³) sed etiam proarchetypi (unde etiam *T*) lectiones denotentur.

Siquis autem pleniorum lectionum et coniecturarum narrationem requirit, ad maiores editiones, sive eam quam paravit Leo (ap. Weidmann., Berolini, 1895-6) sive eam quam Goetz, Loewe, Schoell (ap. Teubner., Lipsiae, 1881-94), se convertat. Hac enim in adnotatione neque scaenarum titulis¹ (quorum sane maxima pars perantiqua vix esse potest) neque personarum notis (quae in codice *A* evanuerunt, in ceteris saepe temere sunt dispositae) neque versuum lyricorum (nisi in *AT*) divisionibus neque discrepantiis iis levioribus quae ad orthographiam solam spectant (ut *oppinor* pro *opinor*, *etquis* pro *ecquis*, *philopolemeus* pro *Philopolemus*) locum dedi. Neque Plautinas apud grammaticos citationes omnes recipere potui, sed tantummodo eas quae aliquid novi et pretiosi adferre videbantur².

¹ Scaenarum divisiones et tituli quam saepe plus incommodi legentibus (e.g. Men. V. iii, iv) quam commodi afferant exposuit Leo (*Plaut. Forsch.* 14 n.), qui in editione sua textum per actus singulos continuum exhibuit. Quod quidem in hac editione libenter fecissem nisi mihi alia libri forma praescripta esset.

² Cavendum sane est ne temerariis apud grammaticos citationibus nimia fides tribuatur. Nihilominus vellem, si licuisset, plures earum quae simul codices nostros et huius editionis textum confirmant admittere; nam consensus grammatici alicuius cum alterutra recensione fere tantum auctoritatis habet quantum consensus duarum recensioneum (*AP*) neque sine gravi causa contemni debet (e.g. Men. 98).

PRAEFATIO

Quod vero iussus sum iuvenum studiosorum causa orthographiam exaequare, placuit per omnes fabulas orthographiam eam, quam ex optimo testimonio codicum in posterioribus fabulis expiscari possumus, etiam per ceteras fabulas continuare. Ea enim ratio in huiusmodi editione fortasse melior est quam per octo priores exaequatam in scriptorio¹ nescioquo medii aevi sequi. Itaque scripsi semper *caussa, quoi, opsecro, optineo, maxumus, optimum* (sed *minimus*), similia; sicubi autem varietas orthographiae apparuit, ut in *aio* et *aiio, quoius* (genetivo casu) et *quoiuus*, aut codicum scripturam secutus sum (*aio* Capt. 710, *aiio* Cas. 71) aut arripui occasionem lectoribus consulendi et varietate orthographica prosodicam varietatem designavi. Scito igitur scriptura usitata *quoius* usitatam genetivi prosodiam² exprimi, scriptura *quoiuus* trochaicam; porro *immutatum* 'mutatum' significare, *immutatum* 'non mutatum.' Formas tamen aut nimis incognitas (v. g. *quomqueneiscam* pro *conquiniscam* Cist. 657) aut ambiguas (v. g. *quom* praepositionem, *quit* et *nequit* pro *quid* et *nequid*, *perierat* pro *pei(i)erat, ei* pro *i* longa in *ei* imperativo, *aureis* acc. plur., *deicere*) malui aut tacitus abicere aut, siquae dignae quae memorarentur videbantur, e textu in adnotationem relegare; nam in huiusmodi editione plus valere visum est lectorum commodum quam severa aut constantia³ aut traditae scripturae conservatio. Verborum etiam divisionem ad metri explicationem conformavi, ut *sī quidem*⁴ et *siquidem, tū quidem* et *tūquidem*,

¹ Cf. ad Asin. 589, 593. Vestigia antiquitatis raro in hac parte nisi per inscitiam servata, ut illud *quo iusserat* (Capt. 887) pro *quoius erat*, cum corrector ille (*B*³) antiquae orthographiae incuriosus esset.

² Seu monosyllabicam 'quoius' seu bibrevem 'quōyūs.' Nam grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.

³ *Vaco* semper scripsi, sed in Cas. 527 non potui non scribere *vocent*: Fac habeant linguam tuae aedes. Quid ita? Quom ueniam, uocent.

⁴ Disiunctam scripturam, utpote magis usitatam, servavi sicubi dubitatio extare videbatur.

PRAEFATIO

mē quidem et mēquidem. Necnon per huiusmodi scripturas metrum facilius cognitu reddidi: *erū' noster*¹ pro *erūs noster*, *tuō dominus* pro *tuōs dominus*, *nemp'* et *perq'* pro *nempe* et *perque* monosyllabice pronuntiat²; et apicibus supra posit³ metrum indicavi quoties obscurum erat, ut in hoc versu (Rud. 459):

Voluptátem inesse tantam. Ut hanc traxi lubens!
(ubi apice significavi versum ab anapaesto, non ab iambo incipere), nam altera syllaba eiusmodi vocabulorum³ in cotidiano sermone modo longa (*volūptatem*) modo brevis (*volūptatem*) audiri solita; aut in versu hianti⁴, ut Cas. 724 (anap. octonar.):

Bone uir, salue. Fateor. Quid fit? Tu amás, ego
éssurio et sitio.

His subsidiis ad metrum intellegendum adiutus facile patieris, lector benevole, me in hac editione metricum quem vocant ictum non continuo apicum usu indicavisse. Nolui

¹ Commodius illud quidem interdum quam verius. Nam in versu tali (Capt. 163):

opūs Túrdetanis, ópūst Ficedulénsibus
quis affirmare audebit prioris et posterioris disyllabi prosodiam diversa ratione extitisse? Quis versum Capt. 826 a spondeo incipere?

² Servavi tamen usitatam scripturam in *audin* pro *audisne* et ante consonantem *ac* pro *atque*, *nec* pro *neque*, similibus. Verbum scripsi *in'* (pro *isne*), praepositionem *in*.

³ Si tamen vel nunquam vel raro diversitas pronuntiationis audiebatur, non erat cur apices adhiberem, ut in his: *volūptas mea, enim (vero), satín (tutus), volō scire, apūd (templum, Philippus (aureus))*. Quemadmodum enim in Martialis temporibus *smaragdus* brevem alteram syllabam in cotidiano sermone habebat, sic in Plautino aevo *Philippus*, quae breviatio sine dubio ex primae syllabae accentu (*σμάραγδος, Φίλιππος*) orta est. Illud etiam monendum me, sicubi dubitatio extitit aut extare posse visa, plerumque apices apponere noluisse, v.g. in Amph. 949, qui quidem versus me iudice sic scandi debet: ego istuc curabo. | évocate huc Sósiam (cf. Cas. 781 et 786).

⁴ De hiatu Plautino ut nulla alia de re valde dissentiunt docti. Nam in versu supra dicto quamvis omnes priorem hiatum agnoscant, non

enim aliam ac Graecis comoediis speciem Latinis imponere ; simul mihi persuasum habui illos apices in causa fuisse cur plurimi docti perperam¹ de ictu metrico Plautino sentirent. Eo autem minus dubitavi molestos illos apices ab hac editione abicere neque nisi ad salebras (non dico corruptelas) in textu indicandas² adhibere, quia per amplissima Schemata Metrorum in utriusque voluminis fine addita satis lucide metra difficiliora expeditivisse mihi videbar.

Illud magis dubitationem attulit quoniam iure novae editioni fabularum Plautinarum locum vindicarem. Nam

tamen omnes posteriorem. Equidem quid sentiam plene alibi (' Journ. Phil.' 27, 200) exposui. Scito igitur me in textu huius editionis apicibus appositis hiatum meo iudicio legitimum significare, linea autem recta hiatum aut omnino falsum aut suspectum. Etiam hac in re continuam et disiunctam verborum scripturam ad varietatem prosodicam adhibui ; v. g. *circumit* (vel *circuit*) habet tres syllabas, *circum* et duas, *introeo* quattuor, *intro eo* tres. In locutionibus *flagitium hominis, ita me di ament*, similibus, quae semper in versibus Plautinis (et nimirum in sermone eius aevi cotidiano) hiatum exhibent, non erat cur apices adhiberem ; nec magis in Argumentis quae dicuntur acrostichis in quibus hiatus in usu est. Etiam in prologis, qui non semper Plautini sunt, et hiatus et alia quae Plautus ipse detrectasset sunt fortasse toleranda (cf. ad Cas. prol. 23, Cist. arg. 10, Amph. arg. I 7), unde fit ut in prologis apicem ibi saepe adhibuerim ubi in reliqua fabula linea illa recta adhibita esset.

¹ Sunt enim hodie (credite posteri!) qui serio affirmant tantam vim fuisse ictus metrici ut in versu Plautino (non tamen in cotidiano aevi Plautini sermone) potuerit 'amīca' ex *amīca* fieri (Stich. 700), 'abīre' ex *abīre* (Trin. 983), 'venīre' ex *venīre* (Truc. 504), 'duōbus' ex *duōbus* (Cas. 1011, Mil. 290), 'deōrum,' 'deārum,' 'duōrum' ex *deōrum, deārum, duōrum* (Mil. 736, Pseud. 5), 'eāmus' ex *eāmus* (Men. 387), 'diēbus' ex *diēbus* (Poen. 1207). Pudet plura proferre. Ubi cumque enim syllaba brevis in versu Plautino apparet, credere videntur Plautum potuisse eam syllabam 'sub ictu metrico ponere' (sic enim loqui solent) ut sequens syllaba ex longa fieret brevis. Vide ea quae scripsi alibi (Berl. Phil. Woch. 22, 842) de hac prosōdia quam pérōdit Musa, inámōēna, pérhōrrida, inútili.

² Unde etiam hoc commodum habes ut facile intellegas quo spectent coniecturae virorum doctorum in adnotatione memoratae.

PRAEFATIO

quamvis nullus annus, ne mensis quidem, hoc tempore praeterire possit quin novi aliquid his studiis conferatur et lectiones codicis Turnebi nuper repertae mirum quantum de proarchetypo Palatinae recensiois docuerint, tamen editiones Teubneriana et Weidmanniana non eiusmodi sunt ut facilem locum tertiae relinquunt. Re igitur diu perspecta placuit denique ut in hac editione Palaeographiam arcessem Philologiae adiutricem, praesertim cum haud ita pridem in libello Londinii edito ('Introduction to Latin Textual Emendation, based on the Text of Plautus,' Macmillan, 1896) usitatas in codicibus Plautinis corruptelas congesissem et earum causas enarrassem; visumque est hac ratione fortasse textus Plautini emendationem nonnihil provectum iri. Optimum enim illud Cobeti: 'est in codicibus . . . quaedam peccandi velut constantia solentque τὰ αὐτὰ περὶ τὰ αὐτὰ ἀμαρτάνειν, et quo quis plura de genere hoc aut ipse reppererit aut ab aliquo reperta in promptu habeat, eo ad verum inveniendum accedit paratior.' Utinam mehercule vel omnes vel pleraeque scriptorum antiquorum editiones suum quaeque socium libellum haberent, in quo plenius quam intra paucarum praefationis paginarum spatium fieri potest enarraretur quas vicissitudines ea scripta experta essent, quot et quales scripturae formas identidem induissent, quantas a monasticis aut correctoribus aut scribis seu consilio seu casu mutationes accepissent; facilius enim, ni fallor, et certius corruptelae emendarentur. Sed de aliis scriptoribus alii editores viderint. Plautinus sane textus tam simplicem tamque cognitu facilem viam secutus est ut et possimus et debeamus semper ob oculos ponere quibus erroribus correctores, quibus scribae identidem maxime obnoxii fuerint¹. Verbi gratia liceat mihi hic semel monere, ne in adnotatione iteratio nimia sit, scribam nescioquem

¹ Quos errores in libello meo sic disposui ut in capite primo eos tractaverim qui ex prava emendatione orti sunt, in cap. II^o ex trans-

Palatinae recensiois solitum esse formas *amatust, amatast* ita mutare ut verus ordo saepenumero sit turbatus (v. g. Cas. 620 nostrast domo] nostra domo est *P*; Cas. 878 puditumst umquam] puditum umquam est *P*); unde liquebit nullam fidem Palatinae recensioi contra auctoritatem Ambrosiani dandam in Cist. 120 et similibus. Neque ii lectores qui in vv. 556, 567 Trinummi fabulae scribam Palatinum bis in eundem errorem lapsum deprehenderunt (*dixisti* pro *dixti*) dubitabunt eum eiusdem erroris in v. 602 condemnare et versum sic refingere :

quómodo tu istuc, Stásime, dixti (*dixisti* *P*), nóstrum erilem
filium ?

Sed de hac ratione emendandi alibi ('Journ. Phil.' 26, 290) dixi¹. Hic satis est profiteri me Palaeographiae arbitrio saepenumero reliquisse optionem inter magnam illam conjecturarum turbam quam in editione Teubneriana maiori reperies, ita ut ei lectioni inter pares palmam dederim quae facillime ex usitatis scribarum nostrorum erroribus eam quae in codicibus apparet formam accipere potuerit².

positionibus, in III^o ex omissionibus, in IV^o ex additamentis, in V^o ex confusis inter se similibus vocabulis, in VI^o ex formis litterarum, in VII^o ex formis abbreviationum vel compendiorum scripturae. Quod quidem eorum causa dico qui rem palaeographicam longius persequi nolunt. Nam in adnotatione identidem citavi hanc vel illam particulam huius vel illius capitis; velut ad Aul. 659 intro] 'hinc intro *cod.* iv. 3)' numeri intra uncinos inclusi spectant ad capitis quarti tertiam particulam, ubi narratur scribas solitos esse vocabulum in exemplari praepropere legere, perperam describere, tum cognito statim errore vocabulum perperam descriptum relinquere, recte descriptum iuxta ponere. Siquis igitur totam rem explicari vult, ad libellum se convertat; si noluerit has quisquillas persequi, satis erit cognoscere errorem ex prava vocabuli adiectione ortum.

¹ [Post haec scripta nunc addo me in libello ('Ancient Editions of Plautus' Parker., Oxon., 1903) mox prodituro plenius totam rem tractavisse et de plurimorum locorum (quorum index in fine libelli est) lectionibus disputasse.]

² Siqua igitur libelli mei in adnotatione citatio supervacanea primo

PRAEFATIO

Quod vero ad codicum lectiones attinet, adhibui maximam partem copias ab aliis congestas, Studemundi apographum, Lindskogii opusculum de correctionibus Codicis Veteris (*B*), Teubnerianae editionis apparatus. Ipse tamen locos plurimos, de quibus dubitavi, in omnibus codicibus (praeter *A*) inspexi. Multa etiam et utilia praesertim de correctionibus (*B*³) Codicis Veteris me amicissime docuit FERDINANDVS NOVGARETVS, qui plures dies in eo codice perscrutando consumpsit quam aliquis alius horas. Ei igitur hic illic dissentienti aut de Lindskogii aut de meo ipsius iudicio nunquam non fidem habui. Gratias etiam ago et debeo custodibus harum bibliothecarum, Leidensis, Ambrosianae, Vaticanae, propter operam gratissimam non semel modo mihi praebitam.

Denique, quod gravissimum est, monitum te velim, lector benevole, ut versus Plautinos ita recites quemadmodum recitari debent, ne suavitatis 'numerorum innumerorum' iacturam facias. Curandum igitur ut litteras, praesertim vocales, vere et Latine enunties, cum Plautus non raro assonatione fere Celtica gaudeat, ut in Amph. 1042 (trich. septenar.):

iam ad rēgem rēcta me ducam rēsque ut facta est eloquar. Illud etiam semper animadvertendum quam bene quadret Plautinorum versuum rhythmus ad rhythmum illum cotidiani sermonis, qui per varietatem sonorum effici solet, dum alia summissiore, alia altiore voce enuntiamus. Scilicet Ritschelii sententia et notissima et verissima est, in versibus nostri poetae 'cum quantitatis severitate summam accentus¹ ob-

aspectu videbitur, crede me quasi argumentum proferre cur lectionem quae in textu est aliis coniecturis praetulerim.

¹ Nescire profecto nonnulli videntur accentum Latinum aequae ac Graecum (ne de aliis dicam) non semper eundem in eodem vocabulo manere sed variari secundum partes quas id vocabulum in sententia agat. Quemadmodum enim Graecae praepositionis *πρός* non semper

ervationem, quoad fieri posset conciliatam esse'; itaque ictum quem vocant metricum plerumque in ea vocabula quae *ἔμφασιν* habent incidere, ut in Men. 1076 :

tú erus es, tu séruom quaere, tú salueto, tú uale ;
in Asin. 772 :

abs téd accipiat, tibi propinet, tú bibas¹.

Porro diversa vis pronominum non solum ex ictu metrico sed etiam ex ipsis formis haud scio an cognoscenda sit, ita ut inter *mi* et *mihī*, *eī* et *ēī*, *huic* et *huic*, *eius* (*huius*, *quoniam*) et *eius* (*huius*, *quoniam*) easdem variae significationis subtilitates quae sunt inter varias in linguis Romanicis pronominum formas elucere credamus ; fortasse etiam inter citius loquendi genus, *opust*, etc., et lentius, *opus est* ; quamvis fatendum sit mediū aevi scribas eiusmodi rerum maximam partem pessum dedisse. Velim tamen mecum credas Plautini aevi sermoni cotidiano versus Plautinos tanquam imaginem resonare.

W. M. LINDSAY.

Dabam Andraepoli,

MCMIII

idem accentus manet, v. g. *πρός με*, *πρός πόλιν*, sic Latinae *apud* accentus variatur, v. g. *apud me*, *apud templum*. Neque solum Graecae voces encliticae sed etiam Latinae accentum accipere solent quoties aut per se ipsae *ἔμφασιν* habent (v. g. *non ego sed tu fecisti*) aut ante aliam vocem encliticam stant (v. g. *ego illum vidi*).

¹ Etiam tum ubi non potuit Plautus ictum metricum cum accentu conciliare, credo vocem eam quae *ἔμφασιν* habet propria prosodia enotari solere. Ut enim in Men. 389 *tibi*, quod et in sententia accentum et in versu ictum metricum habet, etiam hiatu quem vocant prosodico distinguitur :

tibi | et parasitō tuo,

sic credo in Rud. 540 versum ab anapaesto non ab iambo incepisse :

tibi | aúscultai, tú promittebás mihi,

et in Asin. 781 *deam* similiter disyllabice enuntiatum esse :

deam | inuocet sibi quám Iubebit própítiam,

deum nullum.

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN ADNOTATIONE CRITICA

Occasionem nactus, dum novum examen ex alveari typographico emittitur, pauca in fabulis ipsis, aliquot in adnotatione aut correxi aut addidi; plura hic indicavi quae in adnotatione aut corrigenda videntur aut addenda.

W. M. LINDSAY.

Anno MCMX, ex Universitate Andreana.]

- AMPH. 55 PRO *displicet* LEG. *displicet*; sed cf. Radford (*Trans. Amer. Phil. Ass.* 35, 47)
- 96 ADD. *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 52)
- 146 POST *Ritschl* ADD. (cf. ad *Most.* 901)
- 167 ADD. 167 *vel* *mage*
- 180 ADD. *uerna*] cf. *Class. Rev.* 19, 109
- 209 ADD. 209 cf. *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 65)
- 234 PRO *D*¹ LEG. *D*¹*J*
- 276 POST *iambicus* ADD. (sed cf. *Wessner ad loc.*)
- 301 ANTE *multo* ADD. *vel* *mage*
- 309 ADD. : *quisque ho, huc Ahlberg* '*Procelcuscum.*' p. 82
- 315 ADD. *pessumumst* (*Ital.*) *Facinus n. f. malam*; *male d. m. Lindström* '*Comm. Plaut.*' 1
- 321 ADD. : *fort.* {*ei*}, *ei*
- 507 POST *Bothe* ADD. , *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 214)
- 537 ADD. (*neglegens citatio?*)
- 565 ADD. 565 *vel* *ludificare*
- 571 ADD. 571 *rogas me* (*cum J*¹) *Scyffert, Morris* ('*Sentence Question*', p. 65)
- 574 LEG. *Hic homo Luchs* (*usitatus ordo*) *vel* *opino*
- 595 ADD. *vel* *mage* (*etiam* 596)
- 638 LEG. *mei delevi* (*iv.* 3)
- 675 ANTE *mc* ADD. *vel* *mage*
- 768 ADD. 768 *vel* *istanc*
- 828 ADD. *mirumst nimis Guictus*
- 838 POST *Lachmann* ADD. : {*ut*} in *Hey* ('*Festschr. hist.-phil. Vereins d. Univ. München*')
- 856 ADD. : *mis* (*cum intus est*) *Anatucci* (*v.* 3)
- 892 ADD. 892 cf. *Thulin de coni.* p. 8
- 990 ADD. 990 *vel* *mage*
- FRAG. I POST *cruciatum codd.* ADD. *mact. exuo mast. aliquot codd., unde mact. ; exito, mast. L. Mueller*
- 1040 POST *Gruterus* ADD. (cf. *Sjögren* '*Fut. im Alllat.*' p. 82)
- 1041 ADD. *ludificauit tuetur Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 165)

T. MACCI PLAVTI

- 1060 POST *Redslob* ADD. , *sed cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*'
p. 122)
1107 ADD. 1107 *vel* *mage*
1135 ADD. 1135 *us. Al. Leo* ('*Forschungen*', p. 322)

- ASIN. 51 POST *amat Lorenz* ADD. , *sed cf. Gaffiot* ('*Subjonctif de Subordination*', p. 191)
85 LEG. *tua* (suom) *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 383)
100 LEG. 100 *Aut r. ia. in me. u. ma. Havet* (*Rev. Phil.* 28, 136) (*malim u. in me. ma.*)
109 ADD. 109 *ecce*] *deice Havet* (*Rev. Phil.* 29, 183)
119 ADD. 119 *vel* *mage*
I ii ADD. SC. ii ARG] *DIABOLVS Havet* (*Rev. Phil.* 29, 94)
168 ADD. , *quod tuctur Gaffiot* ('*Subjonctif de Subordination*' p. 8)
244 ADD. 244 *vel* *ni* (*cf. Havet, Rev. Phil.* 29, 191)
263 POST *auspicii cod.* : ADD. *auspiciu pici Havet* (*Rev. Phil.* 29, 193) :
275 ADD. : *op. tu li. Fleckeisen* (*cf. ad Men.* 525)
366 DEL. *promissam cod.* :
395 ADD. , *sed cf. Gaffiot* ('*Subjonctif de Subordination*', p. 153)
405 PRO (*cf. 403*) LEG. (*cf. 403 ; ad Mil.* 897)
435 PRO *ille sit cod.* (i 7. 2) LEG. *ille* (*i. e. ill'?* *sit cod.* (i 7. 2), *quod tuctur* (?) *Thulin* ('*de coniunct.*', p. 43)
506 ADD. 506 *pietatem Mueller* ('*Nom., Akk. im Lat.*', p. 17)
540 ADD. 540 *ouipilio Seyffert*
599 LEG. *fort. uidelicet interd.*
632 POST *Camerarius* ADD. (*cf. Class. Rev.* 19, 109)
689 ADD. 689 *vel* *mage*
699 ADD. *speras Mueller* ('*Nachträge*', p. 121)
782 ADD. 782 *vel* *mage*
814 ADD. *obicias suspectum* (*cf. Exon in Hermath.* 13, 129)
827 ADD. 827 *vel* *ted*
835 ADD. , *sed cf. Leo anal. Plaut.* 1, 7
941 ADD. , *sed vide Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 240 : i tu *Specht de inmo particula*, p. 25)

- AUL. 65 ANTE *sitne* ADD. *vel* *uti u.*
157 ADD. 157 *dare del. Havet, nam legibu' quam displicet*
315 ADD. ; *sed cf. Sjögren part. cop.* p. 61
317 LEG. *deplorabundus (quod testatur) uenit Nonius* 509 :
plorabundus deuenit cod., favente allitteratione
363 ADD. 363 *intus uisam Leo* (?)
390 ADD. (*cf. Heckmann, Indog. Forsch.* 18, 313)
392 ADD. : *vix hercule.*
405 POST *testatur* ADD. (*cf. Sjögren* '*Fut. im Alllat.*' p. 7)
432 POST *Goetz* ADD. (*cum uoló*) PRO *mea cod.* : *corr. Camerarius* LEG. *mean Camerarius* : *mea cod.*
445 ADD. 445 *iamiam Harius* : *iam cod.* (uti) *te Goetz*

ADDENDA ET CORRIGENDA

- 562 ADD. curiosam *et* (v. 563) curio ad κουριώσαν *et* κουριῶν
acutissime refert Prescott Class. Phil. 2, 335)
- 570 ADD. *vix* hercule
- 643 PRO *Langen* LEG. *Langen, Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*'
p. 200)
- 696 ADD. 696 sequar *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' *p. 23)*
- 718 ADD. , quod tuetur *Gaffiot* ('*Subjonctif de Subordina-*
tion', *p. 61)*
- 791 LEG. 791 Quom *Bothe* '*immo quum, antiqua forma, Journ.*
Phil. 26, 280), *sed cf. Thulin* '*de coniuict.*', *p. 160*
- 802 ADD. sequar *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' *p. 23)*
- 810 ADD. 810 *vel* mage
- 811 ADD. , *fort. recte* (*cf. Bosscher de Curc. p. 30)*

BACCH. FRAGMENTA V ADD. *fort. s. lactest* l. s.

- X PRO *Mercerus* LEG. *Mercerus, Seyffert*
- XIV DEL. *fort. te* consequit
- 22 LEG. 22 aññ *cod. (i. e. -nos)*. *Cf. Berl. Phil. Woch. 28,*
895.
- 37 ANTE mihi ADD. *vel* mage
- 41 ADD. , *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' *p. 117)*
- 60 ADD. 60 *et suspectum*; *cf. Niemoeller de ipsc et idem,*
p. 53, Hodgman (Class. Rev. 17, 298)
- 97-98 ADD. 97-98 *Bacchidi continuat Ital.*
- 99 ADD. 99 *Pt. at . . . sine Hal.*
- 123 ADD. *put. codd. Pauli Fest. 217 M., quod tuetur Bue-*
cheler (Rhein. Mus. 35, 530)
- 146 ADD. : i tu horsum *Seyffert, Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*'
p. 200)
- 156 ADD. 156 *vel* mage
- 205 ADD. *vix* proxume; *cf. Heckmann (Indog. Forsch. 18,*
314)
- 211 ADD. *vix* hercule
- 266 ADD. non] *vóθov Skutsch*
- 278 DEL. : domum *cod. . . . Trin. 841)*
- 298 ADD. 298 *eo del. Mueller (iv. 3)*
- 310 ADD. 310 tanta *Havet (cf. ad Men. 680)*
- 332 ADD. , *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' *p. 113)*
- 369 ADD. ; *sed cf. Gaffiot* ('*Subjonctif de Subordination*',
p. 82)
- 412 ADD. 412 *vel* ted (*cf. ad Men. 1022)*
- 453 PRO *vix* Pist. . . . *Goetz* LEG. *Pistocleri] optumus (gloss.*
marg. inculcata Niemeyer (Liter. Centralbl. 1905,
p. 352)
- 463 DEL. : malum *cod. (i. 3)*
- 472 ANTE esse ADD. *fort.* (*hic?*) unde, nam ubi ea mül. *placet*
- 478 PRO auscultantem in gremio *A* LEG. auscultantem *A*
in gr. o. P
- 496 ADD. *cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' *p. 236, p. 241)*

- 518 ANTE tum ADD. blandiri *om. P*: fieri *Havet* (*Rev. Phil.* 28, 140) nihilo *vix ferendum*
 ADD. *fort. plur'* (*i. e. plure*)
- 530 PRO ⟨meo⟩ omne *Ritschl* LEG. ⟨meo⟩ omne *Ritschl*:
 ⟨omne,⟩ omne *Havet* (*Rev. Phil.* 28, 142)
- 551 POST inconciliare *cod.* ADD. (*quod tuctur Morris Amer.*
Journ. Phil. 18, 161)
- 581 ANTE ecquis ADD. hau scis *Schoell*
- 602 PRO cui tu . . . *ut vid.*): LEG. cui tu] scutum *T*
- 615 ANTE inam. ADD. sim postque *B¹*: ⟨sum⟩ imposque
Skutsch (*Berl. Phil. Woch.* 17, 1166) (*anap.*)
- 624 ADD. 624 miser homo *B¹ ut vid.* (*cf. Cas.* 303)
- 673 ADD. 673 *fort.* quoniam ⟨iam⟩ (*troch.*)
- 738 ADD. *vix hercule*
- 760 ADD. , *sed cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 76)
- 797 ANTE agit. ADD. naue (gn.) *Schoell*
- 810 ADD. 810-900 *praesto est T*
- 902 ANTE uel ADD. *vix hercule*
- 922 ADD. , *fort. recte*
- 925 ADD. 925 *vel Atrides (ita P)*
- 932 ANTE senex ADD. ⟨Priamus⟩ prius *Schoell, nam*
- 939 ADD. ⟨ut⟩ habuit *Pylades*.
- 965 PRO expuli *cod.* LEG. expuli *cod.*, *vix recte*
- 1069 POST *Scaliger* ADD. (*cf. ad Mil.* 897)
- 1080 PRO sed *Acid.*: et *cod.* LEG. et enim *vix Plautinum*: at
 enim *Pareus*: sed enim *Acidalius (vix Plautinum)*
- 1097 POST (*Rhein. Mus.* 54, 384) ADD. , *sed cf. Kane* ('*Case*
Forms . . . Time', p. 9)
- 1105 ADD. *vel aerumnaï (acatal.)*, *nam aerumna(e) displicet*
- 1106 ADD. O Ph. *Spengel (acatal.)*
- 1164 ADD. (*cf. ad Merc.* 330)
- 1171^a ADD. , *Lindskog de conditionalibus.* p. 16
- 1209 ANTE ante ADD. ageremus *Goetz, Schoell*

CAPT.

- 69 ADD. 69-70 *fort.* mi, eo *Quia*
- 86 PRO *Schoell* LEG. *Redslob*
- 104 LEG. n. i. e. sp. *Bothe fort.* non ulla e. (vii, p. 99):
 nullae sunt (st) *Havet* ('*Mélanges Boissier*', p. 256)
 (*cf. ad Trin.* 1098)
- 123 ADD. : praedices *Havet*
- 201 ADD. oc. multum irascitis *Vollmer (Sitzber. Bayer. Akad.*
 1909)
- 418 ADD. 418 tu *add. Fleckeisen*
- 468 LEG. 468 ita *Pylades* (iv. 3)
- 558 ADD. ego *del. Bothe*
- 603 ADD. 603 *vel sic distingue* uis. procul tamen au.
- 797 PRO icero LEG. icero (eic-)
- 801 ADD. , *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 171)
- 845 ADD. inc. aed. *Schoell*

ADDENDA ET CORRIGENDA

856 ADD. : tu te *Nipperdey*
1014 PRO ill . . . LEG. ill—

- CAS. 32 ANTE deiph. ADD. *vel* 'sortientes' (*interpretatio vocabuli Graeci*)
132 ADD. : *vel* *festram*
230 ADD. 230 *vel* *ess'*
242 LEG. 242 *vix troch. octonar.* q. t. u. o. *Geppert ana-paestice discr. Skutsch*
262 ADD. (*cf. Havet 'Mélanges Nicole', p. 228*)
272 PRO *Morris* LEG. *Geppert, Morris*
335 PRO (*pro* *sies* m.?) LEG. (*cf. v. 334*)
378 ADD. qui i. proprius *Sonnenschein* (*Class. Rev.* 20, 439)
407 ADD. 407 *vel sic* *distingue* ille : *rusum*
427 ADD. 427 *sic*] *sim Bierma*
485 ANTE hic ADD. *vel* *huc*
731 ADD. 731 *vel* *med*
814 ADD. 814 CH.] *cf. Class. Rev.* 19, 110
826 POST (*om.* mala) A ADD. : male *malae* mala *Seyffert*
838 ADD. , *quod tuetur Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 46)
975 POST *Lambinus* ADD. , *Leo anal. Plaut.* 1, 13

- CIST. 3 ADD. *aperiuisti Exon* (*Class. Rev.* 20, 33 et 35)
13 POST *Camerarius* ADD. , *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 53)
88 ADD. : n. p. *imminuit meam* mi a. q. *Havet* (*Rev. Phil.* 31, 99)
132 ADD. *Duas lectiones fuisse*, am. p. *est et* am. eum d. *credit Seyffert* (*Berl. Phil. Woch.* 16, 285)
297 POST *Studemund* ADD. (*cf. Leo anal. Plaut.* 1, 35)
457 ADD. *uolupest Leo* : *uolupis cod.*
458-9 ADD. 458-9 *quamquam cod.*
510 ADD. , *nam edepol suspectum*
515 ADD. 515 *an* *Opis?*
577 ADD. , *Ahlberg de proceleusm.*, app. 20
616 ADD. 616 *quam alteram d. d. Havet* (*Rev. Phil.* 31, 103),
nam uxorem duxit displicet
650 ANTE *ibo* ADD. *cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 160)
701^a ADD. : *trai. Seyffert*
707 ADD. 707 *reuortar Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 8), *secundum morem Plautinum*
715 POST *Ital.*, ADD. *Seyffert* (*Stud. Plaut.* p. 30),
721 ADD. 721 *vel* *istanc*
734 ADD. , *sed cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 111)
762 ADD. , *sed cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 235)

- CURC. 10 ADD. : *opera opus* cong. *Havet* (*Rev. Phil.* 31, 265)
39-40 ADD. 39-40 *Havet* (*Rev. Phil.* 31, 271) *sic* *distinguit*
PH. l. h. s. *aedes*—PA. m. i. e. PH. qui—PA. *quia*
110 ADD. ; *cf. Radford* (*Amer. Journ. Phil.* 25, 409)
323 POST *displicet* ADD. ; *sed cf. Heraeus* (*Arch. Lat. Lex.* 14, 124)

- 484 PRO uorsant *Lipsius* LEG. uorsant *Lipsius*, *sed cf. Gaffiot* ('*Subjonctif de Subordination*', p. 30)
 POST *cod. ADD.*, *quod tuetur Gaffiot*
- 705 ADD. 705 *vel quodn'*
- EPID. 154 ADD. huc *Havet* (*Rev. Phil.* 1904, p. 170), *sed cf. Schmalz* (*Berl. Phil. Woch.* 29, 1217)
- 246 ADD. 246 *Periphane* (-nae) P: -ni A: *corr. Wackernagel* (*Arch. Lat. Lex.* 14, 5)
- 272 ADD.: ueniet *Gruetius*, *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 22)
- 290 ADD. 290 *eueniat cod.*
- 293 ANTE *Epid.* ADD. *cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 80).
- 508 ADD. *periphani codd.* (*cf. ad v.* 246)
- 518-20 ADD.; *cf. Kriege de concessivis*, p. 18
- 626 PRO *appelles P* LEG. *appelles P* (*A n. l.*) *atque P* (*A. n. l.*)
- 638 ADD. 638 *nostri* (*cum quod quidém*) *Ahlberg proceleusm.* p. 79
- MEN. 103 ADD. 103 *summa codd. Donati Phorm.* 2, 2, 29
- 135 PRO *fort.* LEG. *vix*
- 406 ADD. 406 *nesciō quem suspectum: nam quem P^{CD}* (tu) *mulier Fleckeisen*
- 434 POST *scripsi* ADD.; *sed cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 214)
- 519 ADD. *vel ut (ita cod.) siet*
- 550 ADD. *operiuit Exon* (*Class. Rev.* 20, 33)
- 556 POST p. 146), ADD. *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 127)
- 563 POST (B) ADD. (*cf. Birt in 'Arch. Lat. Lex.'* 15, 162)
- 760 ADD. *nimis improbat Leo*
- 832 ADD.: *egomet me Mueller*
- 844 ADD. 844. *vel MA. q. e. ? q. a. ? SE., sed cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 107) *seruos citem Seyffert: seruos—? cito (adverb.) vel seruos cito—? Lindskog de condic.* p. 111
- 896 ADD. *cf. Mulomed. Chir.* (iv. 26) 360 *longa suspirare*
- 900 ADD.; *sed cf. Niemoeller de pron. ipse*, p. 49
- 983 ADD. 983 *cf. Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 79)
- 992 ADD. 992 *sublimis Ital., Heraeus* (*Philol.* 55, 198): *sublimen cod. (pro -mē?)*
- MERC. 14 ADD. *quod tuetur Heckmann* (*Indog. Forsch.* 18, 311)
- 220 ADD., *Sjögren* ('*Fut. im Alllat.*' p. 32)
- 238 ADD. 238 *dederim Mueller; sed cf. Thulin de coniunct.* p. 16
- 256 LEG. 256 *hic P* (*unde id [hic] B, [hic] id P^{CD}.* *Credo fuisse it in archetypo atque] ibi A* (v. 1)
- 319, 320 ADD. h. *amarest atque id uī o. d. | {h. errarest}, h. au. ig. Sonnenschein* (*Class. Rev.* 19, 314)

ADDENDA ET CORRIGENDA

- 330 LEG. 330 *an opperiam?* uisost opus *cod. illud st saepissime transpositum est in codice P; cf. ad Trin. 673)*
- 354, 355 ADD. : didici *Skutsch*
- 380 ADD. *illam] iam Skutsch (Berl. Phil. Woch. 15, 1452)*
- 412 POST *dices B ADD. ; sed cf. Sjögren ('Fut. im Alllat.' p. 117)*
- 497 POST *melius P ADD. , quod tuetur Sjögren ('Fut. im Alllat.' p. 237); sed cf. Durham ('Subj. Subst. Clauses', p. 71)*
- 512 ADD. *quod tuetur Havet (Rev. Phil. 31, 277)*
- 585 ADD. ; *cf. Journ. Phil. 5, 403*
- 629 ADD. ; *sed cf. Nilsson 'quomodo pronomina', p. 52*
- 676 ANTE (*rite*) ADD. (*dei*) *ui. Birt (Rhein. Mus. 54, 68)*
- 842 PRO *omnibus Ribbeck LEG. omnibus Scriverius*
- 887 POST *Leo ADD. ; sed amicus amico displicet*
- 916 ADD. 916 *cf. Sjögren ('Fut. im Alllat.' p. 92)*
- 950 ADD. : *eloquine somnia? Lindström comm. Plaut. p. 110*
- 980 ADD. ; *sed cf. Gaffiot ('Subjonctif de Subordination', p. 153)*

SIGLA

- A* = Ambrosianus palimpsestus (G 82 sup.), saec. iii-iv
B = Palatinus Vaticanus (1612), saec. x-xi
C = Palatinus Heidelbergensis (1613), saec. x-xi
codd. = *AP*
cod. = *P* (ubi *A* deest) vel *A* (ubi *P* deest)
D = Vaticanus (3870), saec. x-xi
E = Ambrosianus (I 257 inf.), saec. xii ex.
J = Londinensis (Mus. Britann., Reg. 15 C XI), saec. xii in.
O = fragmentum Ottobonianum Vaticanum (misc. Lat. 687),
 saec. xi
P = archetypus codicum 'Palatinae' recensionis vel fons
 codicum *BCDEVJO* et correctionum *B*³. In partibus
 iis ubi *T* praesto est (Bacch. 35-80, 570-650, 810-
 900, Pers., Poen., Pseud. 730-fin., Rud. init.-790)
 idem siglum pro *P*^A adhibetur.
P^A = proarchetypus 'Palatinae' recensionis vel fons codicum
P et *T*
P^{BC} = fons codicum *B* (in parte altera) et *P*^{CD}
P^{BD} = fons codicum *B* (in parte priori) et *D*^{PE}
P^{CD} = fons codicum *C* et *D*
P^E = fons codicum *EV* et *PJ*
PJ = fons codicum *JO* et correctionum *V*²
T = deperditus codex Turnebi vel fragmenta Senonensia
V = Vossianus Leidensis (Q 30), saec. xii in.

In textu apicibus ictus metricus indicatur; lineis inter vocabula ductis hiatus.

Numerationem versuum quae est in Teubneriana editione maiori conservare volui.

In adnotatione:

numeri uncinis inclusi spectant ad capita et capitum particulas in libello meo supra memorato ('Introduction to Latin Textual Emendation,' Macmillan., Lond., 1896), quem Francogallice reddidit I. Waltzing (Paris., Klincksieck., 1898).

Vocabula a capitali littera incipientia stant in initiis versuum.

In lectionibus Palimpsesti (*A*) enarrandis haec animadvertenda; punctis singulis singulae indicantur litterae quae omnino legi non possunt; puncto sub littera positum indicatur eam litteram dubiam esse; litterae quae intra uncinos stant legi quidem non possunt sed coniectura restitui; linea recta indicat neque numerum litterarum neque formas ullo modo legi nec conici posse.

AMPHITRVO

ARGVMENTVM I

IN faciem versus Amphitruonis Iuppiter,
dum bellum gereret cum Telobois hostibus,
Alcmenam uxorem cepit usurariam.
Mercurius formam Sosiae servi gerit
absentis: his Alcmena decipitur dolis. 5
postquam rediere veri Amphitruo et Sosia,
uterque deluduntur dolis in mirum modum.
hinc iurgium, tumultus uxori et viro,
donec cum tonitru voce missa ex aethere
adulterum se Iuppiter confessus est. 10

ARGVMENTVM II

Amore captus Alcumenas Iuppiter
Mutavit sese in formam eius coniugis,
Pro patria Amphitruo dum decernit cum hostibus.
Habitu Mercurius ei subservit Sosiae.
Is advenientis servum ac dominum frustra habet. 5
Turbas uxori ciet Amphitruo, atque invicem
Raptant pro moechis. Blepharo captus arbiter
Vter sit non quit Amphitruo decernere.
Omnem rem noscunt. geminos illa enititur.

I 7 uterq' *displicet* luduntur *Lambinus* (cf. *Mil. Arg.* i. 9 delu-
ditur *pro* luditur; *Cist. Arg.* 7 despondit *pro* spondet) dolis *del.*
Ital. (cf. 5) II 9 illa *Bothe*: *alcumena cod.* (v. 1)

PERSONAE

MERCVRIVS DEVS

SOSIA SERVVS

IYPPITER DEVS

ALCYMENA MATRONA

AMPHITRVO DVX

BLEPHARO GVBERNATOR

BROMIA ANCILLA

SCAENA THEBIS

PROLOGVS

MERCVRIVS

ME. VT UOS in uostris uoltis mercimoniis
emundis uendundisque me laetum lucris
adficere atque adiuuare in rebus omnibus,
et ut res rationesque uostrorum omnium
5 bene expedire uoltis peregrique et domi, 5
bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro
quasque incepistis res quasque inceptabitis,
et uti bonis uos uostrosque omnis nuntiis
me adficere uoltis, ea adferám, ea ut nuntiem
10 quae maxume in rem uostram communem sient 10
(nam uos quidem id iam scitis concessum et datum
mi esse ab dis aliis, nuntiis praesim et lucro):
haec ut me uoltis adprobare, adnitier
lucrum ut perenne uobis semper suppetat,
15 ita huic facietis fabulae silentium 15
itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri.

Nunc quoui iussu uenio et quám ob rem uenerim;
dicam simulque ipse eloquar nomen meum.
Ioui' iussu uenio: nomen Mercuriost mihi:
20 pater huc me misit ad uos oratum meus; 20
tam etsi pro imperio uobis quod dictum foret
scibat facturos, quippe qui intellexerat
uereri uos se et metuere, ita ut aequom est Iouem;
uerum profecto hoc petere me precario
25 a uobis iussit leniter dictis bonis. 25
etenim ille quoui huc iussu uenio, Iuppiter

5 b. me exp. *Loman, Leo* 9 feram *Loman, cui ea adferam displicet*
uti *edd.* 19 Mercurio est *Ital.*: mercuriest *cod.*

non minu' quam uostrum quiuis formidat malum :
 humana matre natus, humano patre
 mirari non est aequom sibi si praetimet ;
 30 atque ego quoque etiam, qui Iouis sum filius, 30
 contagione mei patris metuo malum.
 propterea pace aduenio et pacem ad uos fero :
 iustam rem et facilem esse oratam a uobis uolo,
 nam iustae ab iustis iustus sum orator datus.
 35 nam iniusta ab iustis impetrari non decet, 35
 iusta autem ab iniustis petere insipientia est ;
 quippe illi iniqui ius ignorant neque tenent.
 nunc iam huc animum omnes quae loquar aduertite.
 debetis uelle quae uelimus : meruimus
 40 et ego et pater de uobis et re publica ; 40
 nam quid ego memorem (ut alios in tragoediis
 uidi, Neptunum, Virtutem, Victoriam,
 Martem, Bellonam commemorare quae bona
 uobis fecissent) quis benefactis meu' pater,
 45 deorum regnator, architectust omnibus? 45
 sed mos numquam (ille) illi fuit patri meo
 ut exprobraret quod bonis faceret boni ;
 gratum arbitratur esse id a uobis sibi
 meritoque uobis bona se facere quae facit.
 50 Nunc quam rem oratum huc ueni primum proloquar ; 50
 post argumentum huius eloquar tragoediae.
 quid? contraxistis frontem quia tragoediam
 dixi futuram hanc? deu' sum, commutauero.
 eandem hanc, si uoltis, faciam (iam) ex tragoedia

27-28 *post patre, non post malum distinguunt alii* 32 *fero*
Acidalius : affero *cod.* (*cf Trin.* 67 ad te [ad]uenio ; *et similia multa*)
 pacem (*ita PE*) aduenio et ad uos affero *Lindemann* 34 *iuste cod.*
 (*i.e. -ae !*) : iusta *Bothe* 36 *vel -tiaest cod. cf. Amer. Journ. Phil.*
 14, 321 37 illi *D²* : inilli *cod.* (iv. 3) 38 omnes] ad ea *PE* (v. 1)
 39 uelimus et m. *B³* 45 architectus *cod.* (i. 7) 46 ille *add.*
Ussing Sed mos nequam illi (*vel ille*) fuit patri numquam meo
Redslob, cui iambus patri ante iambum meo displicet 49 fecit *cod.*
 54 iam *add. Lachmann*

- 55 comoedia ut sit omnibus isdem uorsibus. 55
 utrum sit an non uoltis? sed ego stultior,
 quasi nesciam uos uelle, qui diuos siem.
 teneo quid animi uostri super hac re siet :
 faciam ut commixta sit ; 〈sit〉 tragico[co]moedia :
- 60 nam me perpetuo facere ut sit comoedia, 60
 reges quo ueniant et di, non par arbitror.
 quid igitur? quoniam hic seruos quoque partis habet,
 faciam sit, proinde ut dixi, tragico[co]moedia.
 nunc hoc me orare a uobis iussit Iuppiter
- 65 ut conquistores singula in subsellia 65
 eant per totam caueam spectatoribus,
 si quoi fautores delegatos uiderint,
 ut is in cauea pignus capiantur togae ;
 siué qui ambissent palmam 〈his〉 histrionibus
- 70 seu quoiquam artificio (seu per scriptas litteras 70
 seu qui ipse ambisset seu per internuntium),
 siue adeo aediles perfidiose quoi duint,
 sirempse legem iussit esse Iuppiter,
 quasi magistratum sibi alteriue ambiuerit.
- 75 uirtute dixit uos uictores uiuere, 75
 non ambitione neque perfidia : qui minus
 eadem histrioni sit lex quae summo uiro?
 uirtute ambire oportet, non fautoribus.
 sat habet fautorum semper qui recte facit,
- 80 si illis fides est quibus est ea res in manu. 80
 hoc quoque etiam mihi in mandatis 〈is〉 dedit
 ut conquistores fierent histrionibus :
 qui sibi mandasset delegati ut plauderent

55 omnis *Mueller*, nam omnibus isdem displicet 56 fit *cod.* (sit
E ut vid.) 59 sit *add. Leo* 65 singula *D ante corr.* : singuli *cod.*
 68 *vel uti cod.* 69 ambissent, *item v.* 71 ambisset *edd.* his *addidi* 73
 sirempse *Scaliger* : Sisimilem rem ipse in (*pro ipsam?*) *cod.* (v. 1 ;
cf. Paul. Fest. 515. 11 *Th.* siremps dicitur quasi similis res ipsa)
 81 is *addidi* 83 mandasset *cod.*

- quiué quo placeret alter fecisset minus,
 85 eius ornamenta et corium uti conciderent. 85
 mirari nolim uos quapropter Iuppiter
 nunc histriones curet; ne miremini:
 ipse hanc acturust Iuppiter comoediam.
 quid? admiratin estis? quasi uero nouom
 90 nunc proferatur Ióuem facere histrioniam; 90
 etiam, histriones anno quom in proscaenio hic
 Iouem inuocarunt, uenit, auxilio is fuit.
 praeterea certo prodit in tragoedia.
 hanc fabulam, inquam, hic Iuppiter hodie ipse aget
 95 et ego una cum illo. nunc (uos) animum aduortite, 95
 dum huius argumentum eloquar comoediae.
 Haec urbs est Thebae. in illisce habitat aedibus
 Amphitruo, natus Argis ex Argo patre,
 quicum Alcumena est nupta, Electri filia.
 100 is nunc Amphitruo praefectust legionibus, 100
 nam cum Telobois bellum est Thebano poplo.
 is priu' quam hinc abiit ipsemet in exercitum,
 grauidam Alcumenam fecit uxorem suam.
 nam ego uos nouisse credo iam ut sit pater meus,
 105 quam liber harum rerum multarum siet 105
 quantusque amator siet quod complacitum est semel.
 is amare ocepit Alcumenam clam uirum
 usuramque eius corporis cepit sibi,
 et grauidam fecit is eam compressu suo.
 110 nunc de Alcumena ut rem teneatis rectius, 110
 utrimque est grauida, et ex uiro et ex summo Ioue.

84 *vel* quiu' placent *cod.* 89 admirati *cod.* 95 uos *add.*
Pylades: hoc *Pradel*: iam *Mueller* 96 huiusec arg. *Bentley*:
 arg. huius *Pylades* eloquor (?) *Seyffert* (*Burs. Jahresber.* 1890, p. 26)
 98 de Argo *cf. Usener* (*Rhein. Mus.* 53, 339) 101 b. est *Pylades*:
 est b. *cod.* *vix* Teloboist 103 fec. ux. *Fruter*: ux. fec. *cod.*
 104 meus pater *Bothe*, cui pater meus *displicet* 106 siet] sit *edd.*
sine causa 108 coepit *cod.* (*cf. v.* 1136), *item codd. Nouii* 231

et meu' pater nunc intus hic cum illa cubat,
 et haec ob eam rem nox est facta longior,
 dum (cum) illa quacum uolt uoluptatem capit ;
 115 sed ita adsimulauit se, quasi Amphitruo siet. 115
 nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini,
 quod ego huc processi sic cum seruili schema :
 ueterem atque antiquam rem nouam ad uos proferam,
 propterea ornatus in nouom innessi modum.
 120 nam meu' pater intus nunc est eccum Iuppiter ; 120
 in Amphitruonis uortit sese imaginem
 omnesque eum esse censent serui qui uident :
 ita uorsipellem se facit quando lubet.
 ego serui sumpsit Sosiae mi imaginem,
 125 qui cum Amphitruone abiuit hinc in exercitum, 125
 ut praeseruire amanti meo possem patri
 atque ut ne qui essem familiares quaerent,
 uorsari crebro hic quom uiderent me domi ;
 nunc, quom esse credent seruom et conseruom suom,
 130 hau quisquam quaeret qui siem aut quid uenerim. 130
 pater nunc intus suo animo morem gerit :
 cubat complexus quouiis cupiens maxume est ;
 quae illi ad legionem facta sunt memorat pater
 meus Alcumenae : illa illum censet uirum
 135 suom esse, quae cum moechno est. ibi nunc meu' pater 135
 memorat legiones hostium ut fugauerit,
 quo pacto sit donis donatus plurumis.
 ea dona quae illic Amphitruoni sunt data
 apstulimus : facile meu' pater quod uolt facit.
 140 nunc hodie Amphitruo ueniet huc ab exercitu 140
 et seruos, quouiis ego fero hanc imaginem.

114 cum *add. Lindemann*

sic) *Charisius* 53 et 144

Salmasius, rhythmo consulens

117 huc ego pr. cum s. s. (*om.*)

125 abiit *cod*

137 donis sit

141-52 *vide ne in pagina archetypi*
macula longa fuerit ; tot versus hiant (v. 141, 143, 145?, 146, 149, 150,
 152) 141 fero hanc *Fleckeisen* : hanc fero *cod.*

nunc internosse ut nos possitis facilius,
 ego has habebō usque (hic) in petaso pinnulas ;
 tum meo patri autem torulus inerit aureus
 145 sub petaso : id signum Amphitruoni non erit. 145
 ea signa nemo (homo) horum familiarium
 uidere poterit : uerum uos uidebitis.
 sed Amphitruonis illi[c] est seruos Sosia :
 a portu illic nunc (huc) cum lanterna aduenit.
 150 abigam iam ego illunc aduenientem ab aedibus. 150
 adeste : erit operae pretium spectantibus
 Iouem et Mercurium facere hic histrioniam.

ACTVS I

II

SOSIA MERCVRIVS

So. Qui me alter est audacior homo aut qui confidentior,
 iuuentutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem ?
 quid faciam nunc si tresuri me in carcerem compegerint ? 155
 ind' cras quasi e promptaria cella depromar ad flagrum,
 5 nec caussam liceat dicere mihi, neque in ero quicquam
 auxili
 siet, nec quisquam sit quin me omnes esse dignum
 deputent.
 itaquasi incudem me miserum homines octo ualidi caedant : 160
 ita peregre adueniens
 10 hospitio puplicitus accipiar.
 haec eri inmodestia
 coegit me,

143 hic *add. Fleckeisen*
 (*Berl. Phil. Woch.* 16, 11)
 illum *cod.*
 p. hic *sp. cod.* (*cf. ad v. 152*)
 v. 151)

146 homo *add. (?) Ritschl, sed cf. Seyffert*
 149 huc *add. Camerarius* 150
 151 adeste erit *Palmerius* : adest ferit *cod.* (F pro E)
 152 hic *Hermann* : om *cod.* (*cf. ad*
 161 *sq. de versuum divisione cf. Prisc. de metr. Ter. 3, 421 K*)

- 164^a qui hoc noctis a portu
 164^b ingratiis excitauit.
 165 nonne idem huc luci me mittere potuit?
 opulento homini hoc seruitus dura est,
 hoc magi' miser est diuiti' seruos : 15
 noctesque diesque adsiduo satis superque est
 quod factu aut dicto adest opus, quietu' ne sis.
 170 ipse dominu' diues operis, [et] laboris expers,
 quodquomque homini accidit lubere, posse retur :
 aequom esse putat, non reputat labori' quid sit, 20
 nec aequom anne iniquom imperet cogitabit.
 ergo in seruitute expetunt multa iniqua :
 175 habendum et ferundum hoc onust cum labore.
 ME. satiust me queri illo modo seruitutem :
 hodie qui fuerim liber, eum nunc 25
 potiuuit pater seruitutis ;
 hic qui uerna natust queritur.
 180 So. sum uero uerna uerbero : numero mihi in mentem fuit
 dis aduenientem gratias pro meritis agere atque adloqui?
 ne illi edepol si merito meo referre studeant gratiam, 30
 aliquem hominem adlegent qui mihi aduenienti os occillet
 probe,
 quoniam bene quae in me fecerunt ingrata ea habui atque
 inrita.
 185 ME. facit ille quod uolgo hau solent, ut quid se sit di-
 gnum sciat.
 So. quod numquam opinatus fui neque alius quisquam
 ciuium
 sibi euenturum, id contigit, ut salui poteremur domi. 35

165 hoc *cod.*, *antiqua forma* 169 quod *Mueller*: quo *cod.*
 opus aut d. adeost (*Lachmann*) *Havet* 170 vel ips' dominus et
del. Havet 173 *post* 160 *iteratus* (ii. 6, p. 103) 179 *fort.* queretur?,
ut bacchius fiat 180 numero *testatur Nonius* 352 : nunc uero *cod.*:
 num numero *Leo* 182 gratiam *Rein, Langen* ('*Beitraege*' 11):
 gratias *cod.*, (*cf.* 181) 184 qui *cod.* (quae *PE*) 187 domi *testatur*
Nonius 498 : domum *cod.*

- victores uictis hostibus legiones reueniunt domum,
 duello exstincto maxumo atque internecatis hostibus.
 quod multa Thebano popl^o acerba obiecit funera, 190
 id uí et uirtute militum uictum atque expugnatum oppi-
 dum est
- 40 imperio atque auspicio meí eri Amphitruonis maxume.
 praedaque agroque adoriaque adfecit popularis suos
 regique Thebano Creoni regnum stabiliuit suom.
 me a portu praemisit domúm ut haec núntiem uxori suae, 195
 ut gesserit rem publicam ductu, imperio, auspicio suo.
- 45 ea nunc meditabor quo modo illi dicam, quom illo aduenero.
 si dixeró mendacium, solens meo more fecero.
 nam quom pugnabant maxumé, ego tum fugiebam maxume ;
 uerum quasi adfuerim tamen simulabo atque audita elo- 200
 quar.
 sed quó modo et uerbis quibus me deceat fabularier,
 50 prius ipse mecum etiam uolo hic meditari. sic hoc pro-
 loquar.
- Principio ut illo aduenimus, ubi primum terram tetigimus,
 continuo Amphitruo delegit uiros primorum principes ;
 eos legat, Telobois iubet sententiam ut dicant suam : 205
 si sine ui et sine bello uelint rapta et raptores tradere,
 55 si quae asportassent reddere, se exercitum extemplo domum
 reducturum, abituros agró Argiuos, pacem atque otium
 dare illis ; sin aliter sient animati neque dent quae petat,
 sese igitur summa ui uirisque eorum oppidum oppugnassere. 210
 haec ubi Telobois ordiné iterarunt quos praefecerat
- 60 Amphitruo, magnanimi uiri freti uirtute et uiribus
 superbe nimi' ferociter legatos nostros increpant,
 respondent bello se et suos tutari posse, proinde uti

189 exstincto duello *Fleckeisen*, nam duello suspectum 190
 quod *Ital.* : qui *cod.* 192 mei eri *Fleckeisen* : eri mei *cod.* 193
 praedaque agroque *scripsi* : praeda atque agro *cod.* : praeda atque
 agro (qui) *Ussing* 207 redderent *P^{BD}* 210 oppi. expu-
 gnassere *cod.* : oppi. oppugnassere *codd.* *Donati ad Eun.* i. 1, 3 : op-
 pugnatuisse (*pro*-nassere) oppi. *codd.* *Nonii* 128

- 215 prope suis de finibus exercitus deducerent.
 haec ubi legati pertulere, Amphitruo castris ilico
 producit omnem exercitum. contra Teloboae ex oppido 65
 legiones educunt suas nimi' pulchris armis praeditas.
 postquam utrimque exitum est maxuma copia,
 220 dispertiti uiri, dispertiti ordines,
 nos nostras more nostro et modo instruximus
 legiones, item hostes contra legiones suas instruunt. 70
 deinde utrique imperatores in medium exeunt,
 extra turbam ordinum conloquuntur simul.
 225 conuenit, uicti utri sint eo proelio,
 urbem, agrum, aras, focos seque uti dederent.
 postquam id actum est, tubae contra utrimque occanunt, 75
 consonat terra, clamorem utrimque eferunt.
 imperator utrimque, hinc et illinc, Ioui
 230 uota suscipere, (utrimque) hortari exercitum.
 (tum) pro se quisque id quod quisque potest et ualet
 edit, ferro ferit, tela frangunt, boat 80
 caelum fremitu uirum, ex spiritu atque anhelitu
 nebula constat, cadunt uolneris ui et uirium.
 235 denique, ut uoluimus, nostra superat manus :
 hostes crebri cadunt, nostri contra ingruunt.
 uicimus ui feroces. 85
 sed fugam in se tamen nemo conuortitur
 nec recedit loco quin statim rem gerat ;
 240 animam amittunt prius quam loco demigrent :
 quisque ut steterat iacet optinetque ordinem.

215 suis de *Bothe* : de suis *coa.* 217 Tel. contra *Bergk*, nam
 contra *suspectum* 218 reducant *B¹* : seducunt *B¹* 223 utri-
 que imperatores *etiam codd. Serui in Aen. 1, 191* : uterque imperator
Bothe, ut crtic. tetram. fiat (sed cf. 233) 227 c. u. oc. *Bergk* :
 utrimque canunt contra *cod. cui lectioni adlitteratio fauet* 230
 utrimque *add. Spengel* 231 tum *add. Leo (iii. 1) vel quisq'*
 233 ex] et *codd. Nonii* 272 234 uirum *D¹* uolnerum ui uiri
Luchs 237 uicimus *del. Spengel (cf. 247)* 238 *Nonius 480 testatu*
 conuertitur *pro 'conuertit'* 240 animum (-am *J et c. x -om D¹*) amit-
 tunt *Angelius (cf. Journ. Phil. 26, 294)* : omitunt *cod.*

- 90 hoc ubi Amphitruo erus conspicatus est,
 ilico equites iubet dextera inducere.
 equites parent citi : ab dextera maxumo
 cum clamore inuolant impetu alacri, 245
 foedant et proterunt hostium copias
 95 iure iniustas.
 ME. numquam etiam quicquam adhuc uerborum est pro-
 locutus perperam :
 namque ego fui illi in re praesenti et meu' quom pugnatum
 est pater.
 So. perduelles penetrant se in fugám ; ibi nostris animus 250
 additust :
 uortentibus Telobois telis complebantur corpora
 100 ipsusque Amphitruo regem Pterelam súa oprúncauit manu.
 haec illist pugnata pugna úsque a mani ad uesperum
 (hoc adeo hoc commemorini magi' quia illo die inpran-
 sus fui),
 sed proelium id tandem diremit nox interuentu suo. 255
 postridie in castra ex urbe ad nos ueniunt flentes principes :
 105 uelatis manibus orant ignoscamus peccatum suom,
 deduntque se, diuina humanaque omnia, urbem et liberos
 in dicionem atque in arbitratum cuncti Thebano poplo.
 post ob uirtutem ero Amphitruoni patera donata aurea est, 260
 qui Pterela potitare rex est solitus. haec sic dicam erae.
 110 nunc pergam eri imperium exsequí et me domum capessere.
 ME. attat, illic huc iturust. ibo ego illic obuiam,
 neque ego hunc hominem (huc) hodie ad aedis has sinam
 umquam accedere ;

242 *vel* conspicatust 243 inuadere *Salmasius* (*recte, si inudere, quam lectionem e veteri codice Lambinus eruit, in T et PA stetit*) 253
 illic est *cod.* (illi est *E*) : illis est *codd.* *Nonii* 231 h. illic e. p. p.
 iam u. (*iamb.*) *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 381) 254 *vel iamb.* 260
 aurea est *Camerarius* : est aurea *cod.* 261 potitare *Ital.* : potare
cod. (positare *D ante corr.*) rex est solitus *Bothe* : rex solitus est *cod.* :
 sol. est rex *Ussing* 263 *vel* iturus est (*ita cod.*) 264 ego huc
 hom. hod. *cod.* : *corr.* *Studemund*

265 quando imago est huius in me, certum est hominem eludere.
 et enim uero quoniam formam cepi huius in med et statum,
 decet et facta moresque huius habere me similis item. 115
 itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum,
 atque hunc telo suo sibi, malitia, a foribus pellere.

270 sed quid illúc est? caelum aspectat. opseruabo quam
 rem agat.

So. certe edepol, si quicquamst aliud quod credam aut
 certo sciam,

credo ego hac noctu Nocturnum óbdormiuisse ebrium. 120

nam neque se Septentriones quoquam in caelo commouent,
 neque se Luna quoquam mutat atque uti exorta est semel,

275 nec Iugulae neque Vesperugo neque Vergiliae óccidunt.
 ita statim stant signa, neque nox quoquam concedit die.

ME. perge, Nox, ut occepisti; gere patri morem meo: 125
 optumo optume optumam operam das, datam pulchre locas.

So. neque ego hac nocte longiorem me uidisse censeo,

280 nisi ítem únám, uerberatus quam pependi perpetem;

eam quoque edepol etiam multo haec uicit longitudine.

credo edepol equidem dormire Solem atque adpotum probe; 130
 mira sunt nisi inuitauit sese in cena plusculum.

ME. aín uero, uerbero? deos esse tui similis putas?

285 ego pol te istis tuis pro dictis et male factis, furcifer,
 accipiam; modo sis ueni huc: inuenies infortunium.

So. ubi sunt isti scortatores qui soli inuiti cubant? 135

haec nox scita est exercendo scorto conducto male.

ME. meu' pater nunc pro huius uerbis recte et sapienter facit,

290 qui complexus cum Alcumena cubat amans, animo op-
 sequens.

So. ibo ut erus quod imperauit Alcumenaenuntiem.

265 ludere *Langen* ('*Beitraege*' 17) 271 si *Bothe*: scio si *cod.*
 (iv. 3) quod *Ital.*: quid *cod.* 272 Nocturninum *codd. Hieronymi*
adv. Vigilantium 4, p. 286 275 iugula *cod. Varronis Ling. Lat.*
 7, 50 276 signa omnia ne. *Nonius* 391 et 393, *Donatus ad Phorm.*
 5, 3, 6 (*ignauia, i. e. signa oia, codd. Donati*), unde fit versus iambicus
 280 ítem] quidem *Seyffert* 284 vel ess'

140 sed quis hic est homo, quem ante aedis uideo hoc noctis?
non placet.

ME. nullust hoc metuculosus aequae. So. mi in mentem
uenit,

illic homo (hodie) hoc denuo uolt pallium detexere.

ME. timēt homo: deludam ego illum. So. perii, dentes 295
pruriunt;

certe aduenientem hic me hospitio pugneo accepturus est.

145 credo misericors est: nunc propterea quod me meus erus
fecit ut uigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dormiam.

oppido interii. opsecro hercle, quantus et quam ualidus est!

ME. clare aduorsum fabulabor, auscultet hic quae loquar; 300
igitur magi' modum maiorem in sese concipiet metum.

150 agite, pugni, iam diu est quod uentri uictum non datis:

iam pridem uidetur factum heri quod homines quattuor

in soporem conlocastis nudos. So. formido male

ne ego hic nomen meum commutem et Quintus fiam 305
e Sosia;

quattuor uiros sopori se dedisse hic autumat:

155 metuo ne numerum augeam illum. ME. em nunciam
ergo: sic uolo.

So. cingitur: certe expedit se. ME. non feret quin uapulet.

So. quis homo? ME. quisquis homo huc profecto uenerit,
pugnos edet.

So. apage, non placet me hoc noctis esse: cenauit modo; 310
proin tu istam cenam largire, si sapis, essurientibus.

160 ME. hau malum huic est pondus pugno. So. perii,
pugnos ponderat.

293 aequae quem in ment. *cod.*: *corr. Bothe* fort. totus hic versus cum
altero nunc perduto (*cf. ad 294*) Mercurio dandus est 294 hodie *add.*
Goetz et Loewe ex Servio in Aen. 10, 424 * sic Plautus ego hunc hominem
hodie texam (detexam *Taubmann*) pallio' 296 pugneo *Acidalius*:
pugne *cod.* 300 hic auscultet *cod.* (hic *suspectum*) 301
multo maiorem *Redlob*: modum morem *cod.* (m. maiorem) (vii. 2)
306 uiros *Ital.*: duros *cod.*: nudos *Leo* 307 sic uolo
Pytlades: sicolo *cod.* 309 quisquis huc (*del. homo*) *Redslob*

- ME. quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat? So.
seruaueris,
 nam continuas has tris noctes peruigilaui. ME. pessumest,
 315 facimus nequiter, ferire malam male discit manus ;
 alia forma | esse oportet quem tu pugno legeris.
 So. illic homo me interpolabit meumque os finget denuo. 165
 ME. exossatum os esse oportet quem probe percusseris.
 So. mirum ni hic me quasi murenam éxossare cogitat.
 320 ultro istunc qui exossat homines ! perii si me aspexerit.
 ME. olet homo quidam malo suo. So. ei, nummám ego
óbolui?
 ME. atque hau longe abesse oportet, uerum longe hinc 170
afuit.
 So. illic homo superstitiosust. ME. gestiunt pugni mihi.
 So. si in me exercituru's, quaeso in parietem ut primum
domes.
 325 ME. uox mi ad auris aduolauit. So. né ego homo in-
felix fui
 qui non alas interuelli : uolucrem uocem gestito.
 ME. illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento suo. 175
 So. non equidem ullum habeo iumentum. ME. oneran-
dus est pugnis probe.
 So. lassus sum hercle e nauí, ut uectus huc sum : etiam
nunc nauseo ;
 330 uix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes.
 ME. certe enim hic nescioquis loquitur. So. saluos sum,
non me uidet :
 'nescioquem' loqui autumat ; mihi certo nomen Sosiaest. 180
 ME. hinc enim mihi dextra uox auris, ut uidetur, uer-
berat.

315 facimus *Leo* : facinus *cod.* 316 *fort.* eum esse op. (*cf. Journ. Phil.* 26, 295) pugne *Pylades* ieceris *Pareus* : tetigeris *Ussing*
 319 ne *cod.* 320 istuc *cod.* 321 *vix* suó ei mihi n. *Pylades*
 322 hic *PBD* affuit *cod.* 328 *vel* ónerandust 333 a dextra
 uox *Lindemann* : uox dextera *Guietus*, quibus dextra *adverb. displicet*

So. metuo, uocis ne uicem hodie hīc uāpulēm, quae hunc
uerberat.

ME. optume eccum incedit ad me. So. timeo, totus torpeo. 335
non edepol nunc ubi terrarum sim scio, si quis roget,
185 neque miser me commouere possum prae formidine.
ilicet : mandata eri perierunt una et Sosia.

uerum certumst confidenter hominem contra conloqui,
qui possim uideri huic fortis, a me ut apstineat manum. 340

ME. quo ambulas tu qui Volcanum in cornu conclusum
geris?

190 So. quid id exquiris tu qui pugnis os exossas hominibus?

ME. seruo'sne an liber? So. utquomque ánimo conlbitum
est meo.

ME. aīn uero? So. aío enim uero. ME. uerbero. So.
mentire nunc.

ME. at iam faciam ut uerum dicas dicere. So. quid eo 345
est opus?

ME. possum scire quo profectus, quouis sis aut quid ueneris?

195 So. huc eó. eri sum seruos. numquid nunc es certior?

ME. ego tibi istam hodie, sceleste, comprimam linguam.

So. hau potes :

bene pudiceque adseruatur. ME. pergin argutarier?

quid apud hasce aedis negoti ést tibi? So. immo quid 350
tibi est?

ME. rex Creo uigiles nocturnos singulos semper locat.

200 So. bene facit : quia nos eramus peregri, tutatust domi ;
at nunc abi sane, aduenisse familiaris dicitó.

ME. nescio quám tu familiaris sis : nisi actutum hinc abis,
familiaris, accipiere faxo hau familiariter. 355

334 uicem *Scaliger* : uice *cod.* 336 sc. ubi (*pro* ubi quis?) r.
PE 339 certus (-um *J*) est *cod.* 340 qui *Camerarius* :

igitur qui (*i. e.* g q ; *iv.* 3) 343 Seruosne (es) *edd.* 344
vix aione en. mentiris *cod.* 347 eri (iussu, eius) sum s. *Leo* :
eri sum seruos, (missus) *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 382) 354
quantum *PE* (*pro* quam tú ; *vii.* 4) 355 accipere *cod.*

So. hic, inquam, habito ego atque horunc seruos sum.

ME. át scin quo modo?

faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. So. quo- 205
nam modo?

ME. auferere, non abibis, sí ego fustem sumpsero.

So. quin me esse huius familiai familiarem praedico.

360 ME. uide sis quam mox uapulare uis, nisi actutum hinc
abis.

So. tun domo prohibere peregre me aduenientem postulas?

ME. haecine tuã domust? So. ita inquam. ME. quis 210
erus est igitur tibi?

So. Amphitruo, qui nunc praefectust Thebanis legionibus,
quicum nupta est Alcumena. ME. quid ais? quid nomen

tibi est?

365 So. Sosiam uocant Thebani, Dauo prognatum patre.

ME. ne tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis
aduenisti, audaciai columen, consutis dolis. 215

So. immo equidem tunicis consutis huc aduenio, non dolis.

ME. at mentiris etiam: certo pedibus, non tunicis uenis.

370 So. ita profecto. ME. nunc profecto uapula ob men-
dadium.

So. non edepol uolo profecto. ME. at pol profecto in-
gratiis.

hoc quidem 'profecto' certum est, non est arbitrarium. 220

So. tuam fidem opsecro. ME. tun te audes Sosiam esse
dicere,

quí ego sum? So. perii. ME. parum etiam, praeut futu-
rum est, praedicas.

375 quouis nunc es? So. tuo', nam pugnisi usu fecisti tuom.

pro fidem, Thebani ciues! ME. etiam clamas, carnufex?

loquere, quid uenisti? So. ut esset quem tu pugnisi caederes. 225

356 sum ser. *Camerarius*
376 fidem *Aldus*: fidi *cod.* (i. 10)
cod

357 ni *Ital.* 361 tum *cod.*
377 loq. *Aldus*: eloquere

- ME. quous es? So. Amphitruonis, inquam, Sosia. ME.
ergo istoc magis,
quia uaniloquo's, uapulabis: ego sum, non tu, Sosia.
So. ita di faciant, ut tu potius sis atque ego te ut uerberem. 380
ME. etiam muttis? So. iam tacebo. ME. quis tibi
erust? So. quem tu uoles.
230 ME. quid igitur? qui nunc uocare? So. nemo nisi quem
iusseris.
ME. Amphitruonis te esse aiebas Sosiam. So. peccaueram,
nam Amphitruonis socium ne me ésse uolui dicere.
ME. scibam equidem nullum esse nobis nisi me seruom 385
Sosiam.
fugit te ratió. So. utinam istuc pugni fecissent tui.
235 ME. ego sum Sosia ille quem tu dudum esse aiebas mihi.
So. opsecro ut per pacem liceat te adloqui, ut ne uapulem.
ME. immo indutiae parumper fiant, si quid uis loqui.
So. non loquar nisi pace facta, quando pugnis plus uales. 390
ME. dicito [si] quid uis, non nocebo. So. tuae fide credo?
ME. meae.
200 So. quid si falles? ME. tum Mercurius Sosiae iratus siet.
So. animum aduerte. nunc licet mi libere quiduis loqui.
Amphitruonis ego sum seruos Sosia. ME. etiam denuo?
So. pacem feci, foedus feci. uera dico. ME. uapula. 395
So. ut lubet quid tibi lubet fac, quoniam pugnis plus uales;
245 uerum, utut es facturus, hoc quidem hercle hau reticebo
tamen.
ME. tu me uiuos hodie numquam facies quin sim Sosia.
So. certe edepol tu me alienabis numquam quin noster siem;
nec praesente nobis alius quisquamst seruos Sosia. 400
qui cum | Amphitruone hinc una fuerám in exercitum.

380 *fort.* f. tú p. s. a. ego téd ut u. (*vel* a. ut égo te u.) 384 *vel* med
neme] memet *Lindemann*: sane me *Palmer* 391 Dic *Lindemann*:
si *del.* *Camerarius* 395 foe. ici (ei-) *Otto* 400 praesente
nobis (*vel* n. pr.) *testatur Nonius* 76: nobis praeter me (*i. e. med*) *cod.*
401 una] *fort.* simitu (v. 2) ieram *cod.*

- ME. hic homo sanus non est. So. quod mihi praedicas 250
uitium, id tibi est.
quid, malum, non sum ego seruos Amphitruonis Sosia?
nonne hac noctu nostra nauis <huc> ex portu Persico
405 uenit, quae me aduexit? non me huc erus misit meus?
nonne ego nunc sto ante aedis nostras? non mi est lanterna
in manu?
non loquor, non uigilo? nonne hic homo modo me pugnis 255
contudit?
fecit hercle, nam etiam <mi> misero nunc malae dolent.
quid igitur ego dubito, aut quare non intro eo in nostram
domum?
- 410 ME. quid, domum uostram? So. ita enim uero. ME.
quin quae dixisti modo
omnia ementitus: equidem Sosia Amphitruoni sum.
nam noctu hac soluta est nauis nostra e portu Persico, 260
et ubi Pterela rex regnauit oppidum expugnauimus,
et legiones Teloboarum ui pugnando cepimus,
415 et ipsus Amphitruo opruncauit regem Pterelam in proelio.
So. egomet mihi non credo, quom illaec autumare illum audio;
hic quidem certe quae illic sunt res gestae memorat memo- 265
riter.
sed quid ais? quid Amphitruoni a Telobois est datum?
ME. Pterela rex qui potitare solitus est patera aurea.
- 420 So. elocutus est. ubi patera nunc est? ME. <est> in cistula;
Amphitruonis opsignata signo est. So. signi dic quid est?
ME. cum quadrigis Sol exoriens. quid me captas, carnufex? 270
So. argumentis uicit, aliud nomen quaerundum est mihi.
nescio unde haec hic spectauit. iam ego hunc decipiam
probe;

403 non ego sum *Weise* 404 huc *add. Pylades* 405 nonne
me *cod.*: *vel* non med 406 isto (sto *DE*, hic *B*³) *cod.* 407 *del.*
homo *Guictus* 408 mi *add. Pylades* 409 ut *cod.* (aut *B*) 417
vel illi 418 <doni> a *Ussing* datum est *cod.* (*cf.* 260, 261, 364)
420 *fort.* elocutust. ea ubi est *add. Dousa*

- nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius adfuit, 425
in tabernaclo, id quidem hodie numquam poterit dicere.
- 275 si tu Sosia es, legiones quom pugnabant maxume,
quid in tabernaclo fecisti? uictus sum si dixeris.
ME. cadus erat uini, inde impleui hírneam. So. ingressust
uiam.
- ME. eam ego, út matre fuerat natum, uini eduxi meri. 430
So. factumst illud, ut ego illic uini hirneam ebiberim meri.
- 280 mira sunt nisi latuit intus illic ín illac hirnea.
ME. quid nunc? uincon argumentis te non esse Sosiam?
So. tu negas med esse? ME. quid ego ni negem, qui ego-
met siem?
- So. per Iouem iuro med esse neque me falsum dicere. 435
ME. at ego per Mercurium iuro tibi Iouem non credere;
- 285 nam iniurato scio plus credet mihi quam iurato tibi.
So. quis ego sum saltem, si non sum Sosia? te interrogo.
ME. ubi ego Sosia nolim esse, tu esto sane Sosia;
nunc, quando ego sum, uapulabis, ni hinc abis, ignobilis. 440
So. certe edepol, quom illum contemplo et formam co-
gnosco meam,
- 290 quem ad modum ego sum (saepe in speculum inspexi),
nimi' similest mei;
itidem habet petasum ac uestitum: tam consimilest atque
ego;
- sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum uel labra,
malae, mentum, barba, collus: totus. quid uerbis opust? 445
si tergum cicatricosum, nihil hoc similst similius.
- 295 sed quom cogito, equidem certo idem sum qui semper fui.
noui erum, noui aedis nostras; sane sapio et sentio.
non ego illi optempero quod loquitur. pultabo fores.
ME. quó agis te? So. domum. ME. quadrigas si nunc 450
inscendas Iouis

430 vel uti natum, (tum) *Palmer, rhythmo consulens* 438 vel
ted 439 esse nolim *Gruterus, nam Sosiã suspectum (in v. 438 -ã tẽ*
Int- tribrach.): *vix* neuelim esse 446 tergumst vel cicatricosumst *alii*

atque hinc fugias, ita uix poteris ecfugere infortunium.

So. nonne erae meae nuntiare quod erus meu' iussit licet? 300

ME. tuae si quid uis nuntiare: hanc nostram adire non
sinam.

nam si me inritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

455 So. abeo potius. di immortales, opsecro uostram fidem,
ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidici?
an egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui? 305

nám hicquidem omnem imaginem meam, quae antehac
fuerat, possidet.

uiuo fit quod numquam quisquam mortuo faciet mihi.

460 ibo ad portum atque haec uti sunt facta ero dicam meo;
nisi etiam is quoque me ignorabit: quód ille faxit Iuppiter,
ut ego hódie raso capite caluos capiam pilleum. 310

MERCVRIVS

ii

ME. Bene prospere[que] hoc hodie operis processit mihi:
amoui a foribus maxumam molestiam,

465 patri ut liceret tuto illam amplexarier.
iam ille illuc ad erum quom Amphitruonem aduenerit,
narrabit seruom hinc sese a foribus Sosiam 5
amouisse; ille adeo illum mentiri sibi
credet, neque credet huc profectum, ut iusserat.

470 erroris ambo ego illos et dementiae
complebo atque Amphitruonis omnem familiam,
adeo usque satietatem dum capiet pater 10
illius quám amat. igitur demum omnes scient
quae facta. denique Alcumenam Iuppiter

475 rediget antiquam coniugi in concordiam.
nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet
atque insimulabit eam probri; tum meu' pater 15

461 faxit *Servius ad Aen.* 8, 564: *faciat cod.* (i. 7) 463 que
del. Acidalius 471 Am. om. *Fleckeisen*: om. am. *cod.* 475
coni. in conc. *Lindemann*: in conc. coniugis *cod.* 477 probri
tum *Merula*: probrium *cod.*

- eam seditionem illi in tranquillum conferet.
 nunc de Alcumena dudum quo dixi minus,
 hodie illa pariet filios geminos duos : 480
 alter decumo post mense nascetur puer
 20 quam seminatus(t), alter mense septumo ;
 eorum Amphitruonis alter est, alter Iouis :
 uerum minori puero maior est pater,
 minor maiori. iamne hoc scitis quid siet ? 485
 sed Alcumenai huius honoris gratia
 25 pater curauit uno ut fetu fieret,
 uno ut labore apsoluat aerumnas duas
 et ne in suspicione ponatur stupri
 et clandestina ut celetur consuetio. 490
 quamquam, ut iam dudum dixi, resciscet tamen
 30 Amphitruo rem omnem. quid igitur ? nemo id probro
 profecto ducet Alcumenae ; nam deum
 non par uidetur facere, delictum suom
 suamque ut culpam expetere in mortalem ut sinat. 495
 orationem comprimam : crepuit foris.
 35 Amphitruo subditiuos eccum exit foras
 cum | Alcumena — úxore usuraria.

iii I V P P I T E R A L C U M E N Á M E R C V R I V S

- IV. Bene uale, Alcumena, cura rem communem, quod facis ;
 atque imperce quaeso : menses iam tibi esse actos uides. 500
 mihi necesse est ire hinc ; uerum quod erit natum tollito.
 AL. Quid istue est, mi uir, negoti quod tu tam subito domo
 5 abeas ? IV. edepol hau quod tui me neque domi dis-
 taedeat ;
 sed ubi summus imperator non adest ad exercitum,

479 quod *cod.* 488 uno l. absoluet *Goetz, Schoell (cf. Nonius 57)*
 489 Ut *Goetz, Schoell* 490 consuetio *Scioppius ex Paul. Fest. 61*
 'consuetionem Plautus pro consuetudine dixit': consuetudo *codd.*
Donati Adolph. 4. 5. 32 : suspicio *cod.* (v, p. 80) 495 sua si quid
 culpa *codd. Nonii 301* 498 (una) ux. *Pradel* 500 atque inperce
Camerarius : at quin perge *cod.*

505 citius quod non facto est usus fit quam quod facto est opus.

ME. nimis hic scitust sycophanta, qui quidem meu' sit
pater.

opseruatote, (ut) quam blande mulieri palpabitur.

AL. ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. 10

Iv. satin habes si feminarum nulla est quam aeque dili-
gam?

510 ME. edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,
ego faxim ted Amphitruonem ésse malis quam Iouem.

AL. experiri istuc mauellem me quam mi memorarier.
prius abis quam lectus ubi cubuisti concaluit locus. 15

heri uenisti media nocte, nunc abis. hoccin placet?

515 ME. accedam atque hanc appellabo et subparasitabor patri.
numquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem
suam

sic ecflctim amare, proinde ut hic te ecflctim deperit.

Iv. carnufex, non ego te noui? ábin e conspectu meo? 20
quid tibi hanc curatio est rem, uerbero, aut muttitio?

520 quoui ego iam hoc scipione—AL. ah noli. Iv. muttito
modo.

ME. nequiter paene expediuit prima parasitatio. -

Iv. uerum quod tu dicis, mea uxor, non te mi irasci decet.
clanculum abii: á legione óperam hanc surrupui tibi, 25
ex me primo (ut) prima scires rem ut gessissem publicam.

525 ea tibi omnia enarraui. nisi te amare plurimum,
non facerem. ME. facitne ut dixi? timidam palpo per-
cutit.

Iv. nunc, ne legio persentiscat, clám illuc redeundum est
mihi,

ne me uxorem praeuortisse dicant prae re publica. 30

507 ut quam *scripsi*: quam *cod.* cum *cod. Schol. Verg. Aen. 2, 725*):
ut *codd. Donati Adolph. prol. 2*: cum quam *Bothe* mul. palp. *cod.*:
suppalpatur (palpetur) mul. *codd. Schol. Verg. et Donati* 520
quolego *cod. (l pro j)* 523 *cf. Journ. Phil. 26, 292* 524
ut *add. Fleckeisen*

AL. lacrumantem ex habitu concinnas tu tuam uxorem.

Iv. tace,

ne corrumpe oculos, redibo actutum. AL. id 'actutum' 530
diu est.

Iv. non ego te hic lubens relinquo neque abeo aps te.

AL. sentio,

nam qua nocte ad me uenisti, eadem abis. Iv. quur me
tenes?

35 tempus est: exire ex urbe priu' quam lucescat uolo.

nunc tibi hanc pateram, quae dono mi illi ob uirtutem
data est,

Pterela rex qui potitauit, quem ego mea occidi manu, 535

Alcumena, tibi condono. AL. facis ut alias res soles.

ecastor condignum donum, qualest qui donum dedit.

40 ME. immo sic: condignum donum, qualest quoi dono
datumst.

Iv. pergin autem? nonne ego possum, furcifer, te per-
dere?

AL. noli amabo, Amphitruo, irasci Sosiae caussa mea. 540

Iv. faciam ita ut uis. ME. ex amore hic admodum quam
saeuos est.

Iv. numquid uis? AL. ut quom apsim mé ames, me tuam
té apsentem tamen.

45 ME. eamus, Amphitruo. lucescit hoc iam. Iv. ábi prae,
Sosia;

iam ego sequar. numquid uis? AL. etiam: ut actutum
aduenias. Iv. licet,

prius túa opinione híc adero: bonum animum habe.— 545

nunc te, nox, quae me mansisti, mitto ut concedas die,

ut mortalis inlucescat luce clara et candida.

50 atque quanto, nox, fuisti longior hac proxuma,

533 est *add. Ital. (seq. ex-)* 537 *ecastor]* *edepol Nonius 198*
(? *pro eu ed.*) 542 *absentem cod. ; corr. Leo (-tē)* 545 *prius*
suspectum 546 *uñcedas ut vid. cod. (nec cedas D, ut cedas cett.)*
(*cf. Journ. Phil. 26, 290*) 547 *inlucescas corr. -at cod. ut vid.*

tanto breuior dies ut fiat faciam, ut aequè disparet
550 et dies é nocte accedat. ibo et Mercurium supsequar.—

ACTVS II

AMPHITRVO SOSIA

II. i

AM. Age i tu secundum. So. Sequor, supsequor te.

AM. scelestissimum te arbitror. So. nam quamobrem?

AM. quia id quod neque est neque fuit neque futurum est
mihi praedicas. So. eccere, iam tuatim

555 facis, ut tuis nulla apud te fides sit.

5

AM. quid est? quo modo? iam quidem hercle ego tibi istam
scelestam, scelus, linguam apscidam. So. tuos sum,
proinde ut commodumst et lubet quidque facias;
tamen quin loquar haec uti facta sunt hic,

560 numquam ullo modo me potes deterrere.

10

AM. scelestissime, audes mihi praedicare id,
domi te esse nunc qui hic ades? So. uera dico.

AM. malum quod tibi di dabunt, atque ego hodie
dabo. So. istuc tibist in manu, nam tuos sum.

565 AM. tun me, uerbero, audes erum ludificari?

15

tune id dicere audes, quod nemo unquam homo antehac
uidit nec potest fieri, tempore uno

homo idem duobus locis ut simul sit?

So. profecto ut loquor res ita est. AM. Iuppiter te

570 perdat. So. quid mali sum, ere, tua ex re promeritus?

20

AM. rogasne, inprobe, etiam qui ludos facis me?

So. merito maledicas mihi, si id ita factum est.
uerum hau mentior, resque uti facta dico.

549 fort. disparem (*Journ. Phil.* 26, 292), sed cf. Leo (*Herm.* 18, 572) 550 sequar Leo, *rhythmo consulens* 554 tuautem cod. (i. 7): *testantur tuatim Sisenna ap. Charisium 221, Nonius 179, Gloss. Plant.* 555 facis tu Brunck, cui facis displicet vel uti fides sit *Guietus*: sit fides cod.

- AM. homo hic ebrius est, ut opinor.
- 25 So. utinam ita essem. AM. optas quae facta. 575
 So. egone? AM. tú istic. ubi bibisti?
 So. nusquam equidem bibi. AM. quid hoc sit 576
 hominis? So. equidem deciens dixi :
 domi ego sum, inquam, écquid audis? 577
 30 et apud te adsum Sosia idem.
 satin hoc plane, satin diserte, 578
 ere, nunc uideor
 tibi locutus esse? AM. uah, 579
 apage te a me. So. quid est negoti? 580
- 35 AM. pestis te tenet. So. nam qur istuc
 dicis? equidem ualeo et saluos
 sum recte, Amphitruo. AM. at te ego faciam 583
 hodie proinde ac meritus es,
 ut minu' ualeas et miser sis, 584^a
- 40 saluo' domum si rediero : iam 584^b
 sequere sis, erum qui ludificas 585^a
 dictis delirantibus, 585^b
 qui quoniam eru' quod imperauit neglexisti persequi,
 nunc uenis etiam ultro inrisum dominum : quae neque fieri
 45 possunt neque fando umquam accepit quisquam profers,
 carnufex ;
 quouis ego hodie in tergum istaec faxo expetant mendacia.
 So. Amphitruo, miserruma istaec miseria est seruo bono, 590
 apud erum qui uera loquitur, si id ui uerum uincitur.
 AM. quó id, malum, pacto potest nam (mecum argumen-
 tis puta)
- 50 fieri, nunc uti tu (et) hic sis et domi? id dici uolo.
 So. sum profecto et hic et illíc. hoc quouiuis mirari licet.

574 Hic homo *Luchs* ac *vix Plautinum* 583 proinde ut *Fleckeisen*, nam proinde
 istaec faxo *Schmidt* (cf. *Lindsay ad Capt.* 964) : faxo ista *cod.* (i. 3) 591
 uera *Pylades* : uerba *cod.* 592 potes *cod.* (i. 9) : potest *codd.*
Nonii 369 593 et *add. Loman* 594 *vel illi*

595 neque tibi istuc mirum <mirum> magi' uidetur quam mihi.

AM. quo modo? So. nihilo, inquam, mirum magi' tibi istuc
quam mihi;

neque, ita me di ament, credebam primo mihimet Sosiae,
donec Sosia illic egomet fecit sibi uti crederem. 55

ordine omne, uti quidque actum est, dúm apud hostis
sedimus,

600 edissertauit. tum formam una apstulit cum nomine.

neque lact' lactis magis est simile quam ille ego similest mei.
nam ut dudum ante lucem a portu me praemisisti domum—

AM. quid igitur? So. priu' multo ante aedis stabam quam 60
illo adueneram.

AM. quas, malum, nugas? satin tu sanus es? So. sic sum
ut uides.

605 AM. huic homini nescioquid est mali mala obiectum manu,
postquam a me abiit. So. fateor, nam sum optusus pugniss
pessume.

AM. quis te uerberauit? So. egomet memet, qui nunc sum
domi.

AM. caue quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis. 65
omnium primum iste qui sit Sosia, hoc dici uolo.

610 So. tuos est seruos. AM. mihi quidem uno te plus etiam
est quam uolo,

neque postquam sum natus habui nisi te seruom Sosiam.

So. at ego nunc, Amphitruo, dico: Sosiam seruom tuom
praeter me alterum, inquam, adueniens faciam ut offendas 70
domi,

Dauo prognatum patre eodem quo ego sum, forma, aetate
item

615 qua ego sum. quid opust uerbis? geminus Sosia hic factust
tibi.

595 mirum *add. Spengel*
Mueller (Rhein. Mus. 54, 382)

598 ille (*ita cod.*) egomet <me>
601 lactis *Ital.*: lacti *cod.* (i. 9)

614 pregnatum *cod.* 615 quod *cod.*

AM. nimia memoras mira. sed uidistin uxorem meam?

So. quin intro ire in aedis numquam licitum est. AL.
quis te prohibuit?

75 So. Sosia ille quem iam dudum dico, is qui me contudit.

AM. quis istic Sosia est? So. ego, inquam. quotiens di-
cendum est tibi?

AM. sed quid ais? num obdormiisti dudum? So. nusquam 620
gentium.

AM. ibi forte istum si uidisses quendam in somnis Sosiam.

So. non soleo ego somniculose éri impéria persequi.

80 uigilans uidi, uigilans nunc <ut> uideo, uigilans fabulor,
uigilantem ille me iam dudum uigilans pugnis contudit.

AM. quis homo? So. Sosia, inquam, ego ille. quaeso, 625
nonne intellegis?

AM. qui, malum, intellegere quisquam potis est? ita nugas
blatis.

So. uerum actutum nosces, quom illum nosces seruom
Sosiam.

85 AM. sequere hac igitur me, nam mi istuc primum exquisito
est opus.

sed uide ex naui eferantur quae imperaui iam omnia.

So. et memor sum et diligens, ut quae imperes com- 630
pareant;

non ego cum uino simitu ébibi imperium tuom.

AM. utinam di faxint infecta dicta re eueniant tua.

ii ALCVMENA AMPHITRVO SOSIA

AL. Satin parua res est uoluptatum in uita atque in aetate
agunda

praequam quod molestum est? ita quoiq' comparatum est
in aetate hominum;

622 eri <mei> Lindemann 623 ut dubitanter addidi (seq. ui-) :
te add. Camerarius 627 quom Seyffert : quam cod. 629 imp.
iam Bothe : iam imp. cod. : vix iam indup. 632 ret (? pro ré) cod.

635 ita dis est placitum, uoluptatem ut maeror comes conse-
quatur :

quin incommodi plus malique ilico adsit, boni si optigit quid.
nam ego id nunc exerior domo atque ipsa de me scio, quoi 5
uoluptas
parumper datast, dum uiri [mei] mi potestas uidendi fuit
noctem unam modo ; atque is repente abiit a mé hinc ante
lucem.

640 sola hic mi nunc uideor, quia ille hinc abest quém ego amo
praeter omnis.

plus aegri ex abitu uiri, quam ex aduentu uoluptati' cepi.
641^a sed hoc me beat 10
saltem, quom perduellis uicit et domum laudis compos
reuenit :

id solacio est.

apsit, dum modo laude parta

645 domum recipiat se ; feram et perferam usque 15
abutum eiuis animo forti atque offirmato, id modo si mercedis 15
datur mi, ut meus uictor uir belli clueat.

satis mi esse ducam.

uirtus praemium est optimum ;

uirtus omnibus rebus anteit profecto :

650 libertas, salus, uita, res et parentes, patria et prognati 20
tutantur, seruantur :

uirtus omnia in sese habet, omnia adsunt

bona quem penest uirtus.

AM. edepol me uxori exoptatum credo aduenturum
domum,

655 quae me amat, quam contra amo, praesertim re gesta bene, 25
uictis hostibus : quos nemo posse superari ratust,
eos auspicio meo atque [in]ductu primo coetu uicimus.

635 diuis *Leo* : *vix* deis (diis) 638 mei *deleui* 639 *vel* med
642 quom *Parvus* : quam *cod.* *vel* Sed hoc me beat saltem quom
perduellis | Vicit et etc. 646 mercedes (*i. e.* -is) *cod.* 647 *vel* sati'
mihi (mi) 657 *vel* ac ductu *Ital.* : inductu (? *pro* id-; i. 3) *vel* coitu

certe enim med illi expectatum optato uenturum scio.

So. quid? me non rere expectatum amicae uenturum meae?

30 AL. meu' uir hicquidem est. AM. sequere hac tu me. 660

AL. nam quid ill' reuertitur

qui dudum properare se[se] aibat? án ille me temptat sciens
atque id se uolt experiri, suom abitum ut desiderem?

ecastor med haud inuita se domum recipit suam.

So. Amphitruo, redire ad nauem meliust nos. AM. qua
gratia?

35 So. quia domi daturus nemo est prandium aduenientibus. 665

AM. qui tibi nunc istuc in mentemst? So. quia enim sero
aduenimus.

AM. qui? So. quia Alcumenam ante aedis stare saturam
intellego.

AM. grauidam ego illanc hic reliqui quom abeo. So. eí
perii miser.

AM. quid tibi est? So. ad aquam praebendam commo-
dum adueni domum,

40 decumo post mense, ut rationem te dictare intellego. 670

AM. bono animo es. So. scin quam bono animo sim? si
situlam cepero,
numquam edepol tu mihi diuini [quicquam] creduis post
hunc diem,

ní ego illi puteo, si occepso, ánimam omnem intertraxero.

AM. sequere hac me modo; alium ego isti rei adlegabo, ne
time.

45 AL. magi' nunc (me) meum officium facere, si huic eam 675
aduorsum, arbitrator.

662 se *Acidalius*: si *cod.* 666 mentemst *Lindemann*: men-
tem uenit *cod.* (v. 1) tibi is. in m. u. (*del.* nunc) *Pylades* qui
enim (*pro* quiaenim) *cod.* 668 quom *Ital.*: quam *cod.* 670 ductare
Lambinus: putare *Ussing* 671 situlam *Camerarius*: situlam
iam *cod.* (iv. 4) 672 vix dñi
quicquam *del.* *Bothe*; cf. *Redslob* (*Berl. Phil. Woch.* 22, 553) 673
occepto *cod.* (i. 7): *testatur* occepso *Nonius* 148, *item* 410 674
alligabo *cod.* 675 me *add.* *Lindemann* facere si *Camerarius*:
faceres *cod.*

AM. Amphitruo uxorem salutat laetus speratam suam,
 quam omnium Thebis uir unam esse optumam diiudicat,
 quamque adeo ciues Thebani uero rumiferant probam.
 ualustin usque? exspectatum aduenio? So. hau uidi
 magis.

680 exspectatum eum salutat magis hau quicquam quam canem. 50

AM. et quom [te] grauidam et quom te pulchre plenam
 aspicio, gaudeo.

AL. opsecro ecastor, quid tu me deridiculi gratia
 sic salutas atque appellas, quasi dudum non uideris,
 quasi qui nunc primum recipias te domum huc ex hostibus,

685 atque me nunc proinde appellas quasi multo post uideris? 55

AM. immo equidem te nisi nunc hodie nusquam uidi
 gentium.

AL. quid negas? AM. quia uera didici dicere. AL. haud
 aequom facit

qui quod didicit id dediscit. an periclitamini
 quid animi habeam? sed quid huc uos reuertimini tam cito?

690 an te auspicium commoratum est an tempestas continet 60

qui non abiisti ad legiones, ita uti dudum dixeras?

AM. dudum? quam dudum istuc factum est? AL. temptas.
 iam dudum, modo.

AM. quí istuc potis est fieri, quaeso, ut dicis: iam dudum,
 modo?

AL. quid enim censes? té ut deludam contra lusorem meum,

695 qui nunc primum te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris. 65

AM. haec quidem deliramenta loquitur. So. paullisper mane,
 dum edormiscat unum somnum. AM. quaene uigilans
 somniat?

678 uerorumificant *cod.* (uerorum mirificant *B*³): *testatur* rumiferant
Nonius 167 680 quicquam *Bothe*: quisquam *cod.* 681 te *del.*
Pylades aspicio *cod.* 684 quasique *Camerarius* 685 *secl.*
Muretus 689 *fort.* (uos) huc uos reuertimini (*cf. v. 238*), *nam* *revv-*
displicet 690 continit *Luchs* 692 i. dudum *Brunc*: i. dudum
pridem cod. (iv, p. 61)

AL. equidem ecastor uigilo et uigilans id quod factum est
fabulor.

nam dudum ante lucem et istunc et te uidi. AM. quó in loco?

70 AL. hic in aedibus ubi tu habitas. AM. numquam factum 700
est. So. non taces?

quid si e portu nauis huc nos dormientis detulit?

AM. etiam tu quoque adsentaris huic? So. quid uis fieri?
non tu scis? Bacchae bacchanti si uelis aduorsarier,
ex insana insaniorem facies, feriet saepius;

75 si opsequare, una resoluas plaga. AM. at pol qui certa res 705
hanc est obiurgare, quae me hódie aduenientem domum
noluerit salutare. So. inritabis crabrones. AM. tace.

Alcumena, unum rogare te uolo. AL. quiduis roga.

AM. num tibi aut stultitia accessit aut superat superbia?

80 AL. quí istuc in mentemst tibi ex me, mi uir, percontarier? 710

AM. quia salutare aduenientem me solebas antidhac,
appellare itidem ut pudicae suos uiros quae sunt solent.
eo more expertem te factam adueniens offendi domi.

AL. ecastor equidem te certo héri aduénientem ilico

85 et salutaui et ualuissesne usque exquisiui simul, 715

mi uir, et manum prehendi et osculum tetuli tibi.

So. tun heri hunc saltauisti? AL. et te quoque etiam,
Sosia.

So. Amphitruo, speraui ego istam tibi parituram filium;

uerum non est puero grauida. AM. quid igitur? So.
insania.

90 AL. equidem sana sum et deos quaeso ut salua pariam 720
filium.

uerum tu malum mágnum habebis si hic suom officium facit:
ob istuc omen, ominator, capies quod te condecet.

705 obs. una *Camerarius*: obsequar funa *cod* (F pro E) rem
soluas *Pistoris* (cf. *Asin.* 433) 706 vel med 708 roga *Aldus*:
rogare roga *cod.* (iv. 2, 3) 709 num *Camerarius*: nunc *cod.* 710
mente est *cod.*, etiam *codd.* *Nonii* 44 (pro mentest, i. e. -tem est) ex
me *codd.* *Nonii*: om. *cod.* 714 heri (huc) *Mueller* 722 con-
cedet *cod.* (*corr. J*)

So. enim uero praegnati oportet et malum et malum dari
ut quod obrodat sit, animo si male esse occeperit.

725 AM. tu me heri hic uidisti? AL. ego, inquam, si uis deciens 95
dicere.

AM. in somnis fortasse. AL. immo uigilans uigilantem.

AM. uae [misero] mihi!

So. quid tibi est? AM. delirat uxor. So. atra bili per-
cita est.

nulla res tam delirantis homines concinnat cito.

AM. ubi primum tibi sensisti, mulier, impliciscier?

730 AL. equidem ecastor sana et salua sum. AM. quare igitur 100
praedicas

té heri me uidisse, qui hac noctu in portum aduecti sumus?

ibi cenauit atque ibi quieuit in nauis noctem perpetem,

neque meum pedem huc intuli etiam in aedis, ut cum exercitu
hinc profectus sum ad Teloboas hostis eosque ut uicimus.

735 AL. immo mecum cenauisti et mecum cubuisti. AM. quid 105
est?

AL. uera dico. AM. non de hac quidem hercle re; de
aliis nescio.

AL. primulo diluculo abiisti ad legiones. AM. quomodo?

So. recte dicit, ut commemorat: somnium narrat tibi.

sed, mulier, postquam experrecta es, te prodigiali Ioui

740 aut mola salsa hodie aut ture comprecata oportuit. 110

AL. uae capiti tuo! So. tua istuc refert—si curaueris.

AL. iterum iam hic in me inclementer dicit, atque id
sine malo.

AM. tace tu. tu dice: egone apud te abii hodie cum
diluculo?

AL. quis igitur nisi uos narrauit mi illi ut fuerit proelium?

726 fortasse] fors Norden (*Rhein. Mus.* 49, 286), fort. recte uae]
ei *Fleckisen*: vix hae (*interiect.*) misero del. *Pylades* (iv. 3) 730
quor cod. 735 quid *Aldus*: quid id cod. (iv. 4) 736 vel ré;
de ál. quidem hercle de hac *Camerarius* 739 te *codd. Nonii* 44:
om. cod. 743 dic *cod.*

- 115 AM. an etiam id tu scis? AL. quipp' qui ex te audiui, ut 745
urbem maxumam
expugnauisses regemque Pterelam tute occideris.
AM. egone istuc dixi? AL. tute istic, etiam astante hoc
Sosia.
AM. audiuistin tu me narrare haec hodie? So. ubi ego
audiuerim?
AM. hanc roga. So. mequidem praesente numquam fa-
ctumst, quod sciam.
- 120 AL. mirum quin te aduersus dicat. AM. Sosia, age me huc 750
aspice.
So. specto. AM. uera uolo loqui te, nolo adsentari mihi.
audiuistin tu hodie me illi dicere ea quae illa autumat?
So. quaeso edepol, num tu quoque etiam insanis, quom id
me interrogas,
qui ipsus equidem nunc primum istanc tecum conspicio
simul?
- 125 AM. quid nunc, mulier? audin illum? AL. ego uero, 2c 755
falsum dicere.
AM. neque tu illi neque mihi uiro ipsi credis? AL. eo fit
quia mihi
plurimum credo et scio istaec facta proinde ut proloquor.
AM. tun me heri aduenisse dicis? AL. tun te abiisse hodie
hinc negas?
AM. nego enim uero, et me aduenire nunc primum aio ad
te domum.
- 130 AL. opsecro, etiamne hoc negabis, te auream pateram mihi 760
dedisse dono hodie, qua te illi donatum esse dixeras?
AM. neque edepol dedi neque dixi; uerum ita animatus fui
itaque nunc sum ut ea te patera donem. sed quis istuc tibi
dixit? AL. ego equidem ex te audiui et ex tua accepi manu

755 qui nunc *cod.* (*cf.* qui nunc *pro* quid nunc *Epid.* 517, *Pseud.* 155; *ex* quinnunc *ut vid.*) 756 *vel* illic 761 *dédisse suspectum*
764 equidem ego *Fleckeisen*

765 pateram. AM. mane, mane, opsecro te. nimi' demiror, 135
Sosia,

quí illaec illi me donatum esse aurea patera sciat,
nisi tu dudum hanc conuenisti et narrauisti haec omnia.

So. neque edepol ego dixi neque istam uidi nisi tecum simul.

AM. quid hoc sit hominis? AL. uin proferri pateram?

AM. proferri uolo.

770 AL. fiat. (i) tu, Thessala, intus pateram proferto foras, 140

qua hodie meu' uir donauit me. AM. secede huc tu, Sosia.

enim uero illud praeter alia mira miror maxume,

si haec habét pateram illam. So. an etiam crédis id, quae

ín hac cistellula

tuo signo opsignata fertur? AM. saluom signum est?

So. inspice.

775 AM. recte, ita est ut opsignauí. So. quaeso, quin tu istanc 145

iubes

pro cerrita circumferri? AM. édepol qui factó est opus ;

nam haec quidem edepol laruarum plenast. AL. quid

uerbis opust?

em tibi pateram, eccam. AM. cedo mi. AL. age aspice

huc sis nunciam

tu qui quae facta infitiare ; quem ego iam hic conuincam

palam.

780 estne haec patera qua donatu's illi? AM. summe Iuppiter, 150

quid ego uideo? haec ea est profecto patera. perii, Sosia.

So. aut pol haec praestigiatrix mulier multo maxuma est

aut pateram hic inesse oportet. AM. agedum, exsolue

cistulam.

So. quid ego istam exsoluam? opsignatast recte, res gesta

est bene :

785 tu peperisti Amphitruonem (alium), ego alium peperí Sosiam ; 155

770 i *add. Ital.* : at *Bothe* : heus *Acidalius* 773 pateram *del.*
Brix cistula *Guietus* 782 *vel* multo mulier (*BE*¹) 783 exsolue
Mueller : eam solue *cod.* (*pro ea s.*) (*A pro X*) 785 alium *add. Guietus*

nunc si patera pateram peperit, omnes congeminauimus.

AM. certum est aperire atque inspicere. So. uide sis signi
quid siet,

ne posterius in me culpam conferas. AM. aperi modo ;
nam haec quidem nos delirantis facere dictis postulat.

160 AL. unde haec igitur est nisi aps te quae mihi dono data est ? 790

AM. opu' mi est istuc exquisito. So. Iuppiter, pro Iuppiter!

AM. quid tibi est ? So. hic patera nulla in cistulast. AM.
quid ego audio ?

So. id quod uerumst. AM. at cum cruciatu iam, nisi
apparet, tuo.

AL. haec quidem apparet. AM. quis igitur tibi dedit ?
AL. qui me rogat.

165 So. me captas, quia tute ab nauí clanculum huc alia uia 795

praecucurristi, atque hinc pateram tute exemisti atque eam
huic dedisti, post hanc rusum ópsignasti clanculum.

AM. ei mihi ! iam tu quoque huius adiuuas insaniam ?

ain heri nos aduenisse huc ? AL. aio, adueniensque ilico

170 me salutauisti, et ego te, et osculum tetuli tibi. 800

AM. iam illud non placet principium de osculo. perge
exsequi.

AL. lauisti. AM. quid postquam lauisti ? AL. áccubuisti.

So. eugae optume !

nunc exquire. AM. ne interpella. perge porro dicere.

AL. cena adposita est ; cenauisti mecum, ego accubui simul.

175 AM. in eodem lectó ? AL. in eodem. So. ei, non placet 805
conuiuium.

AM. sine modo argumenta dicat. quid postquam cenauiumus ?

AL. te dormire aibas ; mensa ablata est, cubitum hinc
abiimus.

786 pateram patera *cod.* (*recte D*)

787 uidessisigni *cod.*

789 *fort.* dictis facere *favente adlitteratione*

793 tum cruiatulam

cod. (t *pro* c, l *pro* j)

797 hanc *Spengel* : hac *cod.*

801 perge

Muretus : pergam *cod.*, *vix recte*

- AM. ubi tu cubuisti? AL. in eodem lecto tecum una in
cubiculo.
- AM. perdidisti. SO. quid tibi est? AM. haec me modo ad
mortem dedit.
- 810 AL. quid iam, amabo? AM. ne me appella. SO. quid tibi 180
est? AM. perii miser,
quia pudicitiae huius uitium me hinc apse est additum.
AL. opsecro ecastor, quid istuc, mi uir, ex ted audio?
AM. uir ego tuo' sim? ne me appella, falsa, falso nomine.
SO. haeret haec res, si quidem haec iam mulier facta est
ex uiro.
- 815 AL. quid ego feci qua istaec propter dicta dicantur mihi? 185
AM. tute edictas facta tua, ex me quaeris quid deliqueris.
AL. quid ego tibi deliqui, si quoi nupta sum tecum fui?
AM. tun mecum fueris? quid illac inpudente audacius?
saltem, tute si pudoris egeas, sumas mutuom.
- 820 AL. istuc facinus quod tu insimulas nostro generi non decet. 190
tu si me inpudicitiai captas, capere non potes.
AM. pro di immortales, cognoscin tu me saltem, Sosia?
SO. propemodum. AM. cenauin ego heri in nauí in portu
Persico?
AL. mihi quoque adsunt testes qui illud quod ego dicam
adsentiant.
- 825 SO. nescio quid istuc negoti dicam, nisi si quispiam est 195
Amphitruo alius, qui forte ted hinc apse tamen
tuam rem curet teque apse hic munus fungatur tuom.
nam quom de illo subditiuo Sosia mirum nimist,
certe de istoc Amphitruone iam alterum mirum est magis.
- 830 AM. nescioquis praestigiator hanc frustratur mulierem. 200
AL. per supremi regis regnum iuro et matrem familias

808 una tecum *Lindemann* 811 hic *cod.* (*cf.* 826) 813
falso (-sa *D*²) falso *cod.* 818 tune *cod.* 821 capere non potes
Muretus : non potes capere *cod.* 826 alius Amphitruo(?) *Leo* hic
cod. (*cf.* 811) 828 nam quom *Mueller* : namque *cod.* (*ante conso-*
nantem vix ferendum) : vix nam qui vel nimest

- Iunonem, quam me uereri et metuere est par maxume,
 ut mi extra unum te mortalis nemo corpus corpore
 contigit, quo me inpudicam faceret. AM. uera istaec uelim.
- 205 AL. uera dico, sed nequiquam, quoniam non uis credere. 835
 AM. mulier es, audacter iuras. AL. quae non deliquit, decet
 audacem esse, confidenter pro se et proterue loqui.
 AM. satis audacter. AL. ut pudicam decet. AM. † in †
 uerbis probas.
- AL. non ego illám mi dotem duco ésse quae dos dicitur
 210 sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem, 840
 deum metum, parentum amorem et cognatum concordiam,
 tibi morigera atque ut munifica sim bonis, prosim probis.
 So. né ista edepól, si haec uera loquitur, examussim est
 optuma.
- AM. delenitus sum profecto ita ut me qui sim nesciam.
- 215 So. Amphitruo es profecto, caue sis ne tu te usu perdis: 845
 ita nunc homines immutantur, postquam peregre aduenimus.
 AM. mulier, istanc rem inquisitam certum est non amittere.
 AL. edepol me lubente facies. AM. quid ais? responde mihi,
 quid si adduco tuom cognatum húc a nauí Naucratem,
 220 qui mecum una uectust una nauí, atque is si denegat 850
 facta quae tu facta dicis, quid tibi aequom est fieri?
 numquid caussám dicis quin te hoc' multem matrimonio?
 AL. si deliqui, nulla caussa est. AM. conuenit. tu, Sosia,
 duc hos intro. ego huc ab nauí mecum adducam Nau-
 cratem.—
- 225 So. nunc quidem praeter nos nemo est. dic mihi uerum serio: 855
 ecquis alius Sosia intust qui mei similis siet?
 AL. abin hinc a me, dignus domino seruos? So. abeo, si
 iubes.—

838 in] enim *Lachmann* vel proba's
 842 munificas in (*ex i*) bonis *cod.* (i. 6)
Nonii 9 854 vel duce abducam *cod.*
 857 vel dignu's

839 vel illam mihi
 843 uera haec *codd.*
 856 meis *cod.* (mei *D*²)

AL. nimis ecastor facinus mirum est qui illi conlbitum siet
meo uiro sic me insimulare falso facinus tam malum.

860 quidquid est, iam ex Naucrate cognato id cognoscam 230
meo.—

ACTVS III

I V P P I T E R

III. i

IV. Ego sum ille Amphitruo, quooi est seruos Sosia,
idem Mercurius qui fit quando commodumst,
in superiore quí habito cenaculo,
qui interdum fio Iuppiter quando lubet ;

865 huc autem quom extemplo aduentum adporto, ilico 5
Amphitruo fio et uestitum immuto meum.

nunc huc honoris uostri uenio gratia,
ne hanc incohatam transigam comoediam ;
simul Alcumenae, quam uir insontem probrí

870 Amphitruo accusat, ueni ut auxilium feram : 10
nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,
si id Alcumenae tinnocenti expetat.

nunc Amphitruonem memet, ut ocepi semel,
esse adsimulabo | atque in horum familiam

875 hodie frustrationem iniciam maxumam ; 15

post igitur demum faciam res fiat palam
atque Alcumenae in tempore auxilium feram
faciamque ut uno fetu et quod grauida est uiro
et me quod grauidast pariat sine doloribus.

880 Mercurium iussi me continuo consequi, 20
si quid uellem imperare. nunc hanc adloquar.

858 conlbitum *cod.* (conlbitum *D*^o) 859 falso *Lindemann* :
falsum (i. 3) 865 quo *cod.* 868 ne⁷ ut *Havet* 872 inno-
centiae *Lachmann* 874 (iterum) esse *Fleckeisen* 875 hod.
fr. Fleckeisen : *fr. hod. cod.* : *fr. (ego) hod. Pylades*

ii

ALCVMENA IVP PITER

- AL. Durare nequeo in aedibus. ita me probri,
 stupri, dedecoris a uiro argutam meo!
 ea quae sunt facta infectare est atq̄ clamitat,
 quae neque sunt facta neque ego in me admisi arguit ; 885
 5 atque id me susque deque esse habituram putat.
 non edepol faciam, neque me perpetiar probri
 falso insimulatam, quin ego illum aut deseram
 aut sati' faciat mi ille atque adiuret insuper
 nolle esse dicta quae in me insontem protulit. 890
 10 IV. faciundum est mi illud fieri quod illaec postulat,
 si me illam amantem ad sese studeam recipere :
 quando ego quod feci id factum Amphitruoni offuit
 atque illi dudum meus amor negotium
 insonti exhibuit, nunc autem insonti mihi 895
 15 illius ira in hanc et male dicta expetent.
 AL. sed eccum uideo qui ⟨modo⟩ me miseram arguit
 stupri, dedecoris. IV. te uolo, uxor, conloqui.
 quo te auortisti? AL. ita ⟨ingeni⟩ ingenium meumst :
 inimicos semper osa sum optuerier. 900
 20 IV. heia autem inimicos? AL. sic est, uera praedico ;
 nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.
 IV. nimi' uerecunda es. AL. potin ut apstineas manum?
 nam certo, si sis sanus aut sapias satis,
 quam tu inpudicam esse arbitrere et praedices, 905
 25 cum ea tu sermonem nec ioco nec serio
 tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.
 IV. si dixi, nihilo magis es neque ego esse arbitror,

884 infecta restat *Vahlen* : infecta testat *Palmer* : fort. infecta praestat
 893 id factum *Camerarius* : factum id *cod.* 894 illi *Pylades* :
 ille *cod.* (cf. 1002) : vix illae 897 sed (set) *Guetus* : et *cod.*
 modo (m) ^o add. *Goetz, Locve* 899 ingeni add. *Seyffert* 903
 iracunda *Lambinus* potin *Camerarius* : potin est *cod.* 906 ea
 tu *Camerarius* : fatu *cod.* (F pro E) 907 nisi si sis *cod.* (nisi sis J)

- et id huc reuorti uti me purgarem tibi.
- 910 nam numquam quicquam meo animo fuit aegrius
quam postquam audiui ted esse iratam mihi. 30
quid dixisti? inquires. ego expediam tibi.
non edepol quo te esse inpudicam crederem;
uerum periclitatus súm animum tuom
- 915 quid faceres et quo pacto id ferre induceres.
equidem ioco illa dixeram dudum tibi, 35
ridiculi caussa. uel hunc rogato Sosiam.
AL. quin huc adducis meum cognatum Naucratem,
testem quem dudum te adducturum dixeras
- 920 te huc non uenisse? Iv. si quid dictum est per iocum,
non aequom est id te serio praeuortier. 40
AL. ego illum scio quam doluerit cordi meo.
Iv. per dexteram tuam te, Alcumena, oro, opsecro,
da mihi hanc ueniam, ignosce, irata ne sies.
- 925 AL. ego istaec feci uerba uirtute inrita;
nunc, quando factis me inpudicis apstini, 45
ab inpudicis dictis auorti uolo.
ualeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
iuben mi íre comites? Iv. sanan es? AL. si non iubes,
- 930 ibo egomet; comitem mihi Pudicítiam duxero.
Iv. mane. arbitrato tuo ius iurandum dabo 50
me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.
id ego si fallo, tum te, summe Iuppiter,
quaeso Amphitruoni ut semper iratus sies.
- 935 AL. a, propitius sit potius. Iv. confido fore;
nam ius iurandum uerum te aduorsum dedi. 55
iam nunc irata non es? AL. non sum. Iv. bene facis.
nam in hominum aetate multa eueniunt huiusmodi:
capiunt uoluptates, capiunt rusum miserias;
940 irae interueniunt, redeunt rusum in gratiam.

922 illud *Ital.* 924 hanc mihi da *Fleckeisen*, ne sit hiatus mihi |
hanc 926 abstini *Luchs*: abstines (*pro -nei*; i. 7)

- 60 uerum irae si quae forte eueniunt huiusmodi
inter eos, rusum si reuentum in gratiam est,
bis tanto amici sunt inter se quam prius.
AL. primum cauisse oportuit ne diceres,
945 uerum eadem si idem purgas mi, patiunda sunt.
- 65 IV. iube uero uasa pura adornari mihi,
ut quae apud legionem uota uoui si domum
rediissem saluos, ea ego éxsoluam omnia.
AL. ego istuc curabo. IV. euocate huc Sosiam ;
gubernatorem qui in mea nauí fuit 950
- 70 Blepharonem arcessat qui nobiscum prandeat.
tis adeo inpransus ludificabitur†,
quom ego Amphitruonem collo hinc opstricto traham.
AL. mirum quid solus secum secreto ille agat.
atque aperiuntur aedes. exit Sosia. 955

iii SOSIA IVP PITER ALCV MENA

- So. Amphitruo, adsum. si quid opus est, impera, imperium
exsequar.
- IV. (Sosia,) optume aduenis. So. iam pax est inter uos duos?
nam quia uos tranquillos uideo, gaudeo et uolupest mihi.
atque ita seruom par uidetur frugi sese instituere :
- 5 proinde eri ut sint, ipse item sit ; uoltum e uoltu comparet : 960
tristis sit, si eri sint tristes ; hilarius sit, si gaudeant.
sed age responde : iam uos rediistis in concordiam ?
IV. derides qui scis haec dudum me dixisse per iocum.
So. an id ioco dixisti ? équidem serio ac uero ratus.
- 10 IV. habui expurigationem ; facta pax est. So. optume est. 965
IV. ego rem diuinam intus faciam, uota quae sunt. So.
censeo.
- IV. tu gubernatorem a nauí huc euoca uerbis meis

945 isdem *cod.*, *antiqua forma* 948 exsoluam (-uā) ⟨una⟩ (ūa)
Seyffert: exsoluam ⟨iam⟩ *Mueller (Rhein. Mus.* 54, 382) 952 is
a Mercurio inp. *Leo (cf. Arg.* II. 9) ⟨lepide⟩ ludi. *Lindemann*
957 Sosia *add. Leo (cf. iii. 2)* 963 dudum *Camevarius*: iam dudum
cod. (iv. 1) 964 *vel anne id ióco*

Blepharoném, uti re diuina facta mecum prandeat.

So. iam hic ero quom illic censebis esse me.—Iv. actutum
huc redi.

970 AL. numquid uis, quin abeam iam intro, ut apparentur qui- 15
bus opust?

Iv. i sane, et quantum potest parata fac sint omnia.

AL. quin uenis quando uis intro? faxo hau quicquam sit
morae.—

Iv. recte loquere et proinde diligentem ut uxorem decet.

iam hisce ambo, et seruos et era, frustra sunt duo, 20
975 qui me Amphitruonem rentur esse : errant probe.

nunc tu, diuine Sosia, huc fac adsies,
(audis quae dico, tam etsi praesens non ades),
facé iam Amphitruonem aduenientem ab aedibus
ut abigas ; quouis pacto fac commentu' sis.

980 uolo deludi illunc, dum cum hac usuraria 25
uxore nunc mi morigero. haec curata sint
fac sis, proinde adeo ut uelle med intellegis,
atque ut ministres mi, mihi quom sacrificem.

MERCVRIVS

iv

ME. Concedite atque apscedite omnes, de uia decedite,
985 nec quisquam tám au(i)dax fuat homo qui obuiam opsistat
mihi.

nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier
populo, ni decedat mihi, quam seruolo in comoediis?

ill' nauem saluam nuntiat aut irati aduentum senis : 5

968 uti] qui *Goetz, Loewe* 971 potes (potest B¹) *cod.* fac
Pylades: facta *cod.* 973 dil. proinde *Skutsch, cui proinde disyll.*
ante consonantem displicet 974 hi *cod.* 976 Sos. huc fac
adsies *Goetz, Loewe*: huc fac adsis Sos. *cod.*, *fort. recte*: mi h. f. a. S.
Mueller (Rhein. Mus. 54, 382) 978 faciam (fac iam) *am. codd.*
Nonii 88: fac *am. (om. iam) cod.*: fac *Am. iam Lambinus* 979
abeat *codd. Nonii* sies *cod.*, *item codd. Nonii* 980 illunc dum
Pareus: illum edum *cod. (e pro c)* 981 sient *cod.* 983 mihi
tum *Camerarius*: cum mihi *cod.* 985 quispiam *Usener* (nunc)
tam *Fleckeisen* auidax *Skutsch (Philol. 59, 503)*

- ego sum Ioui dicto audiens, eius iussu nunc huc me adfero.
 quam ob rem mihi magi' par est uia decedere et concedere. 990
 pater uocat me, eum sequor, eius dicto, imperio sum audiens ;
 ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.
- 10 amanti subparasitor, hortor, adsto, admoneo, gaudeo.
 si quid patri uolupest, uoluptas ea mihi multo maxumast.
 amat : sapit ; recte facit, animo quando opsequitur suo, 995
 quod omnis homines facere oportet, dum id modo fiat bono.
 nunc Amphitruonem uolt deludi meu' pater : faxo probe
- 15 iam hic deludetur, spectatores, uobis inspectantibus.
 capiam coronam mi in caput, adsimulabo me esse ebrium ;
 atque illuc susum escenderó : inde optume aspellam uirum 1000
 de supero, quom huc accesserit ; faciam ut sit madidus sobrius.
 deinde illi actutum sufferet suo' seruos poenas Sosia :
- 20 eum fecisse ille hodie arguet quae ego fecero hic. quid
 (id) mea ?
 meo me aequomst morigerum patri, eius studio seruire
 addecet.
 sed eccum Amphitruonem, aduenit ; iam ille hic deludetur 1005
 probe,
 siquidem uos uoltis auscultando operam dare.
 ibo intro, ornatum capiam qui potis decet ;
- 25 dein susum ascendam in tectum ut illum hinc prohi-
 beam.

ACTVS IV

IV. i

AMPHITRVO

AM. Naucratem quem conuenire uolui in naui non erat,
 neque domi neque in urbe inuenio quemquam qui illum 1010
 uiderit.

992 ego *bis cod. (semel J)* 996 bono fiat modo *Abraham Stud.*
Pl. 210 998 insp. *Pylades* : spectantibus *cod. (pro ispectantibus ;*
v. 9. 8) 1000 asp. *Camerarius* : cispellam *cod. (ci pro a ; vi. 1)*
 1002 illi *Lambinus* : ille *cod.* 1003 id *add. Camerarius : fort.*
 ecquid 1005 *vel illic d.* 1007 potis *Scaliger* : potius *cod.*

nam omnis plateas perreptaui, gymnasia et myropolia ;
 apud emporium atque in macello, in palaestra atque in foro,
 in medicinis, in tostrinis, apud omnis aedis sacras 5
 sum defessus quaeritando : nusquam inuenio Naucratem.
 1015 nunc domum ibo atque ex uxore hanc rem pergam exquirere,
 quis fuerit quem propter corpus suum stupri compleuerit.
 nam me quam illam quaestionem inquisitam hodie amittere
 mortuom satiust. sed aedis occluserunt. eugepae, 10
 pariter hoc fit atque ut alia facta sunt. feriam fores.
 1020 aperite hoc. heus, ecquis hic est ? ecquis hoc aperit ostium ?

MERCVRIVS AMPHITRVO ii

ME. Quis ad fores est ? AM. ego sum. ME. quid 'ego
 sum' ? AM. ita loquor. ME. tibi Iuppiter
 dique omnes irati certo sunt qui sic frangas fores.
 AM. quo modo ? ME. eo modo, ut profecto uiuas aetatem
 miser.
 AM. Sosia. ME. ita : sum Sosia, nisi me esse oblitum
 existumas.
 1025 quid nunc uis ? AM. sceleste, at etiam quid uelim, id tu 5
 me rogas ?
 ME. ita, rogo. paene ecfregisti, fatue, foribus cardines.
 an fores censebas nobis publicitus praerberier ?
 quid me aspectas, stolide ? quid nunc uis tibi ? aut quis tu
 es homo ?
 AM. uerbero, etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum
 Accheruns ?
 1030 quem pol ego hodie ob istaec dicta faciam feruentem flagris. 10
 ME. prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.
 AM. quidum ? ME. quia senecta aetate á me mendicas
 malum.
 AM. cum cruciatu tuo istaec hodie, uerna, uerba funditas.

ME. sacrifico ego tibi. AM. qui? ME. quia enim te macto 1034
infortunio.

- AM. at ego te cruce et cruciatu mactabo, mastigia. frag. 1
(ME.) erus Amphitruo(st) occupatus. n
(ME.) abiendi nunc tibi etiam occasiost. III(xvG)
(ME.) optumo iure infringatur aula cineris in caput. IV(III)
(ME.) ne tu postules matulam unam tibi aquai infundi in v(IV)
caput.
(ME.) laruatu's. edepol hominem miserum! medicum quae- VI(VII)
rita.
(AL.) exiurauisti te mihi dixe per iocum. VII(XI)
(AL.) quaeso aduenienti morbo medicari iube: VIII(XII)
tu certe aut laruatus aut cerritus es.
(AL.) nisi hoc ita factum est, proinde ut factum esse
autumo, IX(XIII)
non caussam dico quin uero insimules probri.
(AM.) quouius? quae me apsenite corpus uolgauit suom. X(XVI)
(AM.) quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores? XI(V)
(AM.) ibi scrobes ecfodito plus sexagenos in dies. XII(VI)

1034 *inter hunc versum et v. 1035 interciderunt fere trecenti versus in codice, quorum tamen fragmenta aliquot grammatici serauerunt*
I Nonius 342 (mactare) te Pylades: certo *codd.* cruciatu
Pylades: cruciatum *codd.* II Nonius 354 (occupatus) est *add.*
Hoffmann III Priscianus I, 564 (abiendi) abitendi Goetz,
Loewe IV Nonius 543 (aula) V Nonius *post frag.* IV (543)
(matella) postulas Schroeder aquam (aqua) *codd.* VI
Nonius 44 (cerriti et laruati) *post v. 739* (prodigia) quaerita
Acidalius: quaeritat *codd.* VII Nonius 105 (exiurare) VIII
Nonius *post frag.* VI (44) quaeso—es et 247 (aduenire) quaeso . . . iube
quaeso: quasi *codd.* 44 morbo medicari iube Schroeder: morbo
medicati iuuenem *codd.* 44, moribo iube (iure) *codd.* 247 laruatus
es aut cerritus *codd.*: *corr.* Acidalius IX Nonius 237 (autumare)
dico uerum quin simules (qui insimules) *codd.*: *corr.* Brandt, Schroeder
X Nonius 182 (uulgauit) cuiusque *codd.* ucorpus uulga sum
codd. XI Nonius 473 (minitas pro minitaris) XII Pri-
scianus I, 168 et 321, Nonius 225 ibi scrobes fodito sexagenos in dies
post v. 117 (schema), *comm. Lucani*, p. 283 scrobes sexagenos fodi in
die, *schol. Verg. Georg. 2*, 288 sexagenos in dies scrobes, *Probus Cath.*
20 sexagenos scrobes, *omnes scrobes genere masculino testantes* e.
tu pl. Hertz die *comm. Luc.*

xiii (xvii) (AM.) noli pessumae precari.

iv (xviii) (BL.) animam comprime.

xv (ix) (IV.) manifestum hunc optorto collo teneo furem flagiti.

xvi (x) (AM.) immo ego hunc, Thebani ciues, qui domi uxorem
meam

impudicitia impediuit, teneo, thensaurum stupri.

xvii (viii) (AM.) nilne te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi?

xviii (xix) (AM.) clandestino.

xix (xiv) (IV. *sive* AM.) qui nequeas nostrorum uter sit Amphitruo
decernere.

BLEPHARO AMPHITRVO IVP PITER iii

1035 (BL.) Vos inter uos partite; ego abeo, mihi negotium est;
neque ego umquam usquam tanta mira me uidisse censeo.

AM. Blepharo, quaeso ut aduocatus mi adsis neue abeas.

BL. uale.

quid med aduocato opust qui utri sim aduocatus nescio?—

IV. intro ego hinc eo: Alcumena parturit.—AM. perii miser. 5

1040 quid ego? * * quem aduocati iam atque amici
deserunt?

numquam edepol me inultus istic ludificabit, quisquis est;

iam ad regem recta me ducam resque ut facta est eloquar.

ego pol illum ulciscar hodie Thessalum ueneficum,

qui peruorse perturbauit familiae mentem meae. 10

1045 sed ubi illest? intro edepol abiit, credo ad uxorem meam.

qui me Thebis alter uiuit miserior? quid nunc agam,

xiii *schol. Verg. Aen.* 8, 127 (precor illi) noli pessimo *Danielis*:
nobili pessime *codd.* *grammaticum non recte interpretatum uerba*
Asiu. 477 *huc rettulisse coniecerunt Goetz, Loewe* xiv *Nonius*
233 (anima) xv *Nonius* 453 (furtum) xvi *Nonius* 331 (im-
pedire) immo... impediuit; *id.* 456 (thesaurus): qui domi...
stupri, *post v.* 883 (stuprum) xvii *Nonius* 454 (ingredi) *post*
frag. xv xviii *gloss. Plaut. Ritschlii inter* susque deque (886)
et perneciter (1116) xix *Nonius* 285 (decernere) 1035 *partitote*
Spengel e. nunc ab. *Goetz, Loewe* 1038 *med. adu. op. scripsi*:
opust med (me *B*) *adu. cod.* qui *Camerarius*: quin *cod.* (*pro* qui?)
aduocatus *del. Hermann* 1040 quid ago *vel* nunc ago *add. Redslob*
(*Berl. Phil. Woch.* 22, 553): faciam *Gruterus* 1041 numquem *cod.*
ludificauit (*i. e.* -bit) *cod.* 1042 iam *Gruterus*: nam iam *cod.* (iv. 3)

quem omnes mortales ignorant et ludificant ut lubet?
certumst, intro rumpam in aedis: ubi quemque hominem
aspexero,

- 15 si ancillam seu seruom siue uxorem siue adulterum
seu patrem siue áuom uidebo, óptruncabo in aedibus. 1050
neque me Iuppiter neque di omnes id prohibebunt, si uolent,
quin sic faciam uti constitui. pergam in aedis nunciam.

ACTVS V

V. i BROMIA AMPHITRVO

- BR. Spes atque opes uitae meae iacent sepultae in pectore,
neque ullast confidentia iam in corde, quin amiserim;
ita mi uidentur omnia, mare, terra, caelum, consequi 1055
iam ut opprimar, ut enicer. me miseram, quid agam nescio.
5 ita tanta mira in aedibus sunt facta. uae miserae mihi,
animo malest, aquam uelim. corrupta sum atque apsumpta
sum.
caput dolet, neque audio, nec oculis prospicio satis,
nec me miserior femina est neque ulla uideatur magis. 1060
ita erae meae hodie contigit. nam ubi parturit, deos [sibi]
inuocat,
10 strepitus, crepitus, sonitus, tonitrús: ut subito, ut prope, ut
ualide tonuit!
ubi quisque institerat, concidit crepitu. ibi nescioquis
maxuma
uoce exclamat: 'Alcumena, adest auxilium, ne time:
et tibi et tuis propitius caeli cultor aduenit. 1065
exsurgite' inquit 'qui terrore meo occidistis prae metu.'
15 ut iacui, exsurgo. ardere censui aedis, ita tum confulgebant.
ibi me inclamat Alcumena; iam ea res me horrore adficit.

1048, 1052 aedis *Camerarius*: aedibus *cod.* 1052 *vel ut (ita cod.)*
constitui 1058 corrupta *Flecktisen* 1060 fem. neculla
Redslob uiduior (?) *Palmer* 1061 sibi *del. Pylades (praec. s, seq. i),*
nam sibi inuocat suspectum 1062 *prope Palmer: propere cod.*

erilis praeuortit metus : accurro, ut sciscam quid uelit.
 1070 atque illam geminos filios pueros peperisse conspicio ;
 neque nostrum quisquam sensimus, quom peperit, neque
 prouidimus.
 sed quid hoc? quis hic est senex qui ante aedis nostras 20
 sic iacet?
 numnam hunc percussit Iuppiter?
 credo edepol, nam pro Iuppiter sepultust quasi sit mor-
 tuos.
 1075 ibo et cognoscam, quisquis est. Amphitruo hic quidem
 (est) eru' meus.
 Amphitruo. AM. perii. BR. surge. AM. interii. BR.
 cedo manum. AM. quis me tenet?
 BR. tua Bromia ancilla. AM. totus timeo, ita med incre- 25
 puit Iuppiter.
 nec secus est quasi si ab Accherunte ueniam. sed quid tu
 foras
 egressa es? BR. eadem nos formido timidas terrore impulit
 1080 in aedibus tu ubi habitas. nimia mira uidi. uae mihi,
 Amphitruo; ita mihi animus etiam nunc abest. AM. agedum
 . expedi:
 scin me tuom esse erum Amphitruonem? BR. scio. AM. 30
 uide etiam nunc. BR. scio.
 AM. haec sola sanam mentem gestat meorum familiarium.
 BR. immo omnes sani sunt profecto. AM. at me uxor
 insanum facit
 1085 suis foedis factis. BR. at ego faciam tu idem ut aliter
 praedices,
 Amphitruo, piam et pudicam esse tuam uxorem ut scias.
 de ea re signa atque argumenta paucis uerbis eloquar. 35

1069 metus *Nonius* 362 : motus *cod. ut vid.* (motus *D*, meotus *B*, me
 otius *PE*) 1075 (atque) *Amph. Luchs* est (ē) *add. Camerarius*
 (*praec. -ē, i. e. -em*) 1077 *vel ita me* 1083 *sanam Camerarius* :
 orum
 sarcam *cod.* (re *pro n*) mearum *cod. ut vid.* (morum *D*, mearum *E*,
 mea *PE*) 1086 tuam *in marg. ut vid. cod.* (unde tuam esse *BJ*, esse
 tuam *E*, esse *D*)

omnium primum : Alcumena geminos peperit filios.

AM. ain tu, geminos? BR. geminos. AM. di me seruant.

BR. sine me dicere,

ut scias tibi tuaeque uxori deos esse omnis propitios. 1090

AM. loquere. BR. postquam parturire hodie uxor ocepit tua,

40 ubi utero exorti dolores, ut solent puerperae,

inuocat deos immortalis ut sibi auxilium ferant,

manibus puris, capite operto. íbi continuo contonat

sonitu maxumo ; aedis primo ruere rebamur tuas. 1095

aedes totae confulgebant tuae quasi essent aureae.

45 AM. quaeso, apsoluito hinc me extemplo, quando sati'
deluseris.

quid fit deinde? BR. dum haec aguntur, interea uxorem

tuam

neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audi-
uimus ;

ita profecto sine dolore peperit. AM. íám istuc gaudeo, 1100

utut me erga merita est. BR. mitte istaec atque haec quae
dicam accipe.

50 postquam peperit, pueros lauere iussit nos. ocepimus.

sed puer ille quém ego laui, ut magnust et multum ualet !

neque eum quisquam conligare quiuit incunabulis.

AM. nimia mira memoras ; sí istaec uera sunt, diuinitus 1105

non metuo quin méae uxóri latae suppetiae sient.

55 BR. magi' iam faxo mira dices. postquam in cunas con-
ditust,

deuolant angues iubatae deorsum in impluuium duo

maxumae : continuo extollunt ambo capita. AM. eí mihi !

BR. ne pauē. sed angues oculis omnis circumuisere. 1110

1092 ubi *Ital.* : ibi *cod.* 1098 sit *cod.* (fit *D*) 1101 erga
me *cod.* : *corr. Schmidt* (cf. *Lindsay ad Capt.* 964) 1102 accedi-
mus *codd. Nonii* 504 1108 iubatae *testatur Nonius* 191 : iuuati
(*i. e. iub.*) *cod.*, *etiam codd. schol. Aen.* 2, 206 conpluuium *codd.*
Nonii 1109 maximi *cod.* (*ctiam* 1111 conspicati . . . citi ; 1116 alterum
. . . eos ; 1123 illos) (cf. *Journ. Phil.* 26, 290)

postquam pueros conspicatae, pergunt ad cunas citae.
 ego cunas recessim rusum uorsum trahere et ducere, 60
 metuens pueris, mihi formidans; tantoque angues acrius
 persequi. postquam conspexit anguis ille alter puer,
 1115 citus e cunis exsilit, facit récta in anguis impetum:
 alteram alteraprehendit eas manu perníciter. — —
 AM. mira memoras, nimi' formidolosum facinus praedicas; 65
 nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.
 quid fit deinde? porro loquere. BR. puer ambo anguis
 enicat.
 1120 dum haec aguntur, uoce clara exclamat uxorem tuam—
 AM. quis homo? BR. summus imperator diuom atque
 hominum Iuppiter.
 is se dixit cum Alcumena clam consuetum cubitibus, 70
 eumque filium suom esse qui illas anguis uicerit;
 alterum tuom esse dixit puerum. AM. pol me hau paenitet,
 1125 si licet boni dimidium mihi diuidere cum Ioue.
 abi domum, iube uasa pura actutum adornari mihi,
 ut Iouis supremi multis hostiis pacem expetam. 75
 ego Teresiam coniectorem áduocabo et consulam
 quid faciundum censeat; simul hanc rem ut facta est eloquar.
 1130 sed quid hoc? quam ualide tonuit. di, opsecro uostram
 fidem.

I V P P I T E R

ii

IV. Bono animo es, adsum auxilio, Amphitruo, tibi et tuis:
 nihil est quod timeas. hariolos, haruspices
 mitte omnis; quae futura et quae facta eloquar,
 multo adeo melius quam illi, quom sum Iuppiter.
 1135 primum omnium Alcumenae usuram corporis 5
 cepi, et concubitu grauidam feci filio.

1112 recessum *cod.*: *corr. Valla*
Pylades 1120 inclamat *Dousa*
Scaliger 1136 coepi *cod.* (*cf. ad 108*)

1115 post 1116 *cod.*: *corr.*
 1122 cubilibus *cod.*: *corr.*

tu grauidam item fecisti, quóm in exercitum
 profectu's : uno partu duos peperit simul.

eorum alter, nostro qui est susceptus semine,
 10 suis factis te immortalis adficiet gloria.

1140

tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam
 redi : hau promeruit quam ob rem uitio uorteres ;
 mea ui subactast facere. ego in caelum migro.—

iii

AMPHITRVO

AM. faciam ita ut iubes et te oro promissa ut serues tua.
 ibo ad uxorem intro, missum facio Teresiam senem.

1145

nunc, spectatores, Ioui' summi causa clare plaudite.

ASINARIA

ARGVMENTVM

Amanti argento filio auxiliarier

Sub imperio vivens volt senex uxorio.

Itaque ob asinos relatam pretium Saureae

Numerati iussit servolo Leonidae.

Ad amicam id fertur. cedit noctem filius.

5

Rivinus amens ob praereptam mulierem

Is rem omnem uxori per parasitum nuntiat.

Accurrit uxor ac virum e lustris rapit.

⁴ servolo *Ald.*: seruo *cod.* (v. 8) ⁶ Rivalis *Pylades* praer.
Camerarius: rereptam *cod.* 8 e lustris rapit *Camerarius*: eius
tristrae *cod.*

PERSONAE

LIBANVS SERVVS
DEMAENETVS SENEX
ARGYRIPPVS ADVLESCENS
CLEARETA LENA
LEONIDA SERVVS
MERCATOR (CHLAMYDATVS ?)
PHILAENIVM MERETRIX
DIABOLVS ADVLESCENS
PARASITVS
ARTEMONA MATRONA

SCAENA ATHENIS

CLEAER- *passim cod. ut vid. (sed claear- in v. 751 B)*
CHLAMYDATVS tit. II. iv. *cod. (cf. Harv. Stud. 9, 109)*

PROLOGVS

Hoc agite sultis, spectatores, nunciam,
quae quidem mihi atque uobis res uortat bene
gregique huic et dominis atque conductoribus.
face nunciam tu, praeco, omnem auritum poplum.
5 age nunc reside, caue modo ne gratiis. 5
nunc quid processerim huc et quid mi uoluerim
dicam : ut sciretis nomen huius fabulae ;
nam quod ad argumentum attinet, sane breuest.
nunc quod me dixi uelle uobis dicere
10 dicám : huic nomen graece Onagost fabulae ; 10
Demophilus scripsit, Maccus uortit barbare ;
Asinariam uolt esse, si per uos licet.
inest lepos ludusque in hac comoedia,
ridicula res est. date benigne operam mihi
15 ut uos, ut alias, pariter nunc Mars adiuuet. 15

ACTVS I

LIBANVS DEMAENETVS I. i

LI. Sicut tuom uis unicum gnatum tuae
superesse uitae sospitem et superstitem,
ita ted optestor per senectutem tuam
perque illam quam tu metuis uxorem tuam,
20 si quid med erga | hodie falsum dixeris, 5
ut tibi superstes uxor aetatem siet
atque illa uiua uiuos ut pestem oppetas.

3 gregique *suspectum* et *fort. delend.* domino *Camerarius*
4 nunciam *Linge* : iam nunc *cod.* vix o. praedico, *antiqua forma*
10 *vel huic* 11 *Maccius Ritschl* 15 ut al. *Leo* : item al *cod.*
(v. 1) 20 quid tu m. *Mahler* ; quidquam m. *Mueller* (*Rhein.*
Mus. 54, 383) vix erega (-rig-), *forma antiqua*

DE. Per Dium Fidium quaeris : iurato mihi
uideo necesse esse eloqui quidquid roges.

10 [ita me opstinate adgressu's ut non audeam
profecto percontanti quin promam omnia.] 25
proinde actutum istuc quid sit quod scire expetis
eloquere : ut ipse scibo, te faciam ut scias.

LI. dic opsecro hercle serio quod te rogem,
15 caue mihi mendaci quicquam. DE. quin tu ergo rogas? 30

LI. num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit?

DE. quid istuc est? aut ubi istuc est terrarum loci?

LI. ubi flent nequam homines qui polentam pinsitant,
apud fústitudinas, ferricrepinas insulas,
20 ubi uiuos homines mortui incursant boues. 35

DE. modo pol percepi, Libane, quid istuc sit loci :
ubi fit polenta, te fortasse dicere. LI. ah,
neque hercle ego istuc dico nec dictum uolo,
teque opsecro hercle ut quae locutu's despuas.

25 DE. fiat, geratur mos tibi. LI. age age, usque exscrea. 40
DE. etiamne? LI. age quaesso hercle usque ex penitis
faucibus.
etiam amplius. DE. nam quó usque? LI. usque ad mor-
tem uolo.

DE. caue sis mialam rem. LI. uxoris dico, non tuam.

DE. dono te ob istuc dictum ut expers sis metu.

30 LI. di tibi dent quaequomque optes. DE. redde operam mihi. 44
45
cur hoc ego ex te quaeram? aut cur miniter tibi
propterea quod me non scientem feceris?
aut cur postremo filio suscenseam,
patres ut faciunt ceteri? LI. quid istuc noui est? 50

23 deum *cod.* 25, 26 *secl. Leo, in locum vv. 23-24 in recentiore
recensione suppositos* 32, 33 *post v. 47 iterantur in cod. (ii. 6)* 32
a. u. istuc sit nequeo noscere *in v. repetito cod.* 33 *secl. Acidalius*
pinsitant *in v. repetito* : pransitant *hic cod.* 37 *ahc cod. (cf. vahc 461)*
39 qui *B*³ 41 *post v. 55 (ii. 6), prius om. propter homocoarchon*
etiam 44 *vel ted*

- demiror quid sit et quo euadat sum in metu. 35
 DE. equidem scio iam filius quod amet meus
 istanc meretricem e proximo Philaenium.
 estne hoc ut dico, Libane? LI. rectam instas uiam.
 55 ea res est. sed eum morbus inuasit grauis.
 DE. quid morbi est? LI. quia non suppetunt dictis data. 40
 DE. tune es adiutor nunc amanti filio?
 LI. sum uero, et alter noster est Leonida.
 DE. bene hercle facitis ét a me initis gratiam.
 60 uerum meam uxorem, Libane, nescis quali' sit?
 LI. tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus. 45
 DE. fateor eam esse inportunam atque incommodam.
 LI. posterius istuc dicis quam credo tibi.
 DE. omnes parentes, Libane, liberis suis,
 65 qui mi auscultabunt, facient †obsequellam†
 quipp' qui mage amico utantur gnato et beneuolo. 50
 atque ego me id facere studeo, uolo amari a meis;
 uolo me patris mei similem, qui caussa mea
 nauclerico ipse ornatu per fallaciam
 70 quam amabam abduxit ab lenone mulierem;
 neque puduit eum id aetatis sycophantias 55
 struere et beneficiis me emere gnatum suom sibi.
 eos me decretumst persequi mores patris.
 nam me hodie orauit Argyrippus filius
 75 uti sibi amanti facerem argenti copiam;
 et id ego percupio opsequi gnato meo: 60
 uolo amari †obsecutum† illius, uolo amet me patrem.

51 *post v. 83* (ii. 6; p. 102) 52 *et hoc loco exstat et adhaeret versui*
 51 *post v. 83* (*ibi iam scio*) *fort. quid amat Lorenz* 59 *et del.*
Fleckeisen 60 *siet cod.* *scis qualis siet Bothe* 64 *liberis suis*
suspectum 65 *vel mihi testatur obsequellam Nonius 215 (cf.*
Arch. Lat. Lex. 12, 592): obsequentiam edd. 67 *amare cod. (corr.*
B) (pro amarei?) 69 *nauclerico Camerarius: nauderio cod.*
 72 *mee me (codd. mea) re cod. (corr. PE)* 76 *et id e. perc.] ego*
sane cupio codd. Nonii 454 (? pro ego s. c. id) 77 *amari codd.*
Nonii 501 (s. v. 'genet. pro dativo'): amori cod. obsecutam codd.
Nonii (a pro u): obsequium Hermann: fort. ob ôpséquium (-cium)

- quamquam illum mater arte contenteque habet,
 patres ut consueuerunt : ego mitto omnia haec. 80
 praesertim quom is me dignum quoi concrederet
 65 habuit, me habere honorem eius ingenio decet ;
 quom me adiit, ut pudentem gnatum aequomst patrem,
 cupio esse amicae quod det argentum suae.
 LI. cupis id quod cupere te nequiquam intellego.
 dotalem seruom Sauream (huc) uxor tua 85
 70 adduxit, quoi plus in manu sit quam tibi.
 DE. argentum accepi, dote imperium uendidi.
 nunc uerba in pauca conferam quid te uelim.
 uiginti iam usust filio argenti minis :
 face id ut paratum iam sit. LI. unde gentium? 90
 75 DE. me defrudato. LI. maxumas nugas agis :
 nudo detrahare uestimenta me iubes.
 defrudem té ego? age sis tu, sine pennis uola.
 ten ego defrudem, quoi ipsi nihil est in manu
 nisi quid tu porro uxorem defrudaueris? 95
 80 DE. qua me, qua uxorem, qua tu seruom Sauream
 potes, circumduce. aufer ; promitto tibi
 non offuturum, si | id hodie ecfeceris.
 LI. iubeas una opera me piscari in aere,
 uenari autem reté iaculo in medio mári. 100
 85 DE. tibi optionem sumito Leonidam,
 fabricare quiduis, quiduis comminiscere :
 perficito | argentum hodie ut habeat filius
 amicae quod det. LI. quid ais tu, Demaenete?
 DE. quid (uis?) LI. si forte in insidias deuenero, 105

79 consueuerunt *cod.* (*i. e.* -suë-?) 83 *cf. ad* 51 85 huc *add. Habet*
arte
 (*Rev. Phil.* 29, 180) 86 sit *cum var. lect. est cod.* 96 me *cod.*
 (*unde me arte B; iv. 1*) 98 sit (*marg. si*) h. ut *vid. cod.* (*unde*
 sit hodie si *D*, sit h. *E*, si h. *B*): si id (*om. hodie*) *cod. Festi* 198
 100 reti, iaculo uenari autem in m. m. *Vahlen* 103 *fort. perficito*
 tu a. a. hoc hodie *Pylades* ut habeat hodie *Guictus* 105
 uis *add. Vahlen, sed cf. Goetz, Schoell praef.*

- tun redimes me, si me hostes interceperint? 90
 DE. redimam. LI. tum tu igitur aliud cura quid lubet.
 eo ego ad forum, nisi quid uis. fietne? DE. ambula.
 atque audin etiam? LI. ecce. DE. si quid te uolam,
 110 ubi eris? LI. ubiquomque lubitum erit animo meo.
 profecto nemo est quem iam dehinc metuam mihi 95
 ne quid nocere possit, quom tu mihi tua
 oratione omnem animum ostendisti tuom.
 quin te quoque ipsum facio hau magni, si hoc patro.
 115 pergam quo ocepi atque ibi consilia exordiar.
 DE. audin tu? apud Archibulum ego ero argentarium. 100
 LI. nempe in foro? DE. ibi, si quid opus fuerit. LI. Me-
 minero.—
- DE. non esse seruos peior hoc quisquam potest
 nec magi' uorsutus nec quo ab caueas aegrius.
 120 eidem homini, si quid recte curatum uelis,
 mandes: moriri sese misere mauolet 105
 quam non perfectum reddat quod promiserit.
 nam ego illuc argentum tam paratum filio
 scio esse quam me hunc scipionem contui.
 125 sed quid ego cesso ire ad forum quo inceperam? -
 (ibo) atque ibi manebo apud argentarium.— 110

ARGYRIPPVS

ii

- ARG. Sicine hoc fit? foras aedibus me eici?
 promerenti optume hoccin preti redditur?
 bene merenti mala es, male merenti bona es;
 130 at malo cum tuo, nam iam ex hoc loco
 ibo ego ad trisuiros uostraque ibi nomina 5
 faxo erunt, capiti' te perdam ego et filiam,

108 eo ego *cod.* (*recte B*) ei (i) bene ambula *Fleckeisen* 121
 mauolet *cum gloss.* magis uolet *cod.* 123 illud *cod.* 125 quo]
 quod *cod.* 126 ibo a. ibi *Camerarius*: a. ibi *cod.* (*pro ibi a. ibi?*)
 130 nam iam] nunciam *Pylades*, cui nec *spondeus pro cretico nec hiatus*
 iam | ex *placet*

perlecebrae, permities, adulescentum exitium.
 nam mare haud est mare, uos mare acerrimum ;
 nam in mari repperi, híc elauí bonis. 135
 10 ingrata atque inrita esse omnia intellego
 quae dedi et quod bene feci, at posthac tibi
 male quod potero facere faciam, meritoque id faciam tuo.
 ego pol te redigam eodem unde orta es, ad egestatis terminos,
 ego edepol te faciam ut quae sis nunc et quae fueris scias. 140
 15 quae priu' quam istam adii atque amans ego animum meum
 isti dedi,
 sordido uitam oblectabas pane in pannis inopia,
 atque ea si erant, magnas habebas omnibus dis gratias ;
 eadem nunc, quom est melius, me quoíus opera est ignoras
 mala.
 reddam ego te ex fera fame mansuetem, me specta modo. 145
 20 nam isti quid suscenseam ipsi? nihil est, nihil quicquam
 meret ;
 tuo facit iussu, tuo imperio paret : mater tu, eadem era es.
 té ego ulciscar, té ego ut digna es perdam atque ut de
 me meres.
 at scelesta uiden ut ne id quidem, me dignum esse existumat
 quém adeat, quem conloquatur quoique irato supplicet? 150
 25 atque eccam inlecebra exit tandem ; opinor hic ante ostium
 meo modo loquar quae uolam, quoniam intus non licitum
 est mihi.

iii

CLEARETA ARGYRIPPVS

CL. Vnum quodque istorum uerbum nummis Philippis aureis
 non potest auferre hinc a me si quis emptor uenerit ;
 nec recte quae tu in nos dicis, aurum atque argentum 155
 merumst :
 fíxus hic apud nós est animus tuo' clauo Cupidinís.

141 dedidi *Lachmann*, ne sit hiatus meum | isti : alii transponunt ego
 145 mansuetem *testatur Nonius* 483 : mansuetam *cod.* 146 vel
 istic quod *Acidalius* 151 vel t. opino ; híc 152 loquar
 modo *W'eise, Fleckeisen*, nam loquar *suspectum*

remigio ueloque quantum poteris festina et fuge : 5
 quam magi' té in altum capessis, tam aestus te in portum
 refert.

ARG. ego pol istum portitorem priuabo portorio ;
 160 ego te dehinc ut merita es de me et mea re tractare exsequar,
 quom tu med ut meritus sum non tractas (quom)que eicis
 domo.

CL. magis istuc percipimus lingua dici quam factis fore. 10

ARG. solus solitudine ego ted atque ab egestate apstuli ;
 solus si ductem, referre gratiam numquam potes.

165 CL. solus ductato, si semper solus quae poscam dabis ;
 semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.

ARG. qui modus dandi? nam numquam tu quidem expleri 15
 potes ;
 modo quom accepisti, hau multo post aliquid quod poscas
 paras.

CL. quid modist ductando, amando? numquamne expleri
 potes?

170 modo remisisti, continuo iam ut remittam ad te rogas.

ARG. dedi equidem quod mecum egisti. CL. et tibi ego
 misi mulierem :

par pari datum hostimentumst, opera pro pecunia. 20

ARG. male agis mecum. CL. quid me accusas, si facio
 officium meum?

nam neque fictum usquamst neque pictum neque scriptum
 in poematis

175 ubi lena bene agat cum quiquam amante quae frugi esse
 uolt.

ARG. mihi quidem te parcere aequomst tandem, ut tibi
 durem diu.

158 quo magis (*om. tam*) *codd. Nonii* 247, 266, 381 161 quomque
Skutsch : quae (*vel que*) *cod.* : atque *Lachmann* : quae me *Fleckeisen*
 167 modust *alii* 168 quom *Pylades* : quod *cod.* 172 hosti-
 mentum datum est *codd. Nonii* 3 et (*om. est*) 529 174 nec fictum
 umquamst neque (*nec*) pictum (*dictum*) *codd. Nonii* 493 et 309 : neque
 usquam pictum *cod.* (iii. 1)

- 25 CL. non tu scis? quae amanti parceret, eadem sibi parceret
parum.
quasi piscis itidemst amator lenae: nequam est nisi recens;
is habet sucum, is suauitatem, eum quouis pacto condias
uel patinarium uel assum, uorses quo pacto lubet: 180
is dare uolt, is se aliquid posci, nam ibi de pleno promitur;
30 neque ille scit quid det, quid damni faciat: illi rei studet.
uolt placere sese amicae, uolt mihi, uolt pedisequae,
uolt famulis, uolt etiam ancillis; et quoque catulo meo
subblanditur nouos amator, se ut quom uideat gaudeat. 185
uera dico: ad suom quemque hominem quaestum esse
aequomst callidum.
- 25 ARG. perdidici istaec esse uera damno cum magno meo.
CL. si ecastor nunc habeas quod des, alia uerba prahibeas;
nunc quia nihil habes, maledictis te eam ductare postulas.
ARG. non meum est. CL. nec meum quidem edepol ad te 190
ut mittam gratiis.
uerum aetatis atque honoris gratia hoc fiet tui,
40 quia nobis lucro fuisti potius quam decori tibi:
si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum,
hanc tibi noctem honoris caussa gratiis dono dabo.
ARG. quid si non est? CL. tibi non esse credam, illa alio 195
ibit tamen.
ARG. ubi illaec quae dedi ante? CL. abusa. nam si ea
durarent mihi,
45 mulier mitteretur ad te, numquam quicquam poscerem.
diem, aquam, solem, lunam, noctem, haec argento non emo:
cetera quae uolumus uti Graeca mercamur fide.
quom a pistore panem petimus, uinum ex oenopolio, 200
si aes habent, dant mercem: eadem nos disciplina utimur.

181 ibi *Ital.*: ubi *cod.* 184 et quoque *suspectum* 188
prahibeas *cod. ut uid.* (unde perhibeas *BD*, prohibeas *PE*) 197
numquam] nec te *codd. Nouii* 76 - 199 cetera (*adverb. ut qua,*
ea?) *suspectum*: ceterum *Leo fort.* cetera q. uol. (nos) u.

- semper oculatae manus sunt nostrae, credunt quod uident. 50
 uetus est : ' nihili coactiost '—scis quouiis. non dico amplius.
 ARG. aliam nunc mi orationem despoliato praedicas,
 205 longe aliam, inquam, (linguam) praebes nunc atque olim
 quom dabam,
 aliam atque olim quom inliciebas me ad te blande ac
 benedice.
 tum mi aedes quoque adridebant quom ad te ueniebam tuae ; 55
 me unice unum ex omnibus te atque illam amare aibas
 mihi ;
 ubi quid dederam, quasi columbae pulli in ore ambae meo
 210 usque eratis, meo de studio studia erant uostra omnia,
 usque adhaerebatis : quod ego iusseram, quod uolueram
 faciebatis, quod nolebam ac uotueram, de industria 60
 fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius.
 nunc neque quid uelim neque nolim facitis magni, pessumae.
 215 CL. non tu scis? hic noster quaestus aucupi simillimust.
 auceps quando concinnauit aream, offundit cibum ;
 [aues] adsuescunt : necesse est facere sumptum qui quaerit 65
 lucrum ;
 saepe edunt : semel si sunt captae, rem soluont aucupi.
 219 itidem hic apud nos : aedes nobis area est, auceps sum ego,
 220 esca est meretrix, lectus inlex est, amatores aues ;
 bene salutando consuescunt, compellando blanditer,
 osculando, oratione uinnula, uenustula. 70
 si papillam pertractauit, haud est ab re(d) aucupis ;
 225 sauium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus.
 haecine te esse oblitum in ludo qui fuisti tam diu !
 ARG. tua ista culpa est, quae discipulum semidoctum aps te
 amoues.
 CL. remeato audacter, mercedem sí eris nactus : nunc abi. 75

205 linguam *add. Vahlen* 217 aues *del. Reiz, nam necesse est*
suspectum 218 captae sunt *Gruterus, rhythmo consulens* *fort.*
 (eae) rem 221 pectus *codd. Pauli 113* 224 pertractabit *cod.*
 h. (id) est *Camerarius* 227 *vel istaec*

ARG. mane, mane, audi. dic, quid me aequom censes pro
 illa tibi dare,
 annum hunc ne cum quiquam alio sit? CL. tene? uiginti 230
 minas;

atque ea lege: si alius ad me prius attulerit, tu uale.

ARG. at ego est etiam priu' quam abis quod uolo loqui. CL.
 dic quod lubet.

80 ARG. non omnino iam perii, est relicuom quo peream magis.
 habeo unde istuc tibi quod poscis dem; sed in leges meas
 dabo, ut scire possis, perpetuom annum hunc mihi uti seruiat 235
 nec quemquam interea alium admittat prosus quam me ad
 se uirum.

CL. quin, si tu uoles, domi serui qui sunt castrabo uiros.

85 postremo ut uoles nos esse, syngraphum facito adferas;
 ut uoles, ut tibi lubebit, nobis legem imposito:
 modo tecum una argentum adfero, facile patiar cetera. 240
 port[it]orum simillumae sunt ianuae lenoniae:
 si adfers, tum patent, si non est quod des, aedes non
 patent.—

90 ARG. interii si non inuenio ego illas uiginti minas,
 et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi.
 nunc pergam ad forum atque experiar opibus, omni copia, 245
 supplicabo, exopsecrabo ut quemque amicum uidero,
 dignos, indignos adire atque experi[ri] certumst mihi,
 95 nam si mutuas non potero, certumst sumam faenore.—

ACTVS II

LI. Hercle uero, Libane, nunc te meliust expergiscier
 atque argento comparando fingere fallaciam. 250

230 tene *Camerarius*: tunc *cod.* 235 ut] *vel* uti 238
 syngrapham *cod.* (cf. 746, 802) 241 portorum (*i. e. portuum*)
scripsi (*Class. Rev.* 6, 342) 247 experi *Skutsch ap. Pradel de*
praep. 515 250 fingerē *suspectum*

iam diu est factum quom disceſti ab ero atque abiſti ad
 forum,
 igitur inueniundo argento ut fingeres fallaciam.
 ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in otio. 5
 quin tu aps te ſocordiam omnem reice et ſegnitiem amoue
 255 atque ad ingenium uetus uorſutum te recipis tuom?
 ſerua erum, caue tú idem faxis alii quod ſerui ſolent,
 quí ad eri fraudationem callidum ingenium gerunt.
 unde ſumam? quém interuortam? quó hanc celocem con- 10
 feram?
 impetratum, inauguratumſt: quouis admittunt aues,
 260 picus et cornix ab laeua, coruos, parra ab dextera
 conſuadent; certum hercleſt uoſtram conſequi ſententiam.
 ſed quid hoc quod picus ulmum tundit? hau temerariumſt.
 certe hercle ego quantum ex augurio éiſus pici intellego, 15
 aut mihi in mundo ſunt uirgae aut atriensi Saureae.
 265 ſed quid illúc quod exanimatus currit huc Leonida?
 metuo quom illic opſcaeuauit meae falſae fallaciae.

LEONIDA LIBANVS

ii

LE. Vbi ego nunc Libanum requiram aut familiarem filium,
 ut ego illos lubentiores faciam quam Lubentiaſt?
 maxumam praedam et triumphum iſ adfero aduentu meo.
 270 quando mecum pariter potant, pariter ſcortari ſolent,
 hanc quidem quam nactus praedam pariter cum illis partiam. 5
 LI. illic homo aedis compilauit, more ſi fecit ſuo.
 uaé illi qui tam indiligenter opſeruauit ianuam.
 LE. aetatem uelim ſeruire, Libanum ut conueniam modo.
 275 LI. mea quidem hercle liber opera numquam fiet ociuſ.

252 *verſum del Guietus* 254 reicis et ſegnitiem amoues (?)
Leo 259 amittunt *cod.* 260 ab l. *Guietus*: eſt ab l. *cod.* 262
 haud *codd.* *Nonii* 414: non *cod.* 263 eius pici *Gertz*: auſpicii *cod.*:
 vix aut auſpicio 266 m quod *cod.*: m. cum *codd.* *Nonii* 146 ob
 ſcaeuauit *corr.* obſeruauit *cod.* ut *uid.* (obſcaernauit *B E*, obſeruauit
B³) 274 aetate *cod.* ut] qui *codd.* *Nonii* 72 275 vix her-
 cule li. op. *Reiz*: op. li. *cod.*

- 10 LE. etiam de tergo ducentas plagas praegnatis dabo.
 LI. largitur peculium, omnem in tergo thensaurum gerit.
 LE. nam si occasione huic tempus sese supterduxerit,
 numquam edepol quadrigis albis indipiscet postea ;
 erum in ópsidione linquet, inimicum animos auxerit. 280
- 15 sed si mecum occasionem opprimere hanc quae obuenit
 studet,
 maxumas opimitates, gaudio ecfertissumas
 suis eris ille una mecum pariet, gnatoque et patri,
 adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint obnoxii,
 nostro deuincti beneficio. LI. uinctos nescioquos ait ; 285
- 20 non placet : metuo in commune ne quam fraudem frausu' sit.
 LE. perii ego oppido nisi Libanum inuenio iam, ubi ubi est
 gentium.
 LI. illic homo socium ad malam rem quaerit quem adiun-
 gat sibi.
 non placet: pro monstro extemplo est quando qui sudattremit.
 LE. sed quid ego hic properans concesso pedibus, lingua 290
 largior ?
- 25 quin ego hanc iubeo tacere, quae loquens lacerat diem ?
 LI. edepol hominem | infelicem, qui patronam comprimat.
 nam si quid sceleste fecit, lingua pro illo peierat.
 LE. adproperabo, ne post tempus praedae praesidium parem.
 LI. quae illaec praeda est ? ibo aduorsum atque electabo, 295
 quidquid est.
- 30 iubeo te saluere uoce summa, quoad uires ualent.
 LE. gymnasium flagri, salueto. LI. quid agis, custos carceris ?
 LE. o catenarum colone. LI. o uirgarum lasciuia.
 LE. quot pondo ted esse censes nudum ? LI. non edepol
 scio.
 LE. scibam ego te nescire, at pol ego qui ted expendi scio : 300

278 huic occ. *cod.* : *trai. Fleckeisen* 280 eros *Niemeyer* 284 ut
 ad aetatem *codd. Nonii* 72 286 siet *cod.* 288 *post hunc v.*
lacunam sign. Goetz, Loewe 289 *su. q. tr. codd. Nonii* 412 292
 (heu) edepol *Camerarius*

nudus uinctus centum pondo es, quando pendes per pedes. 35

LI. quó argumento istuc? LE. ego dicam, quó argumento
et quo modo.

ad pedes quando adligatumst aequom centumpondium,
ubi manus manicae complexae sunt atque adductae ad
trabem,

305 nec dependes nec propendes—quin malus nequamque sis.

LI. uae tibi! LE. hoc testamento Seruitus legat tibi. 40

LI. uerbiuelitationem fieri compendi uolo.

quid istuc est negoti? LE. certum est credere. LI. auda-
cter. LE. licet,

sis amanti subuenire familiari filio :

310 tantum adest boni inprouiso, uerum commixtum malo :

omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies. 45

Libane, nunc audacia usust nobis inuenta et dolis.

tantum facinus modo inueni ego, ut nos dicamur duo
omnium dignissimi esse quo cruciatus confluant.

315 LI. ergo mirabar quod dudum scapulae gestibant mihi,

hariolari quae oceperunt sibi esse in mundo malum. 50

quidquid est, eloquere. LE. magna est praeda cum magno
malo.

LI. si quidem omnes coniurati cruciamenta conferant,
habeo opinor familiarem—tergum, ne quaeram foris.

320 LE. si istam firmitudinem animi óptines, salui sumus.

LI. quin si tergo res soluenda est, rapere cupio publicum : 55
pernegabo atque obdurabo, peierabo denique.

LE. ém istaec uirtus est, quando usust qui malum fert
fortiter ;

305 nec dependis nec propendis *cod.* 306 hoc] istoc (-uc)

Brix 307 uerbis uelitationem *cod.*, *item Nonii* 3 (i. 9) 308 negotii
est : *corr. Guietus* 313 modo] hodie *Mueller* ego inu. *Bothe.*

displicet iis hiatus modo | in. 316 esse sibi *Acidalius*, cui hiatus

sibi | esse *displicet* 319 *vel* opino familiarem *testatur Nonius*

227 : familiare *cod.* 320 firmitudinem *testatur Nonius* 109 : fir-

midinem *cod. ut uid.* (formidinem *E*, firmidinem *D*, firmitudinem *B*,

fortitudinem *J*) 321 res soluenda *Pylades* : resoluenda *cod.*

322 periurabo (*ita cod.*) perdurabo (?) *Leo* 323 ista *cod.*

fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.

- LI. quin rem actutum edisseris? cupio malum nanciscier. 325
- 60 LE. placide ergo unumquicquid rogita, ut adquiescam. non
uides
me ex cursura anhelitum etiam ducere? LI. age age,
mansero
tuo arbitrato, uel adeo usque dum peris. LE. ubinam est
erus?
LI. maior apud forumst, minor híc est intus. LE. iam satis
est mihi.
- LI. tum igitur tu diues es factus? LE. mitte ridicularia. 330
- 65 †LI. mitto :† istuc quod adfers aures expectant meae.
LE. animum aduerte, ut aequé mecum haéc scias. LI. taceo.
LE. beas.
- meministin asinos Arcadicos mercatori Pelleo
nostrum uendere atriensem? LI. memini. quid tum postea? 334
335
- LE. ém ergo is argentum huc remisit quod daretur Saureae
70 pró asinis. adulescens uenit modo, qui id argentum attulit.
LI. ubi is homost? LE. iam deuorandum censes, si con-
spexeris?
- LI. ita enim uero. sed tamen tu nempe eos asinos praedicas
uetulos, claudos, quibu' suptritae, ad femina iám erant un- 340
gulae?
- LE. ipsos, qui tibi subuectabant rure huc uirgas ulmeas.
- 75 LI. teneo, atque idem té hinc uexérunt uinctum rus. LE.
memor es probe.
- uerum in tostrina ut sedebam, me infit percontarier
ecquem filium Stratonis nouerim Demaenetum.
dico me nouisse extemplo et mé eius séruom praedico 345
esse, et aedis demonstraui nostras. LI. quid tum postea?
- 324 potitur b. *Ital.*, sed cf. *Abraham Stud. Pl.* p. 196 325 cf.
Lindsay praef. in Capt p. 64 326 quidquid rogita *Camerarius*,
Bothe : quidque de rogita *cod.* 331 fort. (Libane.) LI. mitto (iii. 2)
istuc (quid sit) *Goetz, Loewe* 343 me *Pylades* : me me *cod.*

- LE. ait se ob asinos ferre argentum átriensi Saureae, 80
 uiginti minas, sed eum sese non nosse hominem qui siet,
 ipsum uero se nouisse callide Demaenetum.
- 350 quoniam ille elocutus haec sic—LI. quid tum? LE. ausculta
 ergo, scies.
 extemplo facio facetum me atque magnificum uirum,
 dico med esse atriensem. sic hoc respondit mihi: 85
 ‘ego pol Sauream non noui neque qua facie sit scio.
 te non aequomst suscensere. sí erum uis Demaenetum,
 355 quém ego noui, adduce: argentum non morabor quin feras.’
 ego me dixeram adducturum et me domi praesto fore;
 ille in balineas iturust, inde huc ueniet postea. 90
 quid nunc consili captandum censes? dice. LI. em istuc ago
 quo modo argento interuortam et aduentorem et Sauream.
 360 iam hoc opus est exasceato; nam si ille argentum prius
 hospes huc adfert, continuo nos ambo exclusi sumus.
 nam me hodie senex seduxit solum sorsum ab aedibus, 95
 mihi tibiue interminatust nos futuros ulmeos,
 ní hodie Argyrippo argenti éssent uiginti minae;
 365 iussit uel nos atriensem uel nos uxorem suam
 defrudare, dixit sese óperam promissam dare.
 nunc tu abi ad forum ad erum et narra haec ut nos acturi 100
 sumus:
 te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream,
 dum argentum adferat mercator pró asinis. LE. faciam ut
 iubes.
- 370 LI. ego illum interea hic oblectabo, priu’ si forte aduenerit.
 LE. quid ais? LI. quid uis? LE. pugno malam si tibi
 percussero,
 mox quom Sauream imitabor, caueto ne suscenseas. 105

348 se *Acidalius*, Bentley, quibus minās displicet (cf. me [me] v. 343)
 349 post 350 cod. : corr. *Acidalius* 356 dixi erum *Acidalius*: dixere
 ram cod. 358 dic cod. 360 exasceatum cod. (i. 9)
 364 arg. essent uig. *Fleckeisen*: essent uig. arg. cod. 366 promiscam
Palmerius: promissam cod.: promissum *Haebertlin* (*Philol.* 56, 162)
 369 vel uti 372 imitabor Sauream *Fleckeisen*, cui imitabór displicet

LI. hercle uero tu cauebis ne me attingas, si sapiſ,
né hodie malo cum auspicio nomen commutaueris.

LE. quaeso, aequo animo patitor. LI. patitor tú item quom 375
ego te referiam.

LE. dico ut usust fieri. LI. dico hercle ego quoque ut
facturu' sum.

110 LE. ne nega. LI. quin promitto, inquam, hostire contra ut
merueris.

LE. ego abeo, tu iam, scio, patiere. sed quis hic est? is est,
ille est ipsus. iam ego recurro húc. tu hunc interea hic tene.
uolo seni narrare. LI. quin tuom officium facis ergo ac 380
fugis?

iii

MERCATOR LIBANVS

ME. Vt demonstratae sunt mihi, hasce aedis esse oportet
Demaenetus ubi dicitur habitare. i, puere, pulta
atque atriensem Sauream, si est intus, euocato huc.

LI. quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid audis.

5 ME. nemo etiam tetigit. sanun es? LI. at censebam 385
attigisse

propterea huc quia habebas iter. nolo ego fores conseruas
meas a te uerberarier. sane ego sum amicus nostris.

ME. pol hau periculum est cardines ne foribus efringantur,
si | istoc exemplo omnibus qui quaerunt respondebis.

10 LI. ita haec morata est ianuá: extemplo ianitorem 390

clamat, procul si quem uidet ire ad se calcitronem.

sed quid uenis? quid quaeritas? ME. Demaenetum uo-
lebam.

LI. si sit domi, dicam tibi. ME. quid eius atriensis?

LI. nihilo mage intus est. ME. ubi est? LI. ad tonsorem
ire dixit.

376 usus *cod.* 377 ut memineras *codd. Nonii* 3 380 tuom
Ital., Leo (Rhein. Mus. 38. 4): tu cod. (iii. 3) 387 nostris *Guliel-*
mus: nostris aedibus cod. (iv. 1) 389 si (tu) i. *Kaempff* ex-
templo *cod.: vix exempulo* Istoc ex. si *alii*

395 ME. quom uenisset, post non redit? LI. non edepol. quid 15
uolebas?

ME. argenti uiginti minas, si adesset, accepisset.

LI. qui pro istuc? ME. asinos uendidit Pellaeo mercatori
mercato. LI. scio. tu id nunc refers? iam hic credo eum
adfuturum.

ME. qua facie uoster Saurea est? si is est, iam scire potero.

400 LI. macilentis malis, rufulus aliquantum, uentriosus, 20
truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.

ME. non potuit pictor rectius describere eiius formam.

LI. atque hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite incedit.
quisque obuiam huic occesserit irato, uapulabit.

405 ME. siquidem hercle Aeacidinis minis animisque expletus 25
cedit.

si med iratus tetigerit, iratus uapulabit.

LEONIDA MERCATOR LIBANVS iv

LE. Quid hoc sít negoti neminem meum dictum magni
facere?

Libanum in tostrinam: ut iusseram uenire, is nullus uenit.
ne ille edepol tergo et cruribus consuluit hau decore.

410 ME. nimis imperiosust. LI. uae mihí! LE. hodie saluere
iussi

Libanum libertum? iam manú emissus? LI. opsecro te. 5

LE. ne tú hercle cum magno malo mihi obuiam occessisti.
cur non uenisti, ut iusseram, in tostrinam? LI. hic me
moratust.

LE. siquidem hercle nunc summum Iouem te dicas de-
tinuisse

415 atque is precator adsiet, malam rem ecfugies numquam.

tu, uerbero, imperium meum contempsisti? LI. perii, 10
hospes.

395 Conueni. sed *Ussing* 400 cf. *Leo ad loc.* 405 cedit *Scal-*
ger: incedit *cod.* (cf. 403), quod tuetur *Leo* 416 hospes perii *Bothe*,
cui contempsisti displicet

ME. quaeso hercle noli, Saurea, mea caussa hunc uerberare.

LE. utinam nunc stimulus in manu mihi sit,—ME. quiesce
quaeso,

LE. qui latera conteram tua, quae occalluere plagis.

apscede ac sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit, 420

15 quoi numquam unam rem me licet semel praecipere furi,

quin centiens eadem imperem atque ogganniam, itaque iam
hercle

clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.

iussin, sceleste, ab ianuá hoc sterCUS hinc auferri?

iussin columnis deici operas araneorum? 425

20 iussin in splendorem dari bullas has foribus nostris?

nihil est : tamquam si claudu' sim, cum fustist ambulandum.

quia triduom hoc unum modo foro operam adsiduam dedo,

dum reperiam qui quaeritet argentum in faenus, hic uos

dormitis interea domi atque erus in hara, haud aedibus, 430
habitat.

25 em ergo hoc tibi. LI. hospes, te opsecro, defende. ME.
Saurea, oro

mea caussa ut mittas. LE. eho, equis pro uectura oliui

rem soluit? LI. soluit. LE. quoi datumst? LI. Sticho
uicario ipsi

tuo. LE. uáh, delenire apparas, scio mi uicarium esse,

neque eo esse seruom in aedibus eri qui sit pluriS quam illest. 435

30 sed uina quae heri uendidi uinario Exaerambo,

iam pró eis sati' fecit Sticho? LI. fecisse satis opinor,

nam uidi huc ipsum adducere tarpezitam Exaerambum.

LE. sic dederó. priu' quae credidi, uix anno post exegi ;

419 conteram *metro parum aptum* 425 operas] *telas codices*
Nonii 192 araneorum *testatur Nonius* 192 : *aranearum cod.* 428
 dedo *Bentley* : *dedi cod.* 430 habet *Pylades, metro consulens* 432
 equis] *Coriscus Fleckeisen* : (Simo) *ecquid (?) Leo* 433 rem soluit?
 LI. soluit *Turnebus* : *resoluit. LI. resoluit cod., vix recte (cf. 321)*
 435 eo *del. Fraesdorff* ille sit *cod. (i. 7. 2)* 436 de nomine
 Exaer. *cf. Fleckeisen (Jahrb. Klass. Phil. 153, 261)* 437 *vel opino*
 439 quae *Pius* : *quam cod.*

- 440 nunc sat agit : adducit domúm etiam ultro et scribit nummos.
 Dromo mercedem rettulit? LI. dimidio minus opinor. 35
 LE. quid reliquom? LI. aibat reddere quom extemplo
 redditum esset ;
 nam retineri, ut quod sit sibi operis locatum efciceret.
 LE. scyphos quos utendos dedi Philodamo, rettulitne?
- 445 LI. non etiam. LE. hém non? si uelis, da, commoda homini
 amico.
 ME. perii hercle, iam hic me abegerit suo odio. LI. heus 40
 iam satis tu.
 audin quae loquitur? LE. audio et quiesco. ME. tandem,
 opinor,
 conticuit. nunc adeam optimum est, priu' quam incipit
 tinnire.
 quam mox mi operam das? LE. éhem, optume. quam
 dudum tu aduenisti?
- 450 non hercle te prouideram (quaeso, ne uitio uortas),
 ita iracundia opstetit oculis. ME. non mirum factum est. 45
 sed si domi est, Demaenetum uolebam. LE. negat esse intus.
 uerum istuc argentum tamen mihi si uis denumerare,
 repromittam istoc nomine solutam rem futuram.
- 455 ME. sic potius ut Demaeneto tibi ero praesente reddam.
 LI. erus istunc nouit atque erum hic. ME. ero huic prae- 50
 sente reddam.
 LI. da modo meo periculo, rem saluam ego exhibebo ;
 nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,
 suscenseat, quoui omnium rerum ipsus semper credit.
- 460 LE. non magni pendo. ne duit, si non uolt. sic sine astet.
 LI. da, inquam. uah, formido miser ne hic me tibi arbi- 55
 tretur

441. 447 *vel* opino 442 quom *Lambinus*: quam *cod.* 445
 dare *Fleckisen* *vix* da commodā 456 ero *Ital.*: ego
 te
cod. praesentem *cod.* (*unde* praesente te *B*²; iv. 1) 459 qui
cod. (i. 1. 5) credit *Camerarius*: credidit *cod.* 461 uahc *cod.*
 (*cf.* ahc 37)

suasisse sibi ne crederes. da, quaeso, ac ne formida :

saluom hercle erit. ME. credam fore, dum quidem ipse in
mánu habebo.

peregrinus ego sum, Sauream non noui. LI. at nosce sane.

ME. sit, non sit, non edepol scio. si is est, eum esse oportet. 465
60 ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini.

LE. hercle istum di omnes perduint. uerbo caue suppli-
cassis.

ferox est uiginti minas meas tractare sese.

nemo accipit, aufer te domum, apscede hinc, molestus
ne sis.

ME. nimis iracunde. non decet superbum esse hominem 470
seruom.

65 LE. malo hercle iam magno tuo, ni isti nec recte dicis.

LI. inpure, nihili. non uides irasci? LE. perge porro.

LI. flagitium hóminis. dá, opsecro, árgentum huic, ne male
loquatur.

ME. malum hercle uobis quaeritis. LE. crura hercle diffri-
gentur,

ni istum inpudicum percies. LI. perii hercle. age, inpudice, 475
70 sceleste, non audes mihi scelesto subuenire?

LE. pergin precari pessumo? ME. quae res? tun libero
homini

male seruos loquere? LE. uapula. ME. id quidem tibi
hercle fiet

ut uapules, Demaenetum simul ac conspexero hodie.

in ius uoco te. LE. non eo. ME. non is? memento. 480
LE. memini.

75 ME. dabitur pol supplicium mihi de tergo uostro. LE.
uae te!

462 ac] *fort.* ah (*cf. Sjögren de Part. Copul.* p. 97) 463 ipsus
Niemoeller 469 accepit *cod.* (v. 9. 5) te aufer *Enger, metro*
consulens 471 *vel* *istic* 475 age in pudice *in fine versus*
antecedentis (ii. 5) 477 *homine cod.* 478 malo *cod.* (i. 10) flet
cod. (corr. D²) (1 *pro* i) 480-483 *secl. Ussing* 480 iis *cod.*
(*pro* eis, *antiqua forma*?)

tibi quídem supplicium, carnufex, de nobis dētur? ME.
atque étiam

pro dictis uostris maledicis poenae pendentur mi hodie.

484 LE. quid, uerbero? ain tu, furcifer? erum nosmet fugitare
485 censens?

i nunciam ad erum, quo uocas, iam dudum quo uolebas.

ME. nunc demum? tamen numquam hinc feres argenti 80
nummum, ni[si] me

dare iusserit Demaenetus. LE. ita facito, age ambula ergo.
tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?

490 tam ego homo sum quam tu. ME. scilicet. ita res est.

LE. sequere hac ergo.

praefiscini hoc nunc dixerim : nemo etiam me accusauit
merito meo, nequé me Athenis alter est hodie quisquam 85

quoi credi recte aequae putent. ME. fortassis. sed tamen me
numquam hodie induces ut tibi credam hoc argentum ignoto.

495 lupus est homo homini, non homo, quom qualis sit non nouit.

LE. iam nunc secunda mihi facis. scibam huic te capitulo
hodie

facturum sati' pro iniuria ; quamquam ego sum sordidatus, 90
frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.

ME. fortasse. LE. étiam [nunc dico] Periphanes Rhodo
mercator diues

500 apsepte ero solus mihi talentum argenti soli

adnumerauit et credidit mihi, neque deceptust in eo.

ME. fortasse. LE. atque etiam tu quoque ipse, si esses 95
percontatus

me ex aliis, scio pol crederes nunc quod fers. ME. hau
negassim.—

482 de nobis, carnufex, detur supplicium? *Bothe fort. datur*
483 maledictis *cod.* 484, 485 furcifer erum *in fine hemistichii*

vix ferendum fort. delend. erum (iv. 3) nosmet] nos Ital.

486 ei *cod.* 491 praefiscisci ni *cod.* (i. 8) 492 vel med alter

est Athenis *Bentley, rhythmo consulens* 499 nunc dico *seclusi* (iv.

1) : dico *secl.* *Bothe* 501 mihi credidit *cod.* : *corr. Fleckeisen* de-

ceptus *cod.* 503 quid *cod.* (quo id *BD*², quid hi *D*¹)

ACTVS III

III. i

CLEARETA PHILAENIVM

CL. Nequeon ego ted interdictis facere mansuetem meis?

an ita tu es animata ut qui expers matris imperio sies? 505

PH. ubi piem Pietatem, sí istoc more moratam tibi

postulem placere, mater, mihi quo pacto praecepis?

5 CL. an decorum est aduorsari meis te praeceptis? PH.

quid est?

CL. hoccine est pietatem colere, matris impérium minuere?

PH. neque quae recte faciunt culpo neque quae delin- 510

quont amo.

CL. sati' dicacula es amatrix. PH. mater, is quaestus

mihi est :

lingua poscit, corpus quaerit ; animus orat, res monet.

10 CL. ego te uolui castigare, tu mihi accusatrix ades.

PH. neque edepol te accuso neque id me facere fas

existumo.

uerum ego meas queror fortunas, quom illo quém amo pro- 515

hibeor.

CL. ecqua pars orationis de die dabitur mihi?

PH. et meam partem loquendi ét tuam trado tibi ;

15 ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum.

quin pol si reposiui remum, sola ego in casteria

ubi quiesco, omnis familiae caussa consistit tibi. 520

CL. quid ais tu, quam ego unam uidi mulierem audacis-

sumam?

quotiens te uotui Argyrippum filium Demaeneti

504 mansuetam *cod.* (cf. ad 145) 505 matris expers *cod.* : *corr.*
Camerarius imperio *Luchs* : imperii *cod.* (i. 9) : -riis *Brandt* s. m.
 e. imperi *Schoell* 509 ante 508-*conloc.* *Fleckeisen* colore *cod.*
 (-ere *PE*) 516 ecqua *Brix* : egoua *cod.* (G pro C, O pro Q) 518
 habes *codd.* *Nonii* 151, *Isidori Etymol.* 19, 2, 13 520 cibi *codd.*
Nonii 85

- compellare aut contrectare, conloquiue aut contui? 20
 quid dedit? quid iussit ad nos deportari? an tu tibi
 525 uerba blanda esse aurum rere, dicta docta pro datis?
 ultro amas, ultro expetessis, ultro ad te accersi iubes.
 illos qui dant eos derides; qui deludunt deperis.
 an te id exspectare oportet, si quis promittat tibi 25
 te facturum diuitem, si moriatur mater sua?
 530 ecastor [nobis] periculum magnum et familiae portenditur,
 dum eius exspectamus mortem, ne nos moriamur fame.
 nunc adeo nisi mi huc argenti ádfert uiginti minas,
 né ille ecastor hinc trudetur largus lacrumarum foras. 30
 hic dies summus (quo est) apud me inopiae excusatio.
 535 PH. patiar, si cibo carere me iubes, mater mea.
 CL. non uoto ted amare qui dant quonia amentur gratia.
 PH. quid si hic animus occupatust, mater, quid faciam?
 mone. CL. em,
 539 meum caput contemples, si quidem ex re consultas tua. 35
 540 PH. etiam opilio qui pascit, mater, alienas ouis,
 aliquam habet peculiarem qui spem soletur suam.
 sine me amare unum Argyrippum ánimi caussa, quem uolo.
 CL. intro abi, nam te quidem edepol nihil est inpudentius.
 PH. audientem dicto, mater, produxisti filiam. 40

LIBANVS LEONIDA

ii

- 545 LI. Perfidiae laudes gratiasque habemus merito magnas,
 quom nostris sycophantiis, dolis astutiisque,
 scapularum confidentia, uirtute ulnorum freti,—
 qui aduersum stimulos, lamminas crucesque compedesque,

524 dep. ius. ad nos *cod.*: *traieci, rhythmo consulens* tu *del. Ricz*
 527 *fort.* illi deperis *Camerarius*: *deperis cod. (D pro P)* 529
 moriatur *Pylades*: *moritur cod.* sua *Ital.*: tua *cod.* 530 nobis
del. Bothe 534 quo est *add. (?) Leo* 536 quonia *Bergk*: qua *cod.*
 (i. 7) 547 ulnorum (-narum, -morum) *codd. Nonii 262*: ulmorum
cod. *freci cod. (corr. PE)* uirtutem ulmorum *fregi Leo*

- 5 neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias, 549
 inductoresque acerrumos gnarosque nostri tergi, 550
 qui saepe ante in nostras scaplas cicatrices indiderunt,—
 eae nunc legiones, copiaé exercitusque eorum
 ui pugnando, peiuriis nostris fugae potiti. 555
- 10 id uirtute huius collegai meaque comitate
 factumst. qui mest uir fortior ad sufferundas plagas?
 LE. edepol uirtutes qui tuas non possis conlaudare
 sicut ego possim, quae domi duellique male fecisti.
 ne illa edepol pro merito tuo memorari multa possunt : 560
- 15 ubi fidentem fraudaueris, ubi ero infidelis fueris,
 ubi uerbis conceptis sciens lubenter peiieraris,
 ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus,
 ubi saepe caussam dixeris pendens aduersus octo
 artutos, audacis uiros, ualentis uirgatores. 565
- 20 LI. fateor profecto ut praedicas, Leonida, esse uera ;
 uerum edepol ne etiam tua quoque malefacta iterari
 multa
 et uero possunt : ubi sciens fideli infidus fueris,
 ubi prensus in furto sies manifesto et uerberatus,
 ubi peiieraris, ubi sacro manus sis admolitus, 570
- 25 ubi eris damno, molestiae et dedecori saepe fueris,
 ubi creditum quod sit tibi datum esse pernegaris,
 ubi amicae quam amico tuo fueris magis fidelis,
 ubi saepe ad languorem tua duritia dederis octo
 ualidos lictores, ulmeis adfectos lentis uirgis. 575
- 30 num male relata est gratia, ut collegam collaudauis ?
 LE. ut meque teque maxume atque ingenio nostro decuit.

549, 550 carcerem *codd.* Nonii 144 551 indoctoresque *cod.* *fort.*
 indict. . . . cie. indixerunt 552 *secl. Bothe* scaplas (-pulas *cod.*)
vix Plautinum post 552 (*quidam etiam post 547*) lacunam signant
edd. 554 eorum *Camerarius* : forum *cod.* (F pro E) 555 fugae *Bue-*
cheler : eugae *cod.* (E pro F) 557 me uir f. est *cod.* 558 qui u.
Goetz, Loewe non *Gertz* : nunc *cod.* (cf. ad 560) 560 tuo *Guietus* :
 nunc tuo *cod.* 563 parietis *cod.* 565 astutos *PBD* (st pro rt) :
 artitos *T* 567 ne *Camerarius* : ni *cod.* : vix mi 569 m. et
Scaliger : et m. *cod.* 571 damno (et) *Bothe*, nam damnó *displacet*

LI. iam omitte istaec, hoc quod rogo responde. LE. rogita
quod uis.

LI. argenti uiginti minas habesne? LE. háriolare.

580 edepol senem Demaenetum lepidum fuisse nobis :
ut adsimulabat Sauream med esse quam facete ! 35
nimis aegre risum continí, ubi hospitem inclamauit,
quod se(se) apsepte mihi fidém habere noluisset.
ut memoriter me Sauream uocabat atriensem !

585 LI. manedum. LE. quid est? LI. Philaenium estne haec
quae intus exit atque
una Argyrippus? LE. opprime os, is est. subauscultemus. 40
LI. lacrumantem lacinia tenet lacrumans. quidnam esse
dicam?
taciti auscultemus. LE. attatae, modo hercle in mentem
uenit,
nimi' uellem habere perticam. LI. quoi rei? LE. qui
uerberarem

590 asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumina.

ARGYRIPPVS PHILAENIUM LIBANVS iii
LEONIDA

ARG. Qur me retentas? PH. quia tuí amans abeuntis egeo.

ARG. uale, (uale). PH. aliquanto amplius ualerem, si hic
maneres.

ARG. salue. PH. saluere me iubes, quoi tu abiens offers
morbum?

ARG. mater supremam mihi tua dixit, domum ire iussit.

578 istaec *Schmidt* (cf. *ad Amph.* 589) : ista atque *cod.* quiduis *D*
579 *post har. alii non distinguunt* 581 quem *cod.* 582 continui
cod. (cf. *Harv. Stud.* 9, 127) 585-6 exit Atque arg. una *cod.* :
corr. Bothe 588 tacite *cod.* : *corr. Abraham Stud. Pl.* 182 589
cui
quoi *cod.* (v, p. 80) 592 uale *addidi* 593 quoi *cod.* (*unde* quoi
*B*¹, cui *B*²*D*, quoi cui *E*) (v, p. 80) *offers Ital.* 594 *suppre-*
num cod. : *corr. Turnebus* tua mihi *Loman*

- 5 PH. acerbum funus filiae faciet, si te carendum est. 595
 LI. homo hercle hinc exclusust foras. LE. ita res est.
 ARG. mitte quaeso.
- PH. quo nunc abis? quin tu hic manes? ARG. nox, si
 uoles, manebo.
- LI. audin hunc opera ut largus est nocturna? nunc enim esse
 negotiosum interdus uidelicet Solonem,
- 10 leges ut conscribat quibus se populus teneat. gerrae! 600
 qui sese parere apparent huius legibus, profecto
 numquam bonae frugi sient, dies noctesque potent.
 LE. ne iste hercle ab ista non pedem discedat, si licessit,
 qui nunc festinat atque ab hac minatur sese abire.
- 15 LI. sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam. 605
 ARG. uale. PH. quo properas? ARG. bene ualé: apud
 Orcum te uidebo.
- nam equidem me iam quantum potest a uita abiudicabo.
 PH. cur tu, opsecro, inmerito meo me morti dedere optas?
 ARG. egon te? quam si intellegam deficere uita, iam ipse
- 20 uitam meam tibi largiar et de mea ad tuam addam. 610
 PH. cur ergo minitaris tibi te uitam esse amissurum?
 nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis faxis?
 [mih] certum est ecficere in me omniá eadem quae tu in te
 faxis.
- ARG. oh melle dulci dulcior tu es. PH. certe enim tu uita
 es mi.
- 25 complectere. ARG. facio lubens. PH. utinam sic ecferamur. 615
 LE. o Libane, uti miser est homo qui amat! LI. immo
 hercle uero
 qui pendet multo est miserior. LE. scio qui periculum fci.

597 nox *Lipsius*: mox *cod.* 598-9 esse Negotiosum *Mueller*:
 est Negotiosus *cod* (i 9) 599 *fort.* int. neg. uidelicet 609
 ego *cod.* si (ego) *Fleckeisen*, cui té placet 611 mihi *Loman*,
sed cf. Journ. Phil. 26, 294 613 mihi *del. Laehmann, Niemoeller*
de pronom. p 50 est facere *Leo* 614 tu es (tu's) *Fleckeisen*:
 mihi tu es *cod.* certe *del. Schoell* (iv. 1) 616 o (Libane)
 Lib. ut (*ita cod.*) m. homost *Camerarius*

circumsistamus, alter hinc, hinc alter appellemus.

ere, salue. sed num fumus est haec mulier quam amplexare?

620 ARG. quidum? LE. quia oculi sunt tibi lacrumantes, eo 30
rogauit.

ARG. patronus qui uobis fuit futurus, perdidistis.

LE. equidem hercle nullum perdidit, ideo quia numquam
ullum habui.

LI. Philaenium, salue. PH. dabunt di quae uelitis uobis.

LI. noctem tuam et uini cadum uelim, si optata fiant.

625 ARG. uerbum caue fáxis, uerbero. LI. tibi equidem, non 35
mihi opto.

ARG. tum tu igitur loquere quod lubet. LI. hunc hercle
uerberare.

LE. quisnam istuc adcredat tibi, cinaede calamistrate?
tun uerberes, qui pro cibó habeas te uerberari?

ARG. ut uostrae fortunae meis praecedunt, Libane, longe,
630 qui hódie numquam ad uesperum uiuam. LI. quapropter, 40
quaeso?

ARG. quia ego hanc amó et haec med amat, huic quod dem
nusquam quicquam est,
hinc med amantem ex aedibus deiecit huius mater.

argenti uiginti minae med ad mortem appulerunt,
quas hodie adulescens Diabolus ipsi daturus dixit,

635 ut hanc ne quoquam mitteret nisi ad se hunc annum totum. 45
uidetin uiginti minae quid pollent quidue possunt?

ill' qui illas perdit saluos est, ego qui non perdo pereo.

LI. iam dedit argentum? ARG. non dedit. LI. bono
animo es, ne formida.

LE. secede huc, Libane, te uolo. LI. si quid uis. ARG.
opsecro uos,

620 ego *PE* 626 quid *var. l. in D* 630 hodie qui *Camerarius* :
quin h. *Ribbeck* 631 et] atque *Kaempff de pronom.* p. 28 me (*ita cod.*)
(contra) *Pradel de praep.* p. 503 numquam *cod.* 632 deiecit
Camerarius : delegit *cod.* (*L pro I, G pro C*) : eiecit *Fleckeisen* 634
daturum *Ital.*

- 50 eadem istac opera suauist complexos fabulari. 640
 LI. non omnia eadem aeque omnibus, ere, suauia esse scito :
 uobis est suaue amantibus complexos fabulari,
 ego complexum huius nil moror, meum autem hic aspernatur.
 proinde istuc facias ipse quod faciamus nobis suades.
- 55 ARG. ego uero, et quidem edepol lubens. interea, si uidetur, 645
 concedite istuc. LE. uin erum deludi? LI. dignust sane.
 LE. uin faciam ut me Philaenium praesente hoc amplexetur?
 LI. cupio hercle. LE. sequere hac. ARG. ecquid est
 salutis? sati' locuti.
 LE. auscultate atque operam date et mea dicta deuorate.
- 60 primum omnium seruos tuos nos esse non negamus; 650
 sed tibi si uiginti minaeé argenti proferentur,
 quo nos uocabis nomine? ARG. libertos. LE. non patronos?
 ARG. id potius. LE. uiginti minaeé hic insunt in crumina,
 has ego, si uis, tibi dabo. ARG. di te seruassint semper,
- 65 custos erilis, decu' popli, thensaurus copiarum, 655
 salus interior corporis amorisque imperator.
 hic pone, hic istam colloca cruminam in collo plane.
 LE. nolo ego te, qui erus sis, mihi onus istuc sustinere.
 ARG. quin tu labore liberas te atque istam imponis in me?
- 70 LE. ego baiiołabo, tú, ut decet dominum, ante me ito inanis. 660
 ARG. quid nunc? LE. quid est? ARG. quin tradis huc
 cruminam pressatum umerum?
 LE. hanc, quoi daturu's hanc, iube petere atque orare mecum.
 nam istuc procliue est quo iubes me plane collocare.
 PH. da, meus ocellus, mea rosa, mi anime, mea uoluptas,
- 75 Leonida, argentum mihi, ne nos diiunge amantis. 665
 LE. dic me igitur tuom passerculum, gallinam, coturnicem,

641 aeque *Angelius*: atque *cod.* 643 *vel* egō c. huius hic
Pylades: haec *cod.* 644 istud *cod.* 647 te *Loman* 654
 (nunc) tibi *Fleckeisen*, nam *iambus* tibi ante *iambum* dabo *displacet*
 656 interior *Bothe*: interioris *cod.* corporis hominis *B* (v, p. 81)
 661 umerum *Bentley*: erum *cod.* - 663 quo *Ussing*: quod *cod.*
 664 meus animus *Pylades* 665 deiunge *cod.* (v. 12, p. 74) 666
 me igitur *Bothe*: igitur me *cod.*

agnellum, haedillum me tuom dic esse uel uitellum,
prehende auriculis, compara labella cum labellis.

ARG. ten osculetur, uerbero? LE. quam uero indignum
uisum est?

670 atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. 80

ARG. quiduis egestas imperat : fricentur. dan quod oro?

PH. age, mi Leonida, opsecro, fer amanti ero salutem,
redime istoc beneficio te ab hoc, et tibi eme hunc isto argento.

LE. nimi' bella es atque amabilis, et si hoc meum esset, hodie
675 numquam me orares quin darém : illum te orare meliust, 85
illic hanc mi seruandam dedit. i sane bella belle.

cape hoc sis, Libane. ARG. furcifer, etiam me delusisti?

LE. numquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.
age sis tu in partem nunciam hunc delude atque amplexare
hanc.

680 LI. taceas, me spectes. ARG. quin ad hunc, Philaenium, 90
adgredimur,

uirum quidem pol optimum et non similem furis huius?

LI. inambulandum est : nunc mihi uicissim supplicabunt.

ARG. quaeso hercle, Libane, sis erum tuis factis sospitari,
da mi istas uiginti minas. uides me amantem egere.

685 LI. uidebitur. factum uolo. redito huc conticinno. 95

nunc istanc tantisper iube petere atque orare mecum.

PH. amandone exorariet uis ted an osculando?

LI. enim uero utrumque. PH. ergo, opsecro, et tu utrum-
que nostrum serua.

ARG. o Libane, mi patrone, mi trade istuc. magi' decorumst

690 libertum potius quam patronum onus in uia portare. 100

PH. mi Libane, ocellus aureus, donum decusque amoris,
amabo, faciam quod uoles, da istuc argentum nobis.

670 confringantur, cum var. l. confricantur cod. 671 dan
Gruterus : dant cod. 676 i] ei cod., forma antiqua 679 tuam
partem Fleckeisen 685 uidebimus codd. Varronis de L. L. 6, 7
huc om. codd. Varr. 6, 7; 7, 79 conticinio codd. Varr. 6, 7 688
ego cod. (ergo D) (v. 12, p. 74) et] te et B

LI. dic igitur med aneticulam, columbam uel catellum,
 hirundinem, monerulam, passerculum putillum,
 105 fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam, 695
 circumda torquem bracchiis, meum collum circumplecte.

ARG. ten complectatur, carnufex? LI. quam uero indignus
 uideor?

ne istuc nequiquam dixeris in me tam indignum dictum,
 uehes pól hodie me, si quidem hoc argentum ferre speres.

110 ARG. ten ego ueham? LI. tun hoc feras (hinc) argentum 700
 aliter a me?

ARG. perii hercle. si uerum quidem et decorum erum
 uéhere seruom,

inscende. LI. sic istic solent superbi subdomari.
 asta igitur, ut consuetus es puer olim. scin ut dicam?
 em sic. abi, laúdo, nec te equo magis est equos ullus
 sapiens.

115 ARG. inscende actutum. LI. ego fecero. hem quid istuc 705
 est? ut tu incedis?

demam hercle iam de | hordeo, tolutim ni badizas.

ARG. amabo, Libane, iam sat est. LI. numquam hercle
 hodie exorabis.

nam iam calcarí quadrupedó agitabo aduorsum cliuom,
 postidea ad pistores dabó, ut ibi crúciere currens.

120 asta ut descendam nunciam in procliui, quamquam ne- 710
 quam es.

ARG. quid nunc, amabo? quoniam, ut est lubitum, nos
 delusistis,

693 columbulam, catellum *Bentley* 694 monedulam *var. l. in*
cod. putillum passerculum *cod. : corr. Scaliger (cf. Class. Rev. 6,*
87) 695 proserpente *cod. (-tem PE)* bestiam eduplicem *cod.*
 696 circumdatorque me *cod. : corr. Havet* 698 tam ind. dict. in
 me *cod. : trai. Bothe* 699 me hodie *Guietus* 700 hinc *add.*
Camerarius 701 hercle uero; si quidemst *Goetz, Loewe* et *Leo* :
 est *cod.* 702 istuc *cod. : isti Lambinus : fort. isti hic* 704 *fort.*
 nullus 709 postidea *Pareus : postea cod. (i. 7)* 711 quoniam
 amabo *cod. : trai. Leo*

- datisne argentum? LI. si quidem mihi statuam et aram
statuis
atque ut deo mi hic immolas bouem : nam ego tibi Salus sum.
LE. etiam tu, ere, istunc amoues aps te atque ipsé me
adgrédere
- 715 atque illa sibi quae hic iusserat mihi statuis supplicasque? 125
ARG. quem te autem diuom nominem? LE. Fortunam,
atque Opsequentem.
ARG. iam istoc es melior. LI. an quid est [olim] homini
Salute melius?
- ARG. licet laúdem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem.
PH. ecastor ambae sunt bonae. ARG. sciam ubi boni quid
dederint.
- 720 LE. opta id quod ut cótingat tibi uis. ARG. quid si 130
optaro? LE. eueniet.
ARG. opto annum hunc perpetuom mihi huius operas.
LE. impetrasti.
ARG. ain uero? LE. certe inquam. LI. ad me adi uicissim
atque experire.
exopta id quod uis maxume tibi euenire : fiet.
ARG. quid ego aliud exoptem amplius nisi illud quouis
inopiast,
- 725 uiginti argenti commodas minas, huius quas dem matri? 135
LI. dabuntur, animo sis bono face, exoptata optingent.
ARG. ut consueuere, homines Salus frustratur et Fortuna.
LE. ego caput huic argento fui (tibi) hodie reperiundo.
LI. ego pes fui. ARG. quin nec caput nec pes sermoni
apparet.
- 730 nec quid dicatis scire nec me qur ludatis possum. 140

714 i. ad me *Langen* : ipsum me *Acidalius* vel ips' med adgredire
D ante corr. 716 deum *cod.* (? pro deiuum) 717 olim *del.*
Ital. (ex homini *compendio scripto ortum?* ; iv. 3) 725 commoda
codd. *Nonii* 266 727 consuere *cod.* (i.e. -suē-?) 728 (tibi) *add.*
Fleckeisen 729 sermoni *Bentley* : sermonis *cod.* 730 scire *ante*
possum cod. : corr. *Hermann*

- LI. sati' iam delusum censeo. nunc rém ut est eloquamur.
 animum, Argyrippe, aduerte sis. pater nos ferre hoc iussit
 argentum ad té. ARG. ut temperi opportuneque attulistis!
 LI. hic inerunt uiginti minae bonae, mala opera partae;
 145 has tibi nos pactis legibus dare iussit. ARG. quid id est, 735
 quaeso?
 LI. noctem huius et cenam sibi ut dares. ARG. iube
 aduenire, quaeso:
 meritissimo eius quae uolet faciemus, qui hosce amores
 nostros dispulsos compulit. LE. (patierin, Argyrippe,)
 patrem hanc amplexari tuóm? ARG. haec faciet facile ut
 patiar.
 150 Leonida, curre opsecro, patrem huc orato ut ueniat. 740
 LE. iam dudum est intus. ARG. hac quidem non uenit.
 LE. angiporto
 illac per hortum circum iit clam, ne quis se uideret
 huc ire familiarium: ne uxor resciscat metuit.
 de argento si mater tua sciat ut sit factum—ARG. heia,
 155 bene dicite. LI. ite intro cito. ARG. ualete.—LE. et uos 745
 amate.—

ACTVS IV

DI. Agedum istum ostende quem conscripsti syngraphum
 inter me et amicam et lenam. leges pellege.
 nam tu poeta es prosus ad eam rem unicus.

- 733 *vel* ted tempore *cod.* (i. 7) 736 ut sibi *Fleckeisen* 738
 discipulos *corr.* dispulsos *cod.* pat. Arg. *supplevit Angelius: vix*
 Leonida. LE. patierin (iii. 2) 739 patrem . . . tuom *om. cod., sed*
versus totus infra post v. 760 apparet (ii. 6) 740 c. o. L. *Mueller.*
cui Leonidā displicet 742 *vel* circuit uiderit *cod.* 746
 conscripsisti *cod., item codd. Nonii 225, Prisciani 1, 50 (v, p. 78)*

- PA. horrescet faxo lena, leges quom audiet.
 750 DI. age, quaeso, mi hercle translege. PA. audin? DI. 5
 audio.
- PA. 'Diabolus Glauci filius Clearetæ
 lenæ dedit dóno argenti uiginti minas,
 Philaenium ut secum esset noctes et dies
 hunc annum totum.' DI. neque cum quiquam alio
 quidem.
- 755 PA. addone? DI. adde, et scribas uide plane et probe. 10
 PA. 'alienum | hominem | intro mittat neminem.
 quod illa aut amicum | aut patronum nominet,
 aut quod illa amicae (eum) amatorem praedicet,
 fores oclusae | omnibus sint nisi tibi.
- 760 in foribus scribat occupatam | esse se. 15
 aut quod illa dicat peregre allatam epistulam,
 ne epistula quidem úlla sit in aedibus
 nec cerata adeo tabula; et si qua inutilis
 pictura sit, eam uendat: ni in quadriduo
- 765 abalienarit, quo aps te argentum acceperit, 20
 tuos arbitratus sit, comburas, si uelis,
 ne illi sit cera ubi facere possit litteras.
 uocet conuiuam neminem illa, tu uoces;
 ad eorum ne quem | oculos adiciat suos.
- 770 si quem alium aspexit, caeca continuo siet. 25
 tecum una postea aequè poela potitet:
 aps ted accipiat, tibi propinet, tu bibas,
 ne illa minus aut plus quam tu sapiat.' DI. sati' placet.
 PA. 'suspiciones omnis ab se segreget.
- 775 neque illaec ulli pede pedém homini premat, 30

751 *sqq. de syngraphi multis hiatibus cf. Lindsay Capt. p. 53*

757 nominet *Pylades*: neminem *cod. (ex v 756; v. 4)*
 758 amica *cod.* eum *addidi*: (uirum) *Leo*: (suae) *Gulielmius* 760
 occ. scr. *Pylades* 762 q. (usquam) u. *Lange*: fort. q. nulla
 767 ni *codd. Nonii 190 ut vid.* 769 eorum *Camerarius*: forum
cod. (F pro E) quemquam *Bothe* vix ocellos 771 postea]
 potet *Leo*

- quom surgat: neque (quom) in lectum inscendat proximum,
 neque quom descendat inde, det quoiquam manum :
 spectandum ne quoi anulum det neque roget.
 talos ne quoiquam homini admoueat nisi tibi.
- 35 cum iaciat, 'te' ne dicat : nomen nominet. 780
 deam inuocet sibi quam lubebit propitiam,
 deum nillum ; si magi' religiosa fuerit,
 tibi dicat : tu pro illa ores ut sit propitius.
 neque illa ulli homini nutet, nictet, adnuat.
- 40 postid lucerna si exstincta est, ne quid sui 785
 membri commoueat quicquam in tenebris.' Di. optumest.
 ita scilicet facturam. uerum in cubiculo—
 deme istuc—equidem illam moueri gestio.
 nolo illam habere caussam et uotitam dicere.
- 45 PA. scio, cáptiones metuis. Di. uerum. PA. ergo ut iubes 790
 tollam. Di. quid ni? PA. audi relicua. Di. loquere, audio.
 PA. 'neque ullum uerbum faciat perplexabile,
 neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.
 fort' si tussire ocepset, ne sic tussiat
- 50 ut quoiquam linguam in tussiendo proserat. 795
 quod illa aútem simulet quasi grauedo profluat,
 hoc ne sic faciat : tu labellum apstergeas
 potius quam quoiquam sauium faciát palam.
 nec mater lena ad uinum accedat interim,
- 55 nec ulli uerbo male dicat. si dixerit, 800
 haec multa ei esto, uino uiginti dies
 ut careat.' Di. pulchre scripsti. scitum syngraphum!
 PA. 'tum si coronas, sarta, unguenta iusserit
 ancillam ferre Veneri | aut Cupidini,

776 quom *add. Mueller* 777 *vel ind' d. quoiquam* 780 *iaceat*
cod. 785 *si luc. cod. (sed lūc. vix ferendum)* post (*ita B*) *si*
l. e. sit Merula, Thulin de coniuuctivo p. 97 *erit Ussing* 789
 illam habere *codd. Nonii* 45 : habere illam *cod.* 792 *perplexibile*
cod. : perplexabile Nonius 151 794 *fors Reiz* 802 *scripsti*
Pius : scriptis cod (v, p. 78) 804 *uel Reiz : (ab se) aut Mueller*
(Rhein. Mus. 54, 383)

805 tuo' seruos seruet Venerine eas det an uiro. 60
 si forte pure uelle habere dixerit,
 tot noctes reddat spurcas quot pure habuerit.
 haec sunt non nugae, non enim mortualia.
 DI. placent profecto leges. sequere intro.—PA. sequor.—

DIABOLVS PARASITVS ii

810 DI. Sequere hac. egone haec patiar aut taceam? emori
 me malim quam haec non eiuis uxori indicem.
 ain tu? apud amicam munus adulescentuli
 fungare, uxori excuses te et dicas senem?
 praeripias scortum amanti atque argentum obicias 5
 815 lenae? suppiles clam domi uxorem tuam?
 suspendam potius me quam tacita haec tu auferas.
 iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem,
 nisi quidem illa ante occupassit te, ecfliges scio,
 luxuriae sumptus suppeditare ut possies. 10
 820 PA. ego sic faciundum censeo: me honestiust
 quam te palam hanc rem facere, ne illa existumet
 amoris caussa percitum id fecisse te
 magi' quam sua caussa. DI. at pol qui dixti rectius.
 tu ergo fac ut illi turbas, litis concias, 15
 825 cum suo sibi gnato unam ad amicam de die
 potare, illam expilare. PA. iam (iam). ne mone.
 ego istuc curabo.—DI. at ego te opperiar domi.—

807 pure *Scaliger*: puras *cod.* (*pro purae?*), *item codd. Nonii* 394
 (i. 9) 810 egone h. (ut) p. *Fleckeisen* 815 suppelles *cod.* (*pro*
 suppeiles) 816 suspendam *Bothe*: suppendas *cod.* t. haec tu
Weise: t. tu haec *cod.*: tu haec t. *Kaempf* 818 occupas site *cod.*
 826 iam iam ne mone *scripsi* (*Journ. Phil.* 26, 293): iam emone *cod.*
 exp. narra. PA. ne mone *Leo*

ACTVS V

V. i ARGYRIPPVS DEMAENETVS

ARG. Age decumbamus sis, patér. DE. ut iusseris,
mi gnate, ita fiet. ARG. pueri, mensam adponite.

DE. numquidnam tibi molestumst, gnate mi, si haec nunc 830
mecum accubat?

ARG. pietas, pater, oculis dolorem prohibet. quamquam
ego istanc amo,
5 possum equidem inducere animum ne aegre patiar quia
tecum accubat.

DE. decet uerecundum esse adolescentem, Argyrippe.

ARG. edepol, pater,
merito tuo facere possum. DE. age ergo, hoc agitemus
conuiuium

uino ut sermone suauí. nolo ego metuí, amari mauolo, 835

mi gnate, me aps te. ARG. pol ego utrumque facio, ut
aequom est filium.

10 DE. credam istuc, si esse te hilarum uidero. ARG. an tu
[ess'] me tristem putas?

DE. putem ego, quem uideam aequae esse maestum ut quasi
dies si dicta sit?

ARG. ne dixis istuc. DE. ne sic fúeris : ilico ego non dixeró. 839

ARG. em aspecta : rideo. DE. utinam male qui mihi
uolunt sic rideant. 840

ARG. scio equidem quám ob rem me, pater, tu tristem
credas nunc tibi :

15 quia istaéc est tecum. atque ego quidem hercle ut uerum
tibi dicam, pater,

ea res me male habet ; at non eo quia tibi non cupiam quae
uelis ;

828, 829 alteri recensione tribuit *Weise* 828 uti (?) *Leo* 835 ut]
et *Pius* 837 me *Bolhe* : esse me *cod.* (iv. 3) 838 ut *del.*
Lambinus 844 me *om.* *Camerarius*, metro consulens ac *cod.*
(at *J*) quia *Acidalius* : quin *cod.*

845 uerum istam amo. aliam tecum esse equidem facile possum
perpeti.

DE. at ego hanc uolo. ARG. ergo sunt quae exoptas : mihi
quae égo exoptem uolo.

DE. unum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem
dedi

cum hac annum ut esses, atque amanti argenti feci copiam. 20

849 ARG. em istoc me facto tibi deuinxti. DE. quin te ergo
850 hilarum das mihi?

ARTEMONA PARASITVS ARGYRIPPVS ii
DEMAENETVS PHILAENIVM

ART. Ain tu meum uirum hic potare, ópsecro, cum filio
et ad amicam detulisse argenti uiginti minas
meoque filio sciente id facere flagitium patrem?

PA. neque diuini neque mi humani posthac quicquam
accreduas,

855 Artemona, si huius rei me ésse mendacem inueneris. 5

ART. at scelesta ego praeter alios meum uirum frugi rata,
siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxume.

PA. at nunc dehinc scito illum ante omnis minimi morta-
lem preti,
madidum, nihili, incontinentem atque osorem uxoris suae.

860 ART. pol ni istaec uera essent, numquam faceret ea quae 10
nunc facit.

PA. ego quoque hercle illum antehac hominem semper sum
frugi ratus,

uerum hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio
potet una atque una amicam ductet, decrepitus senex.

ART. hoc ecaster est quod ille it ad cenam cottidie.

865 ait sese ire ad Archidemum, Chaeream, Chaerestratum, 15

855 *vel med esse me Seyffert, fauente alliteratione* : esse *del. Leo*
856 frugi] fui *Pylades* : fueram (?) *Leo* 860 ista uera e. *B* :
uera ista e. *DE* (*cf. Lindsay ad Capt. 964*) : *fort. uera istaec sint (cf. Lindskog de Condicionalibus p. 102)*

Cliniam, Chremem, Cratinum, Diniam, Demosthenem :
is apud scortum corruptelae est liberis, lustris studet.

PA. quin tu illum iubes ancillas rapere sublimem domum?

ART. tace modo. ne illum mecastor miserum habebō.

PA. ego istuc scio,

20 ita fore illi dum quidem cum illo nupta eris. ART. ego 870
censeo.

eum etiam hominem (aut) in senatu dare operam aut
cluentibus,

ibi labore delassatum noctem totam stertere !

ille operi foris faciendo lassus noctu (ad me) aduenit ;

fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.

25 is etiam corruptus porro suom corrumpit filium. 875

PA. sequere hac me modo, iam faxo ipsum hominem manu-
festo opprimas.

ART. nihil ecastor est quod facere mauelim. PA. mane-
dum. ART. quid est?

PA. possis, si forte accubantem tuom uirum conspexeris
cum corona amplexum amicam, si uideas, cognoscere?

30 ART. possum ecastor. PA. em tibi hominem. ART. perii. 880

PA. paullisper mane.

aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.

ARG. quid modi, pater, amplexando facies? DE. fateor,
gnate mi—

ARG. quid fatere? DE. me ex amore huius corruptum
oppido.

PA. audin quid ait? ART. audio. DE. egon ut non domo
uxori meae

35 surrupiam in deliciis pallam quam habet atque ad te deferam, 885
non edepol conduci possum uita uxoris annua.

867 est Scaliger: et cod., item codd. Nonii 333 869 mec.
Seyffert: ecastor cod. 870 post censeo non distinguunt alii 871
sum etiam (rata) hom. (?) Leo yix etiam aut add. Came-
rarius 873 ad me add. Fleckeisen (seq. aduc-) 882 amplexando
Aidalus: amplexandi cod. 883 huius (esse) Fleckeisen 885
fort. quam h., ad (del. atque) (Journ. Phil. 26, 296)

PA. censen tu illum hodie primum ire ádsuetum esse in
ganeum?

ART. ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas
suspicabar atque insontis miseras cruciabam. ARG. pater,
890 iube dari uinum; iam dudum factum est quom primum bibi. 40
DE. da, puere, ab summo. age tu interibi ab infumo da
sauium.

ART. perii misera, ut osculatur carnufex, capuli decus!
DE. edepol animam suauiolem aliquanto quam uxoris meae.
PH. dic amabo, an foetet anima úxoris tuae? DE. nauteam
895 bibere malim, si necessum sit, quam illam oscularier. 45
ART. ain tandém? edepol ne tú istuc cum malo magno tuo
dixisti in me. sine, uenias modó domum, faxo ut scias
quid pericli sit dotatae uxori uitium dicere.

PH. miser ecastor es. ART. ecastor dignus est. ARG. quid
ais, pater?
900 ecquid matrem amas? DE. egone illam? nunc amo, quia 50
non adest.

ARG. quid quom adest? DE. periisse cupio. PH. amat
homo hic te, ut praedicat.

ART. né illa ecastor faenerato funditat: nam si domum
redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum.

ARG. iace, pater, talos, ut porro nos iaciamus. DE. maxume.
905 te, Philaenium, mihi atque uxoris mortem. hoc Venerium 55
est.

pueri, plaudite et mi ob iactum cantharo mulsum date.

ART. non queo durare. PA. si non didicisti fulloniam,

887 *vel* illunc <an> adsuetum *Langrehr* 890 dari *Acidalius*:
dare *cod.* 894 *inter* 898 et 900 *legitur*; 899 *inter* 895 et 896; 895,
899 *post* 906 *in marg. repetiti sunt (inter versuum contextum PE)*; *mira*
turbatio totius loci 894 *tuae uxori codd. Nonii* 233 895
necesse sit *codd. Nonii* 8: necessum est *cod., fort. recte* 896-898
cum 902, 903 *locum mutare iubet Fleckeisen* 896 *vel ain* tu
<hodie> *Mueller* magno malo *PE* 897 *s. reuenias Goetz, Loewe*
ut del. Fleckeisen 902 *ille (pro -ae) castor*
codd. Nonii 312: *ille ecastor cod.* 904 *iaceamus cod.* 907
fullonicam cod.

non mirandum est, (Artemona;) in oculos inuadi optu-
mum est.

ART. ego pol uiuam et tú istaec hodie cum tuo magno malo
60 inuocasti. PA. écquis currit pollinctorem accersere? 910

ARG. mater, salue. ART. sat salutis. PA. mortuos est
Demaenetus.

tempus est subducere hinc me; pulchre hoc gliscit proelium.
ibo ad Diabolum, mandata dicam facta ut uoluerit,
atque interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant.

65 poste demum huc cras adducam ad lenam, ut uiginti minas 915
ei det, in partem hac amanti ut liceat ei potirier.

Argyrippus exorari spero poterit ut sinat
sese alternas cum illo noctes hac frui. nam ni impetro,
regem perdidit: ex amore tantum est homini incendium.—

70 ART. quid tibi hunc receptio ad te est meum uirum? PH. 920
pol me quidem

miseram | odio | enicauit. ART. surge, amator, i domum.

DE. nullus sum. ART. immo es, ne nega, omnium (homi-
num) pol nequissimus.

at etiam cubat cuculus. surge, amator, i domum.

DE. uae mihí! ART. uera hariolare. surge, amator, i domum.

75 DE. apscede ergo paullulum istuc. ART. surge, amator, 925
i domum.

DE. iam opsecro, uxor,—ART. nunc uxorem mé esse memi-
nisti tuam?

modo, quom dicta in me ingerebas, odium, non uxor, eram.

DE. totus perii. ART. quid tandem? anima foetetne uxoris
tuae?

DE. murram olet. ART. iam surrupuisti pallam quam
scorto dares?

908 Artemona ART. in *Havet fort. recte* (iii. 2): (nunc cuculo)
Goetz, Locwe 909 tu istaec *Camerarius*: tuis haec *cod.* (i. 7)
910 et quis *cod.*, *item codd. Nonii* 157 (i. 7. 7) 911 *vel* salutist
(-test) *vel* mortuost 912 est *codd. Nonii* 22: *om. cod.* 916
parte *cod.* potirier *cod.* (*pro -tei-?*) 921 enicabit *cod.* (*i.e. -uit?*)
en. od. mis. *Guietus* 922 hominum *add. Fleckeisen*: (unus) *Leo*

- 930 PH. ecastor qui surrupturum pallam promisit tibi. 80
 DE. non taces? ARG. ego dissuadebam, mater. ART.
 bellum filium!
 istoscin patrem aequom est mores liberis largirier?
 nilne te pudet? DE. pol, si aliud nil sit, tui me, uxor, pudet.
 ART. cano capite te cuculum úxor ex lustris rapit.
- 935 DE. non licet manere (cena coquitur) dum cenem modo? 85
 ART. ecastor cenabis hodie, út dignu's, magnum malum.
 DE. male cubandum est: iudicatum me uxor abducit
 domum.
 ARG. dicebam, pater, tibi ne matri consuleres male.
 PH. de palla memento, amabo. DE. iuben hanc hinc ap-
 cedere?
- 940 ART. i domum. PH. da sauium etiam priu' quam abitis. 90
 DE. í in crucem.
 PH. immo intus potius—. sequere hac me, mi anime.
 ARG. égo uero sequor.

G R E X

- Hic senex si quid clam uxorem suo animo fecit uolup,
 neque nouom neque mirum fecit nec secus quam alii solent ;
 nec quisquam est tam ingenio duro nec tam firmo pectore
 945 quin ubi quidque occasionis sit sibi faciat bene. 95
 nunc si uoltis deprecari huíc seni ne uapulet,
 remur impetrari posse, plausum si clarum datis.

932 *vel* aequomst est mores *Pylades*: mores est *cod.* 936
vel uti dignus es *Gruterus*: dignum est *cod.* (i. 7, p. 20) 937 *abd.*
Dousa: adducit *cod.*: ducit *codd.* *Nonii* 128, *fort. recte* 940, 941
inverso ordine cod.: *corr. Fleckeisen* 940 abitis *Bothe*: abis *cod.* (abis
PE) 941 *intro edd.* (*cf. Quint.* I, 5, 50) 942 *suam codd.* *Nonii*
 187 uolup *testatur Nonius*: uoluptatis *cod.* (i. 8) 946 *vel* huíc
 947 [si] plausum si (sic *PBD*) clarum *cod.* (iv. 3. 4)

AVLVLARIA

ARGVMENTVM I

Senex avarus vix sibi credens Euclio
domi suae defossam multis cum opibus
aulam invenit, rursusque penitus conditam
exanguis amens servat. eius filiam
5 Lyconides vitiat. interea senex
Megadorus a sorore suasus ducere
uxorem avari gnatam deponit sibi.
durus senex vix promittit atque aulae timens
domo sublatam variis abstrudit locis.
10 insidias servos facit huius Lyconidis
qui virginem vitiat ; atque ipse obsecrat
avonculum Megadorum sibimet cedere
uxorem amanti. per dolum mox Euclio
cum perdidisset aulam, insperato invenit
15 laetusque natam conlocat Lyconidi.

ARGVMENTVM II

Aulam repertam auri plenam Euclio
Vi summa servat, miseris adfectus modis.
Lyconides istius vitiat filiam.
Volt hanc Megadorus indotatam ducere,
5 **L**ubensque ut faciat dat coquos cum obsonio.
Auro formidat Euclio, abstrudit foris.
Re omni inspecta compressoris servolus
Id surpit. illic Euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro, uxore et filio.

II 6 abstridit fores *cod.* 7 inspectata *Mueller*

PERSONAE

LAR FAMILIARIS PROLOGVS

EVCLIO SENEX

STAPHYLA ANVS

EVNOMIA MATRONA

MEGADORVS SENEX

STROBILVS SERVVS

CONGRIO } COCI

ANTHRAX }

PYTHODICVS SERVVS

LYCONIDES ADVLESCENS

SERVVS LYCONIDIS

PHAEDRIA VIRGO

TIBICINAE

SCAENA ATHENIS

PYTH.] FITODICVS *cod.* (II. vii. tit.) : PHILODICVS *K. Schmidt*
(*Herm.* 37, 204)

SERV. LYC.] Strobilus *in v.* 697 (*cf.* 804, 812) *cod.*, *vix recte*

PHAEDRA *Ussing* : PHAEDRIVM *Leo, K. Schmidt (ib. 199)*

PROLOGVS

LAR FAMILIARIS

LAR. Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.
ego Lar sum familiaris ex hac familia
unde exeuntem me aspexistis. hanc domum
iam multos annos est quom possideo et colo
5 patri | auoque iam huius qui nunc hic habet, 5
sed mihi auos huius opsecrans concredidit
auri thensaurum clam omnis : in medio foco
defodit, uenerans mé ut id seruarem sibi.
is quoniam moritur (ita auido ingenio fuit),
10 numquam indicare id filio uoluit suo, 10
inopemque optauit potius eum relinquere
quam eum thensaurum commostraret filio ;
agri reliquit ei non magnum modum,
quo cum labore magno et misere uiueret.
15 ubi is obiit mortem qui mi id aurum credidit, 15
coepi opseruare, ecqui maiorem filius
mihi honorem haberet quam eius habuisset pater.
atque ille uero minu' minusque impendio
— curare minu'que me impertire honoribus.
20 item a me contra factum est, nám item obiit diem. 20
is ex se hunc reliquit qui hic nunc habitat filium
pariter moratum ut pater auosque huius fuit.
huic filia una est. ea mihi cottidie

2 sum lar *codd. Prisciani* 1, 223, *Probi cathol.* 15 4 quom] ut
codd. N niii 250 5 patriabo i. *codd. Nonii* 318 : patrique a. i. *Aldus* :
patre uiuo a. i. *Palmer* 7 th. auri *cod. : trai. Camerarius* 16 et
qui *cod.* (i. 7. 7) : et quidem *codd. Nonii* 320 : ecquid *Caesar* 20
die *cod.* 22 auusque eius *codd. schol. Verg. Georg.* 1, 189 : atque
auus eius *codd. Nonii* 375

- aut ture aut uino aut aliqui semper supplicat,
 25 dat mihi coronas. eius honoris gratia 25
 feci thensaurum ut hic reperiret Euclio,
 quo illam facilius nuptum, si uellet, daret.
 nam compressit eam de summo adulescens loco.
 is scit adulescens quae sit quam compresserit,
 30 illa illum nescit, neque compressam autem pater. 30
 eam ego hódie faciam ut hic senex de proxumo
 sibi uxórem poscat. id ea faciam gratia
 quo ille eam facilius ducat qui compresserat.
 et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,
 35 is adulescentis illius est auonculus, 35
 qui illam stuprauit noctu, Cereris uigiliis.
 sed hic senex iam clamat intus ut solet.
 anum foras extrudit, ne sit conscia.
 credo aurum inspicere uolt, ne surruptum siet.

ACTVS I

EVCLIO STAPHYLA

I. i

- 40 Evc. Exi, inquam, age exi: éxeundum hercle tibi hinc est foras,
 circumspectatrix cum oculis emissiciis.
 STA. nam quur me miseram uerberas? Evc. ut misera sis
 atque ut te dignam mala malam aetatem exigas.
 STA. nam qua me nunc caussa extrusisti ex aedibus? 5
 45 Evc. tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?
 illuc regredere ab ostio. illuc sis uide,
 ut incédit. at scin quo modo tibi res se habet?
 si hercle hodie fustem cepero aut stimulum in manum,

28 eam compressit *Bothe*, cui compressit eam *displicet* 35
 est illius *Leo*, nam auonculus *quadrisyll. suspectum* 40 *fort.*
delend. exi (iv. 3) 46 regrede *cod.* 48 hercle hodie
Kampmann: hodie hercle *cod.*, *inuitato verborum ordine*

- 10 testudineum istum tibi ego grandibo gradum.
 STA. utinam me diui adaxint ad suspensium 50
 potius quidem quam hoc pacto apud te seruiam.
 Evc. at ut scelesta sola secum murmurat !
 oculos hercle égo istos, inproba, ecfodiam tibi,
 15 ne me opseruare possis quid rerum geram.
 apscede etiam nunc—etiam nunc—etiám—ohe, 55
 istic astato. si hercle tu ex istoc loco
 digitum transuorsum aut unguem latum excesseris
 aut si respexis, donicum ego te iussero,
 20 continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.
 scelestiorem me hac anu certo scio 60
 uidisse numquam, nimi'que ego hanc metuo male
 ne mi ex insidiis uerba inprudenti duit
 neu persentiscat aurum ubi est apscoditum,
 25 quae in occipitio quoque habet oculos pessuma.
 nunc ibo ut uisam, éstne ita aurum ut condidi, 65
 quod me sollicitat plurumis miserum modis.—
 STA. noenum mecastor quid ego ero dicam meo
 malae rei euenisse quamue insaniam
 30 queo comminisci ; ita me miseram ad hunc modum
 deciens die uño saepe extrudit aedibus. 70
 nescio pol quae illunc hominem intemperiae tenent :
 peruigilat noctes totas, tum autem interdus
 quasi claudus sutor dómi sedet totos dies.
 35 neque iam quo pacto celem erilis filiae
 probrum, propinqua partitudo quoi appetit, 75
 queo comminisci ; neque quicquam meliust mihi,
 ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram
 †longum, laqueo† collum quando opstrinxero.

53 oculos ego tibi istos improbe (*i. e. -ae?*) *codd.* Nonii 360
 56 astato *Scioppius* : atasto *cod.* 60 certo *Francken* : certe *cod.*,
 vix (*cum scio*) *Plautinum* 65 sitne *Pylades* 77 vel opino
 78 (I) longum la. (?) *Goetz* : longam (*Scutarius*) (meum) la. *Camerarius* :
 l. (mihi) la. *Lambinus* (*melius mi*)

EVCLIO STAPHYLA

ii

- Evc. Nunc defaecato demum animo egredior domo,
 80 postquam perspexi salua esse intus omnia.
 redi núnciam intro atque intus serua. STA. quippini?
 ego intus seruem? an ne quis aedis auferat?
 nam hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus, 5
 ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.
- 85 Evc. mirum quin tua me caussa faciat Iuppiter
 Philippum regem aut Dareum, triuenefica.
 araneas mi ego illas seruari uolo.
 pauper sum; fateor, patior; quod di dant fero. 10
 abi intro, occlude ianuam. iam ego hic ero.
- 90 caue quemquam alienum in aedis intro miseris.
 quod quispiam ignem quaerat, extinguere uolo,
 ne caussæ quid sit quod te quisquam quaeritet.
 nam si ignis uiuet, tú extinguere extempulo. 15
 tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.
- 95 cultrum, securim, pistillum, mortarium,
 quæ utenda uasa semper uicini rogant,
 fures uenisse atque apstulisse dicito.
 profecto in aedis meas me apsenite neminem 20
 uolo intro mitti. atque etiam hoc prædico tibi,
- 100 si Bona Fortuna ueniat, ne intro miseris.
 STA. pol ea ipsa credo ne intro mittatur cauet,
 nam ad aedis nostras nusquam adiit quaquam prope.
 Evc. tace atque abi intro. STA. taceo atque abeo.—Evc. 25
 occlude sis
 fores ambobus pessulis. iam ego hic ero.
- 105 discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.

83 aliud *om. codd.* Nonii 483 84 inanis *cod.* (v. 9. 9) 85 me
Camerarius: nunc me *cod.* (ex me *pro me ortum?*; iv. 3) 101
 eapse *Bothe* 102 numquam *D* quamquam *cod.* (v. 12) prope
 [est] *B* 105 ab *del. Guictus*

nimis hercle inuitus abeo. sed quid agam scio.
 nam noster nostrae qui est magister curiae
 30 diuidere argenti dixit nummos in uiros ;
 id si relinquo ac non peto, omnes ilico
 me suspicientur, credo, habere aurum domi. 110
 nam ueri simile non est hominem pauperem
 pauxillum parui facere quin nummum petat.
 35 nam nunc quom celo sedulo omnis ne sciant,
 omnes uidentur scire et me benignius
 omnes salutant quam salutabant prius ; 115
 adeunt, consistunt, copulantur dexteras,
 rogitant me ut ualeam, quid agam, quid rerum geram.
 40 nunc quo profectus sum ibo ; postidea domum
 me rusum quantum potero tantum recipiam.

ACTVS II

II. i

EVNOMIA MEGADORVS

EVN. Velim te arbitrari med haec uerba, frater, 120
 mei fidei tuaique rei
 caussa facere, ut aequom est germanam sororem.
 quamquam hau falsa sum nos odiosas haberi ;
 5 nam multum loquaces merito omnes habemur,
 nec mutam profecto repertam nullam esse 125
 (aut) hodie dicunt mulierem (aut) ullo in saeclo.
 uerum hoc, frater, unum tamen cogitato,
 tibi proxumam me mihique esse item te ;

106 si *cod.* (sed *J*) (vii. 2) 107 noster] Nestor *Scyffert* 111
 u. s. non est *Pylades* : non est u. s. *cod.* 112 qui *cod.* (*seq.* n)
 118 postidea *Camerarius* : post idem *cod.* (*M pro A*) 121 rei
Ital. : rei haec uel hoc *cod.* (*cf. v. 120 ; iv. 1*) 125 nullam *scripsi* :
 ulla *cod.* nec ulla *pr. r. e. mutam Fleckeisen (Jahrb. 153. 682)*
fort. nec m. pr. re. ul. e. hodie D. m. nullo (vel aut ullo in s. 126
 aut . . . aut *add. Leo* 128 esse item *Bentley* : item esse *cod.*

- ita aequom est quod in rem esse utrique arbitremur 10
 130 et mihi te et tibi (me) consulere et monere ;
 neque occultum id haberi neque per metum mussari
 quin participem pariter ego te et tu me [ut] facias.
 eo nunc ego secreto ted huc foras seduxi,
 ut tuam rém ego tecum hic loquerer familiarem. 15
- 135 ME. da mi, optuma femina, manum.
 EVN. ubi ea est? quis ea est nam optuma?
 ME. tu. EVN. tune ais? ME. si négas, nego.
 EVN. decet téquidem uera proloqui ;
 nam optuma nulla potest eligi : 20
- 140 alia alia peior, frater, est. ME. idem ego arbitror,
 nec tibi aduorsari certum est de istac re(d) umquam,
 soror.
- EVN. da mihi
 142^a operam amabo. ME. tuast, utere atque
 impera, si quid uis. 25
 EVN. id quod in rem tuam óptimum esse arbitror,
 ted id monitum aduento.
- 145 ME. soror, móre tuo faci'. EVN. facta uolo.
 ME. quid est id, soror? EVN. quod tibi sempiternum
 salutare sit : liberis procreandis— 30
 ME. ita di faxint—EVN. uolo te úxorem
 150 domum dúcere. ME. eí occídi! EVN. quid ita?
 ME. quia mi misero cerebrum excutiunt
 tua dicta, soror : lapides loqueris.
 EVN. heia, hoc face quod te iúbet soror. ME. sí lubeat, 35
 faciam.

129 ita *Lambinus* : ut *cod.* 132 ut *del. Lambinus* : ut *incul-*
catum est etiam Merc. 894, 911 (cf. Seyffert Berl. Phil. Woch. 16, 849)
 134 vel uti 135 manum femina optuma (?) *Leo, cui syllaba*
anceps mā in fine hemistichii displi et 136 (aut) quis *Goetz,*
 nam est (namst) *Francken, evitantes ambò hiatum in fine hemistichii*
 138 tequidem *Bothe* : te equidem *cod.* 141 fort. numquam
 142^a operam (iam) (?) *Leo ut tetram. fiat* 150 occidis *Weise*

EVN. in rem hoc tuam est. ME. út quidem émoriar priu'
quam ducam.

sed his légibu' si quam dare uis, ducam : 155

quae cras ueniat, perendie, soror, fóras feratur ;
his legibu' quam dare uis? cedo : nuptías adorna.

40 EVN. cum maxuma possum tibi, frater, dare dote ;
sed est grandior natu : mediá est mulieris aetas.

eam sí iubes, frater, tibi me poscere, poscam. 160

ME. num non uis me interrogare te? EVN. immo, si quid
uis, roga.

ME. post mediam aetatem qui media ducit uxorem domum,
45 si eam senex anum praegnatem fortuito fecerit,
quid dubitas quin sit paratum nomen puero Postumus?
nunc ego istúm, soror, laborem degam et deminuam tibi. 165
ego uirtute deum et maiorum nostrum diues sum satis.

istas magnas factiones, animos, dotes dapsilis,

50 clamores, imperia, ebúrata uehicla, pallas, purpuram
nil moror, quae in seruitutem sumptibus redigunt uiros.

EVN. dic mihi, si audes, quis ea est quam uis ducere uxorem? 170

ME. eloquar.

no[ui]stin hunc senem Euclionem ex proxumo pauperulum?

EVN. noui, hōminem hau malum mecastor. ME. eiūs
cupio filiam

55 uirginem mi desponderi. uerba ne facias, soror.

scio quid dictura es : hanc esse pauperem. haec pauper
placet.

EVN. di bene uortant. ME. idem ego spero. EVN. quid 175
me? num quid uis? ME. uale.

156 for. fer. sor. *cod.* : *traieci* : soror *del. Reis* 158 cum *Gruterus* :
quam *cod.* (*pro quom, forma antiqua?*) dare frater *corr. fr. d. cod.*
(ii. 3) 159 sed] *fort. si (sei) es (es iam Fleckeisen)* 164
paratum his nomen pueris 'Postume' *cod. Festi* 238 165 *vel*
istunc degam *testatur Nonius* 278 : demam *cod.* 167 dapsilas
codd. Nonii 304 169 seruitutum *su. rediguntur uiros cod.* (iv. 3)
170 si audes *codd. Prisciani* 2, 9, *testatur Persii schol.* 3, 89 : quaeso
cod. 171 nouisti *alii* 175 quid? me n. q. u.? *alii* nunc
quid *cod.*

EVN. et tu, frater.—ME. ego conueniam Eúclionem, si
 domi est.
 sed eccum ⟨uideo⟩. nescio unde sese homo recipit domum.

EVCLIO MEGADORVS

ii

- EVN. Praesagibat mi animus frustra me ire, quom exibam domo:
 itaque abibam inuitus; nam neque quisquam curialium
 180 uenit neque magister quem diuidere argentum oportuit.
 nunc domum properare propero, nam egomet sum hic, ani-
 mus domi est.
- ME. saluos atque fortunatus, Euclio, semper sies. 5
- EVN. di te ament, Megadore. ME. quid tu? recten atque
 ut uis uales?
- EVN. non temerarium est ubi diues blande appellat
 pauperem.
- 185 iam illic homo aurum scit me habere, eo me salutat blandius.
 ME. ain tu te ualere? EVN. pol ego hau perbene a pecunia.
 ME. pol si est animus aequos tibi, sat[is] habes qui bene 10
 uitam colas.
- EVN. anus hercle huic indicium fecit de auro, perspicue
 palam est,
 quoi ego iam linguam praecidam atque oculos escodiam domi.
- 190 ME. quid tu solus tecum loquere? EVN. meam pauperiem
 conqueror.
 uirginem habeo grandem, dote cassam atque inlocabilem,
 neque eam queo locare quoquam. ME. tace, bonum habe 15
 animum, Euclio.
 dabitur, adiuuabere a me. dic, si quid opust, impera.
 EVN. nunc petit, quom pollicetur; inhiat aurum ut deuoret.
 195 altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

177 ⟨uideo⟩ Klett : ⟨eumpse⟩ Bach vix iamb. senarius 178
 mi om. codd. Cic. de Divin. 1, 65 exirem codd. Cic. 185 scit
 me Bothe : me scit rod. 186 a pecunia perbene cod. : corr. Guietus
 191 item codd. Nonii 45, 340 : filiam habeo grandem, cassa dote atque
 inlocabili codd. Varronis de L. L. 5, 14

- nemini credo qui large blandust diues pauperi :
- 20 ubi manum inicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.
 ego istos noui polypos qui ubi quicquid tetigerunt tenent.
 ME. da mi operam parumper, si operaest, Euclio, id quod
te uolo
 de communi re appellare méa et tua. Evc. ei misero mihi, 200
 aurum mi intus harpagatum est. nunc hic eam rem uolt, scio,
 25 mecum adire ad pactionem. uerum interuisam domum.
 ME. quó abis? Evc. iam reuortar ad te : nam est quod
inuisam domum —
 ME. credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia,
 mi ut despondeat, sese a me derideri rebitur ; 205
 neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.
 30 Evc. di me seruant, salua res est. saluom est si quid
non perit.
 nimi' male timui. priu' quam intro redii, exanimatus fui.
 redeo ad te, Megadore, si quid me uis. ME. habeo gratiam.
 quaeso, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. 210
 Evc. dum quidem né quid perconteris quod non lubeat
proloqui.
 35 ME. dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum? Evc.
bono.
 ME. quid fide? Evc. bona. ME. quid factis? Evc. neque
malis neque improbis.
 ME. aetatem meam scis? Evc. scio esse grandem, item ut
pecuniam.
 ME. certe edepol equidem te ciuem sine mala omni malitia 215
 semper sum arbitratus et nunc arbitror. Evc. aurum huic
olet.

197 aliqua zamia *edd.* (*sed cf. Journ. Phil.* 26, 294) 198 ubi
Hermolaus : uibi *cod.* (nibi *PE*) 199 si operaest, E., id *codd. Nonii*
 529 (*s. v. opera*) : paucis, E., est *cod.* 203 ábitis *Leo* iam (ego)
Mueller ad te reu. *cod.* : *traieci* (ii. 1) nunc est *Leo* inuisam
Ritschl : uisam *cod.* 207 saluare est *cod.* 211 non *Guictus* :
 mihi non *cod.* (iv. 2) : mi haud *Seyffert*

quid nunc me uis? ME. quoniam tu me et ego te qualis 40
sis scio,

quae res recte uortat mihi que tibi que tuaeque filiae,
filiam tuam mi uxorem posco. promitte hoc fore.

220 Evc. heia, Megadore, hau decorum facinus tuis factis facis,
ut inopem atque innoxium aps te atque aps tuis me inrideas.
nam de te neque re neque uerbis mérui uti fáceres quod facis. 45

ME. neque edepol ego te derisum uenio neque derideo,
neque dignum arbitror. Evc. qui igitur poscis meam gna-
tam tibi?

225 ME. ut propter me tibi sit melius mihi que propter té et tuos.
Evc. uenit hoc mihi, Megadore, in mentem, ted esse homi-
nem diuitem,
factiosum, mé item esse hominem pauperum pauperrimum; 50
nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem uenit
te bouem esse et mé esse asellum: ubi tecum coniunctus
siem,

230 ubi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto,
tu me bos magis hau respicias gnatus quasi numquam siem.
et te utar iniquiore ét meu' me ordo inrideat, 55
neutrubi habeam stabile stabulum, si quid diuorti fuat:
asini me mordicibus scindant, bóues incursent cornibus.

235 hoc magnum est periculum, ab asinis ad boues transcendere.
ME. quam ad probos propinquitate proxume te adiunxeris,
tam optimumst. tu condicionem hanc accipe, ausculta mihi, 60
atque eam despondé mi. Evc. at nihil est dotis quod dem.
ME. ne duas.

dum modo morata recte ueniat, dotata est satis.

240 Evc. eo dico, ne me thensauros repperisse censeas.
ME. noui, ne doceas. desponde. Evc. fiat. sed pro
Iuppiter,

227 autem *Brix* 232 *vel med* 234 *mordicibus testatur*
Nonius 139: *mordicus cod.* 235 ab *Camerarius*: *me ab cod. (iv. 2):*
vix periculum mi 238 *in marg. pro dederis cod. (gloss. ad duas)*

- 65 num ego disperii? ME. quid tibi est? Evc. quid crepuit
 quasi ferrum modo? —
 ME. hic apud me hortum confodere iussi. sed ubi hic est
 homo? 244
 abiit neque me certiozem fecit. fastidit mei, 245
 quia uidet me suam amicitiam uelle : more hominum facit ;
 nam si opulentus it petatum pauperioris gratiam,
 70 pauper metuit congregari, per metum male rem gerit.
 idem, quando occasio illaec perit, post sero cupit.
 Evc. si hercle ego te non elinguendam dederō usque ab 250
 radicibus,
 impero auctorquē sum ut tū me quouis castrandum loces.
 ME. uideo hercle ego te me arbitrari, Eúclio, hominem
 idoneum,
 75 quem senecta aetate ludos facias, hau merito meo.
 Evc. neque edepol, Megadore, facio, neque, si cupiam,
 copia est.
 ME. quid nunc? etiam mihi despondes filiam? Evc. illis 255
 legibus,
 cum illa dote quam tibi dixi. ME. sponden ergo? Evc.
 spondeo.
 ME. istuc di bene [uortant]—Evc. ita di faxint. illud facito
 ut memineris,
 80 conuenisse ut ne quid dotis mea ad te adferret filia.
 ME. memini. Evc. at scio quo uos soleatis pacto per-
 plexarier :
 pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod 260
 uobis lubet.
 ME. nulla controuersia mihi tecum erit. sed nuptias

242 *post hunc versum v. 393 posuit Ritschl* 243 *hinc est cod.*
 248 *congregari cod. (i. 7)* 249 *occasio illaec Hare : illaec occasio*
cod. 251 *(ego) sum Guictus vel uti cf. Skutsch (Philol. 59,*
 483) 252 *te cum superscr. me cod. (unde te D², me B) (v. 3)*
 257 *istuc del. Pylades uortant delvi*

num quae caussa est hodie quin faciámus? Evc. immo
édépol optuma.

ME. ibo igitur, parabo. numquid me uis? Evc. istuc. 85
í et uale.

ME. heus, Strobile, sequere propere me ad macellum
strenue.—

265 Evc. illic hinc ábiit. di immortales, opsecro, aurum quid
ualet!

credo ego illum iam indaudisse mi esse thensaurum domi.
id inhiat, ea adfinitatem hanc opstinavit gratia.

EVCLIO STAPHYLA

iii

Evc. Vbi tu es quae deblaterauisti iam uicinis omnibus
meae me filiae daturum dotem? heus, Staphyla, te uoco.

270 ecquid audis? uascula intus pure propera atque elue:
filiam despondi ego: hodie huic nuptum Megadoro dabo.

STA. di bene uortant. uerum ecastor non potest, subitum 5
est nimis.

Evc. tace atque abi. curata fac sint quom a foro redeam
domum;

atque aedis occlude; íám ego hic adero.—STA. quid ego
nunc agam?

275 nunc nobis prope adest exitium, mihi atque erili filiae,
nunc probrum atque partitudo prope adest ut fiat palam;
quod celatum atque occultatum est usque adhuc, nunc non 10
potest.

ibo intro, ut erus quae imperauit facta, quom ueniat, sient.
nam ecastor malum maerore metuo ne mixtum bibam.—

262 est cau. *Wagner contra Plautinum loquendi morem* hodie
quin f. numquae causa est *cod.*: *traicci* (q. f. h. *Brix*) i. hercle o. *Brix*
(*cf. Mil. 1270* hercle *pro* edepol *P^{CD}*) 263 i (ei) et *Mueller*: fiet *cod.*
(*F pro E*): i (ei) (*del. et*) *Lebreton* (*cf. 458*) 266 inaudisse *cod.*:
inaudiuisse *codd. Nonii 500* (*cf. Brock quaest. Gramm. p. 144*) 268
deblattauisti *cod.*: deblaterasti *codd. Nonii 44* (*fort. recte*) 271 ego
hodie *Merula*: hodie ego *cod.* 274 aedis occlude *Guictus*: occlude
aedis *cod.* 276 nunc] nam *Ital.* 279 maerore *Gronovius*:
merorem *cod.* minixtum (mixtum *V²*) *cod.* (iv. 3): inmixtum *Gruiterus*

iv

STROBILVS ANTHRAX
CONGRIO

STR. Postquam opsonavit erus et conduxit coquos 280
tibicinasque hasce apud forum, edixit mihi
ut dispertirem opsonium hic bifariam.

AN. mequidem hercle, dicam (pro)palam, non diuides ;
5 si quo tu totum me ire uis, operam dabo.

Co. bellum et pudicum uero prostibulum popli. 285
post si quis uellet, te hau non uelles diuidi.

STR. atque ego istuc, Anthrax, alioorsum dixeram,
non istuc quod tu insimulas. sed erus nuptias
10 meus hodie faciet. AN. quouiis ducit filiam?

STR. uicini huius Euclionis (hinc) e proxumo. 290
ei adeo opsoni hinc iussit dimidium dari,
coquom alterum itidemque alteram tibicinam.

AN. nempe huc dimidium dicis, dimidium domum?

15 STR. nemp' sicut dicis. AN. quid? hic non poterat
de suo

senex opsonari filiae nuptiis? 295

STR. uah! AN. quid negotist? STR. quid negoti sit
rogas?

pumex non aeque est arduus atque hic est senex.

ANT. ain tandem? Co. ita esse ut dicis! STR. tute ex-
istuma :

* * * (existumat)

20 suam rem periisse seque eradicarier.

(quin diuom atque hominum clamat continuo fidem, 300

282 opsonium *tuetur Kakridis (Wien. Stud. 23, 174)*: fort. hos
omnis (vii. 5, p. 99) 283 propalam *Bothe*: (tibi) p. *Ussing*
286 Pol si *Brix* nouvelles *Goeller* 288 fort. isto (-oc) quo (quo iam
Bothe) 290 hinc *add. Pylades* 291 hic *cod. Gellii* 3, 14, 15
iussit dimidium *codd. Gellii (sawente allitteratione)*: dimidium iussit *cod.*
293 huc *Guietus*: huic *cod.* domum *Acidalius*: domi *cod.* 295
filiae in nuptiis *cod. (i. 7)*: *corr. Scaliger* 298^a lacunam *sign.*
Havet existumat *addidi (iii. 11)*: 299. 300 ordine *inverso Gulielmus*

- de suo tigillo fumus si qua exit foras.
 quin, quom it dormitum, follem opstringit ob gulam.
 AN. cur? STR. ne quid animae forte amittat dormiens.
 AN. etiamne opturat inferiorem gutturem, 25
 305 ne quid animai forte amittat dormiens?
 STR. haec mihi te ut tibi med aequom est, credo, credere.
 AN. immo equidem credo. STR. át scin etiam quomodo?
 aquam hercle plorat, quom lauat, profundere.
 AN. censen talentum magnum exorari pote 30
 310 ab istóc sene, ut det qui fiamus liberi?
 STR. famem hercle utendam si roges, numquam dabit.
 quin ipsi pridem tonsor unguis dempserat :
 conlegit, omnia apstulit praesegmina.
 AN. edepol mortalem parce parcum praedicas. 35
 315 STR. censen uero adeo ess' parcum et misere uiuere?
 pulmentum pridem eripuit ei miluos :
 homo ad praetorem deplorabundus uenit ;
 infit ibi postulare plorans, eiulans,
 ut sibi liceret miluom uadarier. 40
 320 sescenta sunt quae memorem, si sit otium.
 sed uter uostrorum est celerior? memora mihi.
 AN. ego, ut múlto melior. STR. coquom ego, non furem
 rogo.
 AN. coquom ergo dico. STR. quid tu ais? Co. sic sum
 ut uides.
 AN. coquos ille nundinalest, in nonum diem 45
 325 solet ire coctum. Co. tun, trium lítterarum homo,
 me uituperas? fur. AN. etiam fur, trifurcifer.

301 ligello, 'tuguriolo,' testatur Nonius 134 306 credo credere
 Pylades: credere credo cod. (ii, p. 37) 309 pote Kampmann :
 potest cod. (i. 7) 310 vel post det distingue 312 ipse codd.
 Nonii 151, 273 315 esse del. Seyffert. Redslob (Liter. Centralbl.
 1895, p. 1761) miserere corr. misere cod. (pro miser, i. e. miserum?):
 miserum magis Plautinum esse demonstrat Seyffert
 316 er. ēi Reiz: ei er. cod.: ei der. Gulichnius 317 (vid.
 'Addenda et Corrigenda') 322 et Mueller (cf. ad Asin. 835)
 323 ergo Acidalius: ego cod. (v. 12, p. 104)

V STROBILVS ANTHRAX CONGRIO

STR. Tace nunciam tu, atque agnum hinc uter est pinguior
(cape atque abi intro ad nos.) AN. licet.—STR. tu, Congrio,
hunc sume atque abi intro illo, et uos illum sequimini.

uos ceteri ite huc ad nos. Co. hercle iniuria 330

5 dispertuisti: pinguiorem agnum isti habent.

STR. at nunc tibi dabitur pinguior tibicina.

i sane cum illo, Phrugia. tu autem, Eleusium,

huc intro abi ad nos. Co. o Strobile subdole,

huccine detrusti me ad senem parcissimum? 335

10 ubi si quid poscam, usque ad rauim poscam prius

quam quicquam detur. STR. stultu's, et sine gratia est

ibi recte facere, quando quod facias perit.

Co. qui uero? STR. rogitas? iam principio in aedibus

turba istic nulla tibi erit: siquid uti uoles, 340

15 domo aps te adfero, ne operam perdas poscere.

hic autem apud nos magna turba ac familia est,

supellex, aurum, uestis, uasa argentea:

ibi si perierit quippiam (quod te scio

facile apstinere posse, si nihil obuiam est), 345

20 dicant: coqui apstulerunt, comprehendite,

uincite, uerberate, in puteum condite.

horum tibi istic nihil eueniet (quippe qui

ubi quid surrupias nihil est). sequere hac me. Co. sequor.

vi STROBILVS STAPHYLA CONGRIO

STR. Heus, Staphyla, prodi atque ostium aperi. STA. qui 350
uocat?

STR. Strobilus. STA. quid uis? STR. hos ut accipias coquos

328 lacunam signavit P. ut vid. (unde novae scaenae inscriptio in PBD):
suppl. Leo 329 hunc Lcbreton: eum cod. illuc cod. eum J 336

adarauin cod.: testatur rauim Nonius 164 poscam codd. Nonii 164 et

374: poscamus cod. (qui etiam poscamus quae pro poscam usque habet)

337, 338 es Tibi cod. 338 del. Weise, Langen (Beitr. 132 sq.)

339 iam in pr. in B 340 istic Taubmann: istuc cod. si qui

Camerarius, qui siquid non agnoscit 346 quoque cod. 349

subripiat cod.: corr. Lambinus

tibicinamque oponiumque in nuptias.

Megadorus iussit Euclioni haec mittere.

STA. Cererin, Strobile, has sunt facturi nuptias? 5

355 STR. qui? STA. quia temeti nihil allatum intellego.

STR. at iam adferetur, si a foro ipse redierit.

STA. ligna hic apud nos nulla sunt. Co. sunt asseres?

STA. sunt pol. Co. sunt igitur ligna, ne quaeras foris.

STA. quid, impurate? quamquam Volcano studes, 10

360 cenaene caussa aut tuae mercedis gratia

nos nostras aedis postulas comburere?

Co. hau postulo. STR. duc istos intro. STA. sequimini.—

PYTHODICVS (STROBILVS?) vii

Py. Curate. ego interuisam quid faciant coqui;

quos pol ut ego hodie seruem cura maxuma est.

365 nisi unum hoc faciam, ut in puteo cenam coquant:

ind' coctam susum subducemus corbulis.

si autem deorsum comedent si quid coxerint, 5

superi incenati sunt et cenati inferi.

sed uerba hic facio, quasi negoti nil siet,

370 rapacidarum ubi tantum siet in aedibus.

EVCLIO CONGRIO viii

Evc. Volui animum tandem confirmare hodie meum,

ut bene haberem me filiai nuptiis.

uenio ad macellum, rogito piscis: indicant

caros; agninam caram, caram bubulam,

375 uitulinam, cetum, porcina: cara omnia. 5

atque eo fuerunt cariora, aes non erat.

354 has sunt *cod. Festi* 364: has (*pro* has \bar{s} ; vii, p. 96) *cod.*: hi sunt *codd. Macrobi Sat.* 3, 11, 2 355 intellego] uideo *codd. Fest. et Macro.* 360 -ne *Pius*: -ue *cod.* 365 coquam *codd. Nonii* 400 367 Si (ipsi) *Goetz* (iii. 11), nam deorsum *trisyll. suspectum* 369 sed *Gruterus*: si *cod.*

- tabeo iratus illinc, quoniam† nihil est qui emam.
 ita illis impuris omnibus adii manum.
 deinde egomet mecum cogitare interuias
 10 occepi : festo die si quid prodegeris, 380
 profesto egere liceat, nisi peperceris.
 postquam hanc rationem uentri cordique edidi,
 accessit animus ad meam sententiam,
 quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
 15 nunc tusculum emi et hasc' coronas floreas : 385
 haec imponentur in foco nostro Lari,
 ut fortunatas faciat gnatae nuptias.
 sed quid ego apertas aedis nostras conspikor ?
 et strepitust intus. numnam ego compilor miser ?
 20 Co. aulam maiorem, si pote, ex uicinia 390
 pete : haec est parua, capere non quit. Evc. ei mihi,
 perii hercle. aurum rapitur, aula quaeritur.
 nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere.
 Apollo, quaeso, subueni mi atque adiuua,
 25 confige sagittis fures thensaurarios, 395
 qui | in re tali iam subuenisti antidhac.
 sed cesso priu' quam prosus perii currere.

ix

ANTHRAX

- AN. Dromo, desquama piscis. tu, Machaerio,
 congrum, mureniam exdorsua quantum potest.
 ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto 400

377 illim iratus *Bothe* (mihi) nil *Wagner* fort. abbito . . . quom
 381 peperceris *vix Plautina forma* nisi si parseris *Abraham* :
fort. n. reperceris (cf. Truc. 375 pepercisses pro parsisses vel repercisses
A) 385 et hasce] hoc et *codd. Prisciani* I 104 386 impone-
 untur *cod. pro -unt- corr. -ent- ; iv. 3)* 390 pote ex *Lambinus* :
 potes *cod. (pro po' ex* 391 est parua *Pylades* : parua est *cod.*
 392 hercle (*ego*) *Seyffert* 393 *cf. ad 242* 395 sagittis *corr.*
 ex sagittas *cod.* 396 cui *cod. i. e. quoui*) : sicui *Ussing* tali iam
Camera'ius : ta'ia *cod.* subuenisti *Ital.* : subuenit *cod.* 398
 desquama p. *codd. Nonii* 95 : des quam aspicias *cod. (i. 6)* 399
 exdorsua quantum potest (potes 95) *Nonius* 17 et 95, qui altero loco
verbum testatur : exossata fac sient *cod. (? pro mi ex. f. s.)*

a Congrione. tu istum gallum, si sapis,
 glabriorem reddes mihi quam uolsus ludiust. 5
 sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo?
 coqui hercle, credo, faciunt officium suom.
 405 fugiam intro, ne quid hic itidem turbæ fuat.

ACTVS III

CONGRIO

III. i

Co. Attatae ! ciues, populārēs, incolāe, accolāe, aduenāe
 omnes,
 date uiam qua fugere liceat, facite totae plateae pateant.
 neque ego umquam nisi hodie ad Bacchas ueni in bacchanal
 coquinatum,
 ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.
 410 totus doleo atque oppido perii, ita me iste habuit senex 5
 gymnasium ;
 attat, perii hercle ego miser,
 411^a aperit bacchanal, adest,
 sequitur. scio quam rem geram : hoc
 412^a ipsu' magister me docuit.
 neque ligna ego usquam gentium praeberi uidi pulchrius, 10
 itaque omnis exegit foras, me atque hos, onustos fustibus.

EVLIO CONGRIO

ii

415 Evc. Redi. quó fugis nunc? tene, tene. Co. quid, stolide,
 clamas?
 Evc. quia ad trisuiros iam ego deferam nomen tuom. Co.
 quám ob rem?

402 glabriorem *codd. Nonii* 530 : glabrimonem *vel* cl- *cod.* (n *pro* r)
 405 redeo intro ne quid hic turbæ fiat *codd. Nonii* 525 (*qui* 'turbam'
pro turbis testatur) turbæ (*i. e.* -ai?) hic itidem fiat *cod.* (v. 7) 406
 Attatae *scripsi* : Optati *cod.* (iii, p. 53) uiues *cod.* (ciues *PJ*) 413,
 414 *post v.* 410 *posuit Acidalius* 414 Ita *Francken*

- Evc. quia cultrum habes. Co. coquom decet. Evc. quid
 comminatu's
 mihi? Co. istuc male factum arbitror, quia non latu' fodi.
 5 Evc. homo nullust te scelestior qui uiuat hodie,
 neque quoi égo de industria amplius male plus lubens fáxim. 420
 Co. pol etsi taceas, palam id quidem est: res ipsa testest;
 ita fustibus sum mollior magi' quam ullu' cinaedus.
 sed quid tibi nos tactiost, mendice homo? Evc. quae res?
 10 etiam rogitas? an quia minus quam | aequom erat féci? ✓
 Co. sine, at hercle cum magno malo tuo, si hoc caput séntit. 425
 Evc. pol ego hau scio quid post fuat: tuom núnc caput séntit.
 sed in aedibus quid tibi meis nam erat negoti
 me apsentē, nisi ego iusseram? uolo scire. Co. tace ergo.
 15 quia uenimu' coctum ad nuptias. Evc. quid tu, malum, cúras
 utrum crudum an coctum égo edím, nisi tu mi es tutor? 430
 Co. uolo scire, sínas an non sinas nos coquere hic cenam?
 Evc. uolo scire ego item, meae domi mean sálua futura?
 Co. utinam mea mihi modo auferam, quae ad <te> tuli, sálua:
 20 me hau paenitet, tua ne expetam. Evc. scio, ne doce, nóui.
 Co. quid est quá prohibes nunc gratia nos coquere hic cenam? 435
 quid fecimus, quid diximus tibi secu' quam uelles?
 Evc. etiam rogitas, sceleste homo, qui | angulos omnīs
 mearum aedium et conclauium míhi peruium fáctis?
 25 ibi ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses,
 non fissile auferres caput: merito id tibi factum est. 440

420 fort. *delcnd.* amplius (*seq.* male plus; iv. 3), nam qu(oi) *displicet*
 422 magis *codd.* Nonii 5: miser magis *cod.* (miser *ex compendio scri-*
pturae magis ortum est; iv. 3) 423 nos m. h. tactio est *cod.*: *trai.*
Hermann 424 *creat cod.* q. erat aequom *Reiz*: quam <me> aeq. e.
Seyffert (*cf. Capt.* 995) 425 magno malo tuo *Hare*: malo tuo
 magno *cod.* 426 fiat *cod.* (v. 7) 429 ueni huc *Fleckeisen*, nam
 uénimus coctum *displicet* 430 ego coctum *Pylades fort.* utrum
 ego crudumne *vel* mihi 432 itidem *Goetz* mea *cod.*: *corr.*
Camerarius; *cf. Brix ap. Niemeycrum Stud. Pl* 13 433 te *add.*
Studemund: attulimus *Brix* 435 prohibeas *cod.* (i. 9) 436
 sequi usquam *cod.* (*non PJ*) (? *pro sequis* quam) 437 quine a. *Her-*
mann: qui a. in *Leo* 439 ibi *Guietus*: id *cod.* (D *pro B*) 440
 auferres *Goetz*: haberes *cod.*: *fort.* auheres

adeo ut tu meam sententiam iam noscere possis :
 si ad ianuam huc accesseris, nisi iussero, própius,
 ego te faciam miserrumus mortalis uti sis.

- scis iam meam sententiam.—Co. quo abis? redi rúsum. 30
 445 ita me bene amet Lauerna, te (iam) iam, nisi reddi
 mihi uasa iubes, pipulo te hic differam ante aedis.
 quid ego nunc agam? ne ego edepol ueni huc auspicio malo.
 nummo sum conductus : plus iam medico mercedēst opus.

EVCLIO CONGRIO

iii

- Evc. Hoc quidem hercle, quoquo | ibo, mecum erit, mecum
 feram,
 450 neque isti id in tantis periclis umquam committam ut siet.
 ite sane nunc[iam] intro omnes, et coqui et tibicinae,
 etiam | intro duce, si uis, uel gregem uenaliū,
 coquite, facite, festinate nunciam quantum lubet. 5
 Co. temperi, postquam impleuisti fusti fissorum caput.
 455 Evc. intro abí : opera huc conducta est uostra, non oratio.
 Co. heus, senex, pro uapulando hercle ego aps te mercedem
 petam.
 coctum ego, non uapulatum, dudum conductus fui.
 Evc. lege agito mecum. molestus ne sis. i cenam coque, 10
 aut abi in malum cruciatum ab aedibus. Co. abi tu modo.—

EVCLIO

iv

- 460 Evc. Illic hinc ábiit. di immortales, facinus audax incipit

442 iusso *Quietus* 446 ab *Ionico dimetro incipit*, nam iubēs vix
Plautinum pipulo testantur *Varro de L. L. 7, 103, Nonius 152 :*
 populo *cod.* te hic *codd. Nonii 152 : te codd. Varr., Non. 284 :* hic *cod.*
 mihi uasa iubēs, hic pipulo te *Reiz* 448 mercedest (-ist) opus *Bothe :*
 mercede opus est *cod.* 449 quoquo (ego) *Wagner* 450 isti id
Seyffert : istud *cod.* (u pro ii) 451 ite *Ital. :* ita *cod.* (v. 12) iam
del. Linge (iv. 3) 452 (ite,) etiam (?) *Leo* 455 abite *Goeller*
 456 heus *Bentley :* eu *cod.* (seq. s : v. 9. 7 ; iii. 3) 458 et (pro ei)
corr. i cod. (unde i et B, et DPE) (cf. Sjögren Part. Cop. 85, 89)
 460 immortales *cod. (non PJ) (iii. 10)*

qui cum opulento pauper homine [coepit] rém habere aut
negotium.
 ueluti Megadorus temptat me ómnibus miserum modis,
 qui simulauit méi honóris mittere huc caussa coquos :
 5 is ea caussa misit, hoc qui surruperent misero mihi.
 condigne etiam meu' med intus gallus gallinacius, 465
 qui erat anuí peculiaris, perdidit paenissime. †
 ubi erat haec defossa, ocepit ibi scalpurrire unguis
 circumcirca. quid opust uerbis? ita mi pectus peracuit :
 10 capio fustem, oprunco gallum, furem manūfestarium.
 credo edepol ego illi mercedem gallo pollicitos coquos, 470
 si id palam fecisset. exemi ex manu † manubrium.
 quid opust uerbis? facta est pugna in gallo gallinacio.
 sed Megadorus meus adfinis eccum incedit a foro.
 15 iam hunc non ausim praeterire quin consistam et conloquar.

V MEGADORVS EVCLIO

ME. Narravi amicis multis consilium meum 475
 de condicione hac. Euclionis filiam
 laudant. sapienter factum et consilio bono.
 nam meo quidem animo si idem faciant ceteri
 5 opulentiores, pauperiorum filias
 ut indotatas ducant uxores domum, 480
 et multo fiat ciuitas concordior,
 et inuidia nos minore utamur quam utimur,
 et illaé malam rem metuant quam metuont magis,
 10 et nos minore sumptu simus quam sumus. 485
 in maxumam illuc populi partem est optimum ;
 in pauciores auidos altercatio est,
 quorum animis auidis atque insatietatibus
 neque lex neque sutor capere est qui possit modum.

461 coepit del. Goetz habet Goetz : del. Seyffert 462 vel med
 466 vel anu 471 manupretium (†) Leo, nam manubrium vix Plau-
 linum 482 nos minore Pylades; minore nos cod. 483 vel illaec
 485 illec corr. illuc ut vid. cod. optimam cod. : corr. Camcrarius

- namque hoc qui dicat 'quó illae nubent diuites
 490 dotatae, si istuc ius pauperibus ponitur?' 15
 quo lubeant nubant, dum dos ne fiat comes.
 hoc sí ita fiat, mores meliores sibi
 parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt,
 ego faxim muli, pretio qui superant equos, 20
 495 sient uíliores Gallicis cantheriis.
 Evc. ita me di amabunt ut ego hunc ausculto lubens.
 nimi' lepide fecit uerba ad parsimoniam.
 ME. nulla igitur dicat 'equidem dotem ad te attuli
 maiorem multo quam tibi erat pecunia ; 25
 500 enim mihi quidem aequomst purpuram atque aurum dari,
 ancillas, mulos, muliones, pedisequos,
 salutigerulos pueros, uehicla qui uehar.'
 Evc. ut matronarum hic facta pernoui probe!
 moribu' praefectum mulierum hunc factum uelim. 30
 505 ME. nunc quoquo uenias plus plaustrorum in aedibus
 uideas quam ruri, quando ad uillam ueneris.
 sed hoc étiam pulchrum est praequam ubi sumptus petunt.
 stat fullo, phyrigio, aurufex, lanarius ;
 caupones patagiarii, indusarii, 35
 510 flammarii, uiolarii, carinarii ;
 aut manulearii, aut murobatharii,
 propolae linteones, calceolarii ;
 sedentárii sutores diabatharii,
 solearii astant, astant molocinarii ; 40
 515 petunt fullones, sarcinatores petunt ;
 stropharii astant, astant semul zonarii.

490 dotata es istud uis *cod* : *corr. Camerarius* (ius *V*²) 491
 iubeant *cod.* (lubeant *B*¹) (v. 12) 507 sumptus ubi *Guictus* : ubi
 sumptifices (?) *Leo* 508 linarius *B*¹ 510 cariarum *Nonius* 541,
 549, qui h. *versum* post 521 in *exemplari* suo *inuenisse videtur. Citat*
saltem vv. 519, 521 ante 510 (cf. ad frag i) 511 myrobaptarii (?)
Leo 513 diobatharii *cod.* : *corr. Turnebus* 516 semisonarii *cod.*
 (ul *per compend. scriptum erat*) : *corr. Leo*

- iam hosce apsolutos censeas : cedunt, petunt
 treceni, quom stant thylacistae in atriis
- 45 textores limbularii, arcularii.
 ducuntur, datur aes. iam apsolutos censeas, 520
 quom incedunt infectores corcotarii,
 aut aliqua mala crux semper est quae aliquid petat.
 Evc. compellarem ego illum, ni metuam ne desinat
- 50 memorare mores mulierum : nunc sic sinam.
 ME. ubi nugigerulis res soluta est omnibus, 525
 ibi ad postremum cedit miles, aes petit.
 itur, putatur ratio cum argentario ;
 miles inpransus astat, aes censet dari.
- 55 ubi disputata est ratio cum argentario,
 etiam ipso ultro debet argentario : 530
 spes prorogatur militi in alium diem.
 haec sunt atque aliae multae in magnis dotibus
 incommoditates sumptusque intolerabiles.
- 60 nam quae indotata est, ea in potestate est uiri ;
 dotatae mactant et malo et damno uiros. 535
 sed eccum adfinem ante aedis. quid agis, Euclio?

vi EVCLIO MEGADORVS

- Evc. Nimium lubenter edi sermonem tuom.
 ME. an audiuisti? Evc. usque a principio omnia.
 ME. tamen meo quidem animo aliquanto facias rectius,
 si nitidior sis filia nuptiis. 540
- 5 Evc. pro re nitorem et gloriam pro copia
 qui habent, meminerunt sese unde oriundi sient.
 neque pol, Megadore, mihi neque quouquam pauperi

518 phylacistae *cod.* : *corr. Wilamowitz* 519 limbularii (-ri) *codd.*
Nonii 541 : limbularii (PE) vel linbularii (BD) *cod.* alcularii *codd.* *Nonii*
 520 iam *Bothe* : iam hosce *cod.* (cf. 517) aes *del. Schoell* 521
croc. cod., etiam codd. Non. 549 522 cf. ad 510 525 nugigerulus
corr. -lis cod. : nugiuentis *testatur Nonius* 144 530 ipso *Lambi-*
nius : plus ipso *cod.* (iv. 3) 537 edi *cum glossa superscr.* audiui
cod., edi etiam codd. Nonii 454 538 Ain B¹ 539 tamene *cod.*
 (antiqua forma?) 542 meminerint B 543 quicquam *cod.* (non P)

- opinione melius res structa est domi.
- 545 ME. immo est (quod satis est), et di faciant ut siet,
 (et) plus plusque istuc sospitent quod nunc habes. 10
 Evc. illud mihi uerbum non placet 'quod nunc habes.'
 tam hoc scit me habere quam egomet. anu' fecit palam.
 ME. quid tu te solus e senatu seuocas?
- 550 Evc. pol ego te ut accûsem merito meditabar. ME. quid est?
 Evc. quid sit me rogitas? qui mihi omnis angulos 15
 furum impleuisti in aedibus misero mihi,
 qui mi intro misti in aedis quingentos coquos
 cum senis manibus, genere Geryonaceo;
- 555 quos si Argus seruet, qui oculus totus fuit,
 quem quondam Ioni Iuno custodem addidit, 20
 is numquam seruet. praeterea tibicinam,
 quae mi interbibere sola, si uino scatat,
 Corinthiensem fontem Pirenam potest.
- 560 tum opsonium autem—ME. pol uel legioni sat est.
 etiam agnum misi. Evc. quo quidem agno sat scio 25
 magi' curiosam nusquam esse ullam beluam.
 ME. uolo ego ex te scire qui sit agnus curio.
 Evc. quia ossa ac pellis totust, ita cura macet.
- 565 quin exta inspicere in sole ei uiuo licet :
 ita is pellucet quasi lanterna Punica. 30
 ME. caedundum conduxi ego illum. Evc. tum tu idem
 optumumst
 loces éferendum ; nam iam, credo, mortuost.
 ME. potare egó hodie, | Euclio, tecum uolo.

544 restructa *cod.* 545 *supplevit Ussing* (iii. 11) 546 et *addidi*
 (*praec. -et*) 550 ut te *Acidalius* sed *cf. Lindsay praef. Capt. p. 38*)
 accussem *cod.*, *forma antiqua* 553 aedis *Pylades*: aedibus *cod.* (*cf. 552*)
 555 oculatus *Festus* 178 ut *vid.* (*sed oculus 28*) 557 *praerea*
cod. (non D) 558 scatat *Gulielmius*: scatet *cod.* 559 Pirenam
Valla: et *pirineum cod.* 562 *curionem Gulielmius*: *curiosam etiam*
codd. Nonii 455: *vix curionam* 563 uolo scire ego ex te *codd. Nonii* 86
 564 totust) tenos *codd. Nonii* 509 macet *codd. Non.*: *magei cod.*
 (*G pro C, I pro T*) 565 ei *Gruterus*: e *cod.*: *fort. de* 567 con-
 duxi ego illum *codd. Nonii* 272, 274: ego illum conduxi *cod.* 569
vix hodie (hic) Eu. *Mueller*

- Evc. non potem egó quidem hercle. ME. át ego iussero 570
 35 cadum unum uini ueteris a me adferrier.
 Evc. nolo hercle, nam mihi bibere decretum est aquam.
 ME. ego te hodie reddam madidum, si uiuo, probe,
 tibi quoi decretum est bibere aquam. Evc. scio quam rem
 agat :
 ut me deponat uino, eam adfectat uiam, 575
 40 post hoc quod habeo ut commutet coloniam.
 ego id cauebo, nam alicubi apstrudam foris.
 ego faxo et operam et uinum perdiderit simul.
 ME. ego, nisi quid me uis, eo lauatum, ut sacrificem.—
 Evc. edepol ne tu, aula, multos inimicos habes 580
 45 atque istuc aurum quod tibi concreditum est.
 nunc hoc mihi factust optimum, ut ted auferam,
 aula, in Fidei fanum : ibi apstrudam probe.
 Fides, nouisti mé et ego te : caue sis tibi
 ne tu immutassis nomen, si hoc concreduo. 585
 50 ibo ad te fretus tua, Fides, fiducia.—

ACTVS IV

IV. i

LYCONIDIS SERVVS

- L. S. Hoc est serui facinus frugi, facere quod ego persequor,
 ne morae molestiaeque imperium erile habeat sibi.
 nam qui ero ex sententia seruire seruos postulat,
 in erum matura, in se `sera condecet capessere. 590
 5 sin dormitet, ita dormitet seruom sese ut cogitet.
 nam qui amanti ero séruitutem seruit, quasi ego seruio,
 si erum uidet superare amorem, hoc serui esse officium reor,
 retinere ad salutem, non enim quo incumbat eo impellere.

570 *vix* potitem 581 *concreditum cod.* (G *pro* C) 583 *à* aula
Scutarius : aulam *cod.* 584 *vel* nouisti (nosti) med 585
innemutassis codd. : *corr. Acidalius* (iv 3) 589 *eri codd. Nonii* 375
 591 *se esse Mueller* 592-8 *seclusit Brix*

- 595 quasi pueri qui nare discunt scirpea induitur ratis,
 qui laborent minu', facilius ut nent et moucant manus, 10
 eodem modo seruom ratem esse amanti ero aequom censeo,
 ut toleret, ne pessum abeat tamquam (catapirateria).
 eri ille imperium ediscat, ut quod frons uelit oculi sciant ;
 600 quod iubeat citis quadrigis citius properet persequi.
 qui ea curabit apstinebit censione bubula, 15
 nec sua opera rediget umquam in splendorem compedis.
 nunc eru' meus amat filiam huius Euclionis pauperis ;
 eam ero nunc renuntiatum est nuptum huic Megadoro dari.
 605 is speculatum huc misit me, ut quae fierent fieret particeps.
 nunc sine omni suspicione in ara hic adsidam sacra ; 20
 hinc ego et huc et illuc potero quid agant arbitrarier.

EVCLIO LYCONIDIS SERVVS

ii

- EVCL. Tu modo caue quouiquam indicassis aurum meum esse
 itic, Fides :
 non metuo ne quisquam inueniat, ita probe in latebris
 situmst.
 610 edepol ne illic pulchram praedam agat, si quis illam inuenerit
 aulam onustam auri ; uerum id te quaeso ut prohibessis,
 Fides.
 nunc lauabo, ut rem diuinam faciam, ne adfinem morer 5
 quin ubi accersat meam extemplo filiam ducat domum.
 uide, Fides, etiam atque etiam nunc, saluam ut aulam aps
 te auferam :
 615 tuae fide concredidi aurum, in tuo luco et fano est situm.

595 scirpo *cod.* Festi 330 (*sed* scirpea 166), Donati ad And. 5, 4, 38
 598 ut (eum) Hare tolleret *cod.* suppl. Lambinus (iii. 4) 599
 eri ille Wagner: herile *cod.* 603 Nam Brix 608 quiquam
 B: ut vid.: quicquam PBD indicasses (-sis D) *cod.* 609 probet
 corr. probe *cod.* 613 meam Hare: me meam *cod.* (iv. 3) 615
 fano e. s. Pylades: fano modo est situm *cod.* (ex duplici lectione fano
 modo et fano est situm conflatum)

L. S. di immortales, quod ego hunc hominem facinus audiui
loqui?

10 se aulam onustam auri apstrusisse hic intus in fano Fidi.

caue tu illi fidelis, quaeso, potius fueris quam mihi.

atque hic pater est, ut ego opinor, huius erus quam amat
(meus).

ibo hinc intro, perscrutabor fanum, si inueniam uspiam 620
aurum, dúm hic est occupatus. sed si repperero, o Fides,

15 mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

id adeo tibi faciam ; uerum ego mihi bibám, ubi id fecero.—

iii

EVCLIO

Evc. Non temere est quod coruos cantat mihi nunc ab
laeua manu ;

semul radebat pedibus terram et uoce croccibat sua : 625

continuo meum cor coepit artem facere ludicram

atque in pectus emicare. sed ego cesso currere.

iv

EVCLIO LYCONIDIS SERVVS

Evc. (I) foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo,
qui modo nusquam comparebas, nunc quom compares peris.

[ego] edepol te, praestrigiator, miseris iam accipiam modis. 630

L. S. quae te mala crux agitat? quíd tibi mecum est com-
merci, senex?

5 quid me adflictas? quid me raptas? qua me caussa uerberas?

Evc. uerberabilissime, etiam rogitas, non fur, sed trifur?

L. S. quid tibi surrupui? Evc. redde huc sis. L. S. quid
tibi uis reddam? Evc. rogas?

616 audiui *Bothe, metro consulens* : audio *cod.* : audio (e)loqui
Schoell 617 *vel* Fidēi 619 *vel* opino meus *add. Luchs* :
(uirginis) *Mueller* 623 id ubi *Reiz* 625 simul *codd. Nonii*
45 : semel *cod. (pro semul, antiqua forma)* 628 I foras *Lambi-*
nus : (Foras) foras *Camerarius* 629 comparabas *cod.* 630
ego *delevi* (iv. 3) 634 rogas *Camerarius* : rogitas *cod. (cf. 633)*

- 635 L.S. nil equidem tibi apstuli. Evc. at illud quod tibi apstuleras cedo.
 ecquid agis? L. S. quid agám? Evc. auferre non potes.
 L. S. quid uis tibi?
 Evc. pone. L. S. id quidem pol te datare credo consuetum, 10
 senex.
 Evc. pone hoc sis, aufer cauillam, non ego nunc nugas ago.
 L. S. quid ergo ponam? quin tu eloquere quidquid est suo
 nomine.
- 640 non hercle equidem quicquam sumpsit nec tetigi. Evc.
 ostende huc manus.
 L. S. em tibi, ostendi, eccas. Evc. uideo. age ostende
 etiam tertiam.
 L. S. laruae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant 15
 senem.
 facin iniuriam mi [annon]? Evc. fateor, quia non pendes,
 maxumam.
 atque id quoque iam fiet, nisi fatere. L. S. quid fatear tibi?
- 645 Evc. quid apstulisti hinc? L. S. di me perdant, si ego tui
 quicquam apstuli,
 niue adeo apstulisse uellem. Evc. ágedum, excutedum
 pallium.
 L. S. tuo arbitrato. Evc. ne inter tunicas habeas. L. S. 20
 tempta qua lubet.
 Evc. uah, scelestus quam benigne, ut ne apstulisse intel-
 legam!
 noui sycophantias. age rusum. óstende huc manum
- 650 dexteram. L. S. em. Evc. nunc laeuam ostende. L. S.
 quin equidem ambas profero.

635 *fort.* tibi quod
Pareus: di *cod.*
 qua uoluptate (? *pro* quicquam a te) sumsi neque tetigi *codd.* *Nonii* 396
 643 facisne *cod.*
 si conpantyas *cod.*

636 <hinc> auferre *Reiz*
 639 ego *Ital.*
 annon *del. Langen*
 rusus (?) *Leo*

637 id
 640 non equidem ego
 648 *vel* scelestu's
 649

Evc. iam scrutari mitto. redde huc. L. S. quid reddam?

Evc. a, nugas agis,
25 certe habes. L. S. habeo ego? quid habeo? Evc. non
dico, audire expetis.

id meum, quidquid habes, redde. L. S. insanis: perscruta-
tus es
tuo arbitrato, neque tui me quicquam inuenisti penes.

Evc. mane, mane. quis illic est? quis hic intus alter erat 655
tecum simul?

perii hercle: ill' nunc intus turbat, hunc si amitto hic abierit.
30 postremo hunc iam perscrutaui, hic nihil habet. abi quo
lubet.

L. S. Iuppiter te dique perdant. Evc. hau male egit gratias.
ibo intro atque illi socienno tuo iam interstringam gulam.

fugin hinc ab oculis? abin hinc annon? L. S. abeo. Evc. 660
caue sis te uideam.

v

LYCONIDIS SERVVS

L. S. Emortuom ego me mauelim leto malo
quam non ego illi dém hodie insidias seni.
nam | hic iam non audebit aurum apstrudere:
credo eferet iam secum et mutabit locum.

5 attat, fori' crepuñ. senex eccum aurum ecfert foras. 665
tantisper huc ego ad ianuam concessero.

vi

EVCLIO LYCONIDIS SERVVS

Evc. Fide censebam maxumam multo fidem
esse, ea subleuit os mihi paenissime:
ni subuenisset coruos, periissem miser.
nimis hercle ego illum coruom ad me ueniat uelim 670

657 hunc iam *Nonius* 317, 469: iam hunc *cod.* hic *om. codd.*
Nonii 317 (469 in perscr. desinunt) nihil *codd.* *Nonii*: nihili *cod.*
658 egit *Mueller*: agit *cod.*: agit (hic) *Koch* malé agit *vix ferendum*
659 intro *codd.* *Nonii* 172: hinc intro *cod.* (iv 3) 660 hinc
alterum del. Pylades, ut versus septenarius fiat te u.] reuideam *Bothe*
663 hic] illic *Bach* 666 huc *Lambinus*: hic *cod.* 668 subleuit *cod.*

- qui indicium fecit, ut ego illic aliquid boni 5
dicam ; nam quod edit tam duim quam perduim.
nunc hoc ubi apstrúdam cogito solum locum.
Siluani lucus extra murum est auius,
675 crebro salicto oppletus. ibi sumam locum.
certumst, Siluano potius credam quam Fide.— 10
L. S. eugae, eugae, di me saluom et seruatum uolunt.
iam ego illíc praecurram atque inscendam aliquam in ar-
borem
indéque opseruabo | aurum ubi apstrudat senex.
680 quamquam hic manere mé erus sese iusserat ;
certum est, malam rem potius quaeram cum lucro.— 15

LYCONIDES EVNOMIA (PHAEDRIA) vii

- LY. Dixi tibi, mater, iuxta mecum rem tenes,
super Euclionis filia. nunc te opsecro
resecroque, mater, quod dudum opsecraueram :
685 fac mentionem cum aunculo, mater mea.
EVN. scis tute facta uelle me quae tu uelis, 5
et istúc confido (a) fratre me impetrassere ;
et caussa iusta est, siquidem ita est ut praedicas,
te eam cómpressisse uinolentum uirginem.
690 LY. egone ut te aduorsum mentiar, mater mea ?
PH. Perii, mea nutrix. opsecro te, uterum dolet. 10
Iuno Lucina, tuam fidem ! LY. em, mater mea,
tibi rem potiozem uideo : clamat, parturit.
EVN. i hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum,

672 tam dium quam perdium *cod.* : *corr. Camerarius* 674 lucus
codd. Nonii 396 : lacus *cod.* auius *codd. Non.* : aulus *cod.* 675
creber salictu *codd. Non.* 677 fuge fuge *cod.* : *corr. Camerarius*
678 percurram *cod.* 679 vel ind'que atque inde o. au. *Pareus* :
i. o. (hoc) aurum *Pylades sed cf. 707*) 680 vel med eru' 682
mecum rem *codd. Nonii* 322 : rem mecum *cod.* 684, 685 *inverso*
ordine cod. : *corr. Pareus (homoeoteleuton opsecr- causa erroris : ii. 6)*
685 meo (?) *Leo* 687 a *add. Pylades* 691 te *om. codd. Nonii*
229 693 uideo] uerbo *Leo, fort. recte* (vii 2) 694 Ei *cod.*,
antiqua forma

ut istuc quod me oras impetratum ab eo auferam.—

695

- 15 Lv. i, iam sequor te, mater. sed seruom meum
 †Strobilum† miror ubi sit, quem ego me iusseram
 hic opperiri. nunc ego mecum cogito :
 si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est.
 ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.—

700

viii

LYCONIDIS SERVVS

L. S. Picis diuitiis, qui aureos montis colunt,
 ego solus supero. nam istos reges ceteros
 memorare nolo, hominum mendicabula :
 ego sum ille rex Philippus. o lepidum diem !
 5 nam ut dudum hinc abii, multo illo adueni prior
 multoque priu' me conlocaui in arborem
 indéque exspectabam, aurum ubi apstrudebat senex.
 ubi ille ábiit, ego me deorsum duco de arbore,
 ecfodio aulam auri plenam. índe ex eo loco
 10 uideo recipere se senem ; ill' me non uidet,
 nam ego declinaui paullulum me extra uiam.
 attat, eccum ipsum. íbo ut hoc condam domum.—

705

710

ix

EVCLIO LYCONIDES

Evc. Perii, interii, occidi. quo curram ? quo non curram ?
 tene, tene. quem ? quis ?
 nescio, nil uideo, caecus eo atque equidem quo eam aut ubi
 sim aut qui sim
 nequeo cum animo certum inuestigare. opsecro ego uos, 715
 mi auxilio,

695 imp. ab. eo auf. *Gruterus*: [effitiam tibi] impetratum habeo
 auferam *cod.* (iv. 1) 698 nunc] quom. *Seyffert* (v. 1) 700 (hinc)
 intro ubi *Brix* 701 picis (et sq. v. Eos) *codd.* *Nonii* 152 707
 vel ind que spectabam *Lambinus* ubi aurum *Pylades, cui*
 ubi | aps. *displict* 708 deorsum d.] duco serium *codd.* *Nonii* 284
 709 exeo ilico *Brix* 711 nam ego *Pylades*: nam ego non *cod.* (*pro*
 nam ego *cum var. l. non. Fuit ñ in exemplari*; vii, p. 95) paululum
Ital.: paulum *cod.* (*cf. Asin.* 925 paulum *pro* paululum ; v. 8) 712
 (ego) ibo *Goetz* 715 uos ego *cod.*: *trai. Peters* (*Harv. Stud.* 9, 116)

oro, optestor, sitis et hominem demonstratis, quis eam apstulerit.

quid ais tu? tibi credere certum est, nam esse bonum ex 5
uultu cognosco.

quid est? quid ridetis? noui omnis, scio fures esse hic
compluris,

qui uestitu et creta occultant sese atque sedent quasi sint frugi.

720 hem, nemo habet horum? occidisti. dic igitur, quis
habet? nescis?

heu me miserum, misere perii,

721^a male perditu', pessime ornatus eo: 10

tantum gemiti et mali maestitiaequae

722^a hic dies mi optulit, famem et pauperiem.

peritissimus ego sum omnium in terra;

723^a nam quid mi opust uita, [qui] tantum auri

perdidi, quod concustodiui 15

724^a sedulo? egomet me defrudauit

animumque meum geniumque meum;

725^a nunc eo alii laetificantur

726 meo malo et damno. pati nequeo.

Ly. quinam homo hic ante aedis nostras eiulans conqueritur 20
maerens?

atque hicquidem Euclio est, ut opinor. oppido ego interii:

palamst res,

scit peperisse iam, ut ego opinor, filiam suam. nunc mi

incertumst

730 abeam an maneam an adeam an fugiam. quid agam?

edepol nescio.

717, 718 post v. 719 cod.: corr. *Acidalius* (prius om. propter hom-
oarch. qui-: ii. 6) 717 quis cod. ex *Camrarius*: et codd. (vi,
p. 85) 718 quod r. B 722 gemiti et codd. *Nonii* 487. *Prisciani* 1,
258: gemit te et cod. (pro gemitei et) (gemiti et B²) malae
codd. *Prisc.* 722^a mihi hic dies cod. *Prisc.* *Non.* 723 peritissimus
scripsi (*Class. Rev.* 10, 332): perditissimus cod. 723^a nam del.
Mueller qui del. *Spengel* 725^a eo] ergo *Mueller* (v. 12, p. 74)
728, 729 vel opino 730 abeam *Hare*: quid agam abeam cod.

x

EVCLIO LYCONIDES

Evc. Quis homo hic loquitur? Ly. ego sum miser. Evc.
immo ego sum, et misere perditus,

quoi tanta mala maestitudoque optigit. Ly. animo bono es.

Evc. quó, opsecro, pacto esse possum? Ly. quia istuc
facinus quod tuom
sollicitat animum, id ego feci et fateor. Evc. quid ego ex
te audio?

5 Ly. id quod uerumst. Evc. quid ego <de te> demerui, 735
adulescens, mali,
quam ob rem ita faceres meque meosque perditum ires
liberos?

Ly. deu' mihi impulsor fuit, is me ad illam inlexit. Evc.
quo modo?

Ly. fateor peccauisse <me> et me culpam commeritum scio;
id adeo te oratum aduenio ut animo aequo ignoscas mihi.

10 Evc. cur id ausu's facere ut id quod non tuom esset tangeres? 740

Ly. quid uis fieri? factum est illud: fieri infectum non potest.
deos credo uoluisse; nam ni uellent, non fieret, scio.

Evc. at ego deos credo uoluisse ut apud me te in neruo
enicem.

Ly. ne istuc dixis. Evc. quid tibi ergo meam me inuito
tactios?

15 Ly. quia uini uitio atque amoris feci. Evc. homo audacis- 745
sume,

cum istacin te oratione huc ad me adire ausum, inprudens!
nam si istuc ius est ut tu istuc excusare possies,
luci claro deripiamus aurum matronis palam,

731 ego sum. Evc. immo ego sum miser et misere perditus *cod.*:
corr. Acidalius et miser et perditus *Scyfferit* 735 uersumst
cod. emerui *post lacunam cod*: de te *suppl. Camerarius*. dem. *scripsi*
(credo d. ed. ut int illectu difficile, praetermissum esse a scriba; iii. 4):
erga te commerui *Redslob* 738 me *add. Bentley* (iii 3) 743
me te *Pistoris*: te me *cod.* 748 luci claro *testatur Nonius* 210:
luce clara *cod.* (i 7) diripiamus *D*: diripiamus *codd. Nonii*

- postid si prehensi simus, excusemus ebrios
 750 nos fecisse amoris caussa. nimi' uilest uinum atque amor, 20
 si ebrio atque amanti inpune facere quod lubeat licet.
 Ly. quin tibi ultro supplicatum uenio ob stultitiam meam.
 Evc. non mi homines placent qui quando male fecerunt
 purigant.
 tu illam scibas non tuam esse : non attactam oportuit.
 755 Ly. ergo quia sum tangere ausus, hau causificor quin eam 25
 ego habeam potissimum. Evc. tun habeas me inuito meam ?
 Ly. hau te inuito postulo ; sed meam esse oportere arbitror.
 quin tu iam inuenies, inquam, meam illam esse oportere,
 Euclio.
 Evc. nisi refers—Ly. quid tibi ego referam? Evc. quod
 surrupuisti meum,
 760 iam quidem hercle te ad praetorem rapiam et tibi scribam 30
 dicam.
 Ly. surrupio ego tuom? unde? aut quid id est? Evc. ita
 te amabit Iuppiter,
 ut tu nescis. Ly. nisi quidem tu mihi quid quaeras dixeris.
 Evc. aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessu's
 mihi
 te apstulisse. Ly. neque edepol ego dixi neque feci. Evc.
 negas?
 765 Ly. pernego immo. nam neque ego aurum neque istaec 35
 aula quae siet
 scio nec noui. Evc. illam, ex Siluani luco quam apstu-
 leras, cedo.
 i, refer. dimidiam tecum potius partem diuidam.
 tam etsi fur mihi es, molestus non ero. i uero, refer.
 Ly. sanus tu non es qui furem me uoces. ego te, Euclio,

751 liet *corr.* licet *cod.* 753 purigant *Ritschl* : purgitant *cod.*
 (*cf.* *Cist.* 384 purgicans *pro* purigans) 758 iam *Brix* : eam *cod.*
 (*cf.* *v.* 782 iam *PE* *pro* eam ; *Amph.* 478 iam *DE* *pro* eam, etc.) illam
 meam *Bothe* 759, 760 *inverso ordine Acidalius* 761 surrupui
 PJ ambit *cod.* (vi. 1, p. 103)

- 40 dé alia re rescuuisse censui, quod ad me attinet ; 770
 magna est [res] quam ego tecum otiose, si otium est, cupio
 loqui.
 Evc. dic bona fide : tu id aurum non surrupuisti? Lv. bona.
 Evc. neque (eum) scis qui apstulerit? Lv. istuc quoque
 bona. Evc. atque id si scies
 qui apstulerit, mihi indicabis? Lv. faciam. Evc. neque
 partem tibi
 45 ab eo quoumst indipisces neque furem excipies? Lv. ita. 775
 Evc. id (si) fallis? Lv. tum me faciat quod uolt magnus
 Iuppiter.
 Evc. sat habeo. age nunc loquere quid uis. Lv. si me
 nouisti minus,
 genere quo sim gnatus : hic mihi est Megadorus aunculus,
 meu' fuit pater Antimachus, ego uocor Lyconides,
 50 mater est Eunomia. Evc. noui genu'. nunc quid uis? 780
 id uolo
 noscere. Lv. filiam ex te tú habes. Evc. immo éccillam domi.
 Lv. eam tu despondisti, opinor, meo aunculo. Evc. omnem
 rem tenes.
 Lv. is me nunc renuntiare repudium iussit tibi.
 Evc. repudium rebus paratis, exornatis nuptiis?
 55 ut illum di immortales omnes deaeque quantum est perduint, 785
 quem propter hodie auri tantum perdidisti infelix, miser.
 Lv. bono animo es, bene dice. nunc quae res tibi et
 gnatae tuae

771 res del. *Hare* vix m. rēst 773 neque scis qui abstulerit verba in v. 774 inter abstulerit et mihi detulit cod. (ii. 6): corr. *Camerarius* eum add. *Langen* 775 adeo *Nonius* 129, 293 cuiumst (quoumst) *Goetz*: cuiquam est cod. (i. 7): cui sit *codd. Nonii* 129, cuiuis (cuius) 293 indipisces *testatur Nonius* 129: indipiscis *codd. Nonii* 293: inde posces cod. excipies *testatur Nonius* 293 (-as *codd.*, sed 129 recte): expies cod. (iii. 10) 776 Id (si) *Valla*: Quid si *Camerarius* 779 pater fuit *Leo*, cui pater displicet 781 ex te fil. (?) *Leo* fort. (Euclio) Evc. (iii. 2) 782 vel opino 784 exornatis *codd. Nonii* 105: atque exornatis cod. (*idem error in Capt.* 658, *Bacch.* 1115, *Cist.* 205, *Curc.* 280, 351) 787 benedice *Pylades*: et benedice cod.

bene feliciterque uortat—ita di faxint, inquito.

Evc. ita di faciant. Lv. et mihi ita di faciant. audi
nunciam.

790 quí homo culpam admisit in se, nullust tam parui preti 60
quin pudeat, quin purget sese. nunc te optestor, Euclio,
ut si quid ego erga te inprudens peccaui aut gnatam tuam,
ut mi ignoscas eamque uxorem mihi des, ut leges iubent.
ego me iniuriam fecisse filiae fateor tuae

795 Cereris uigiliis per unum atque impulsu adulescentiae. 65
Evc. ei mihi, quód ego facinus ex te aúdio? Lv. cur eiulas,
quém ego auom feci iam ut esses filiai nuptiis?
nam tua gnata peperit, decumo mense post: numerum cape;
ea re repudium remisit aunculus caussa mea.

800 í intro, exquaere sitne ita ut ego praedico. Evc. perii oppido, 70
ita mihi ad malum malae res plurumae se adglutinant.
ibo intro, ut quid huius uerum sit sciam.—Lv. iam te sequor.
haec propemodum iam esse in uado salutis res uidetur.
nunc seruom esse ubi dicam meum †Strolum† non re-
perio;

805 nisi etiam hic opperiar tamen paullisper; postea intro 75
hunc supsequar. nunc interim spatium ei dabo exquirendi
meum factum ex gnatae pedisequa nutrice anu: ea rem
nouit.

ACTVS V

LYCONIDIS SERVVS

LYCONIDES

V. i

L. S. Di immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis!
quadrilibrem aulam aúro onustam hábeo. quis me est ditior?

791 quin pud. *cod.* (‡ *pro quum, antiqua forma, Journ. Phil.* 26. 289)
793 iubeant *cod.* (i. 9) 794 filiae fecisse *cod.*: *trai.*
Camerarius 796 quod facinus ex te ego *cod.*, *inuitato verborum*
ordine: corr. Guietus (sed ei mihi placet) vel ted 802 uerum *Bothe*:
ueri *cod.* (i. 9) 804 strobolum *B^s* 807 anu ea rem *Camerarius*:
anueram *cod.* (i. 6) 809 aulam quadrilibrem *Osbermus. Hiatum*
allitterationi acceptum refero

quis me Athenis nunc magi' quisquam est homo quoi di sint 810
propitii?

Ly. certo enim ego uocem hic loquentis modo mi audire
uisu' sum. L. S. hem,
5 erumne ego aspicio meum? Ly. uideon ego hunc seruom
meum?

L. S. ipus est. Ly. haud alius est. L. S. congregiar. Ly.
contollam gradum.

credo ego illum, út iussi, eampse anum adiisse, huius nutri- 814
cem uirginis. 815

L. S. quin ego illi me inuenisse dico hanc praedam atque
eloquor?

igitur orabo ut manu me emittat. ibo atque eloquar.
10 repperi—Ly. quid repperisti? L. S. non quod pueri clami-
tant

in faba se repperisse. Ly. iamne autem, ut soles? deludis.

L. S. ere, mane, eloquar iam, ausculta. Ly. age ergo loquere. 820

L. S. repperi hodie,
ere, diuitias nimias. Ly. ubinam? L. S. quadrilibrem, in-
quam, aulam auri plenam.

Ly. quod ego facinus audio ex te? L. S. Eúclioni huic
seni surrupui.

15 Ly. ubi id est aurum? L. S. in arca apud me. nunc uolo
me emitti manu.

Ly. egone te emittam manu,
scelerum cumulatissime?

825

L. S. abi, ere, scio quam rem geras.

lepide hercle animum tuom temptaui. iám ut eriperes
apparabas:

20 quid faceres, si repperissem? Ly. non potes probasse nugas.

811 mi *Wagner*: me *cod.*

812 uideo *cod.*

hunc *Brix*: hunc

strobilum *cod.*

813 alius *Pylades*: aliud *cod.*

816 illi me

Pylades: illum *cod.*

atque eloquar *cod.*: *secl. Ussing* (cf. 817)

817 iboque atque *cod.* (iv. 3)

822 *vel ted*

Eucl. (*del. L. S.*) hic

seni subripuit *Lco*

i, redde aurum. L. S. reddam ego aurum? Lv. redde,
 inquam, ut huic reddatur. L. S. unde?
 830 Lv. quod modo fassu's esse in arca. L. S. soleo hercle ego
 garrere nugas.
 ita loquor. Lv. át scin quo modo? L. S. uel hercle énica,
 numquam hinc ferēs a me

* * * *

(FRAGMENTA)

pro illis corcotis, strophiiis, sumptu uxorio. I
 ut admemordit hominem! II
 (Evc.) ego ecfodiebam in die denos scrobes. III
 (Evc.) nec noctu nec diu quietus umquam eram; nunc IV
 dormiam. V
 (L. S.) qui mi holera cruda ponunt, hallec adduint. V

(FRAGMENTA DVBIA)

quin mihi caperratam tuam frontem, Strobile, omittis? VI
 sed leno egreditur foras, VII
 hinc ex occulto sermonatus sublegam.

I *Nonius* 538 (strophium) II *Gellius* 6, 9, 6 (memordi) III
Nonius p. 225 scrobes) {ei} in (t) *Leo* IV *Nonius* 98 (diu pro
 die) V *Nonius* 120 (hallec genere neutro) adduint *Quicherat*:
 duint *codd.* VI *Varronis Eumen'dum* (134 *Buech. versus est. Sed*
utrum cum ex Plauti Aulularia an aliunde Varro mutuatus sit incertum
 VII *Nonius* 332 (legere surripere significat) sermone(-es) atus
 subl. *cod.*: *correx*i: sermonem eius sub. *Mercerus*

BACCHIDES

PERSONAE

PISTOCLERVS ADVLESCENS

BACCHIS } SORORES MERETRICES
BACCHIS }

LYDVS PAEDAGOGVS

CHRYVALVS SERVVS

NICOBVLVS SENEX

MNESILOCHVS ADVLESCENS

PHILOXENVS SENEX

PARASITVS

PVER

ARTAMO LORARIVS

CLEOMACHVS MILES

SCAENA ATHENIS

(FRAGMENTA ex Actu Primo)

quibus ingenium in animo utibilest, modicum et sine uerni-	I (IV C)
	litate
uincla, uirgae, molae : saeuitudo mala	II (V)
fit peior	
conuerrite * scopis, agite strenue	III (VI)
	ecquis euocat
5 cum nassiterna et cum aqua istum inpurissimum?	IV (VII)
sicut lacte lactis similest	V (VIII)
(BA.) illa mea cognominis fuit	VI (III)
(latro) suam qui auro uitam uenditat	VII (IX)
scio spiritum eius maiorem esse multo	VIII (X)
10 quam folles taurini habent, quom liquescunt petrae, ferrum ubi fit. (Quoiatis tibi uisust?) Praenestinum opino esse, ita erat gloriosus.	
neque (id) hau subditua gloria oppidum arbitror.	IX (XI)
(Pv.) nec a quocquam acciperes alio mercedem annuam,	X (XVII)
15 nisi ab sese, nec cum quiquam limares caput. limaces uiri	XI (XVIII)

I *Nonius* 342 (s. modicum) q. ignes in *codd.* *Charisius* 206 (mo-
dice) ingenium in animo utibile et modicum est II *Nonius* 172
(s. saeuitudo) III *Charisius* 219 (strenue) {aedis} *Ritschl* :
{istuc} (?) *Leo* IV *Festus* 169 (s. nassiterna) cum III coniungi
debet ; antecessit nomen serui quem euocat cf. *codd.* *Fulgentii* 563 effer
mnasiternam cum aqua foras V *Probus* 7, *Pompeius* 199 (lacte
testantes) sicut lacte lactis simile est (est om. *codd.* *Pomp.*) VI
Seruius ad. Aen. 6, 383 (cognominis) mea (mei) *codd.* VII *schol.*
Aen. 12, 7 (latro) VIII *servavit totum omissis quom* (v. 10) . . . fit
(v. 11) *Prisciani additamentum* I, 575 (cuius), v. 10, 11 quam . . . fit
schol. Verg. Georg. 4, 171, v. 12 *Nonius* 474 (s. opino) 10 habeant
codd. Prisc. 11 *suppl. Ritschl* 12 opino *testatur Nonius* IX
Donatus ad And. 1, 2, 34 (neque tu haud dicas) id *add. Ritschl ne*
neque et haud contra morem Plautinum iuxta stent X *Nonius* 334
(s. limare) necum quoquam acceperis alio (salio) *codd.* : *corr. Mercerus*
XI *Nonius* 333 (s. limare)

T. MACCI PLAVTI

xii (xiii)	cor meum, spes mea, mel meum, suauitudo, cibus, gaudium.	
xiii (xiv)	sine te amem	
xiv (xix)	Cupidon tecum saeuit anne Amor?	20
xv (1)	BA. Vlixem audiui fuisse aerumnosissimum, quia annos uiginti errans a patria afuit; uerum hic adulescens multo Vlixem anteit (fide), qui ilico errat intra muros ciuicos.	
xvi (ii)	quidquid est nomen sibi	25
xvii (xii)	(Pl.) quae sodalem atque me exercitos habet	
xviii (xx)	nam credo quouiis excantare cor potes.	
xix (xvi)	sin lenocinium forte conlibitum est tibi, uideas mercedis quid tibi est aequom dari, ne istac aetate me sectere gratiis.	30
xx (xv)	Arabus	

ACTVS I

I. i BACCHIS SOROR PISTOCLERVS

* * *

BA. Quid si hoc potis est ut tu taceas, ego loquar? So. 35
lepide, licet.

BA. ubi me fugiet memoria, ibi tu facito ut subuenias, soror.

So. pol magi' metuo ne defuerit mihi in monendo oratio.

BA. pol quoque metuo lusciniolae ne defuerit cantio.

xii *Nonius* 173 (s. suauitudo), *inter fr. II et Epid.* 609 xiii
Donatus ad Eunn. 4, 2 13 (amare) xiv *Nonius* 421 et *schol.*
Aen. 4, 194 saeuis *codd. Nonii*: sicut *codd. schol.* (ex seuit;
cu pro ui) fort te conseuit xv *Charisius* 201 (ilico) 22
ann *cod.* (i. e. -nos?, -nis?)
23 fide *add.* (?) *Leo* 24 q. (hic) *Ritschl* xvi *schol. Aen.* 10,
493 (quidquid) xvii *Charisius* 229 (atque), *Nonius* 6 (s. exer-
citus) xviii *Nonius* 102 (s. excantare) potest *codd.*; *schol. Verg.*
Buc. 8, 71 nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes xix
Charisius 200 (gratiis) 'fortasse serui iocantur vel prologus' *Leo*
xx *Charisius* 123 (Arabus) 35-80 praesto est T 35 tu *cod.*
Charisii 204: om. *cod.* 37 mihi in monendo ne defuerit oratio
cod.: *traï. Leo* 38 pol ego (p. e. quoque *P^{CD}*) m. *Reiz*

- sequere hac. PI. quid agunt duae germanae meretrices 5
cognomines?
- 40 quid in consilio consulistis? BA. bene. PI. pol hau
meretriciumst.
- BA. miserius nihil est quam mulier. PI. quid esse dicis
dignius?
- BA. haec ita me orat sibi qui caueat aliquem ut hominem
reperiam,
ut istunc militem—ut, ubi emeritum sibi sit, se reuehat
domum.
- id, amabo te, huic caueas. PI. quid isti caueam? BA. ut 10
reuehatur domum,
- 45 ubi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi;
nam si haec habeat aurum quod illi renumeret, faciat lubens.
- PI. ubi nunc is homost? BA. iam hic credo aderit. sed
hoc idem apud nos rectius
poteris agere; atque is dum ueniat sedens ibi opperibere.
eadem biberis, eadem dedero tibi ubi biberis sauium. 15
- 50 PI. uiscus meru' uostrast blanditia. BA. quid iam? PI.
quia enim intellego,
duae unum expetitis palumbem, perî, harundo alas uerberat.
non ego istuc facinus mihi, mulier, conducibile esse arbitror.
- BA. qui, amabo? PI. quia, Bacchis, Bacchas metuo et
bacchanal tuom.
- BA. quid est? quid metuis? ne tibi lectus malitiam apud 20
me suadeat?
- 55 PI. magis inlectumtuom quamlectum mctuo. mala tu es bestia.
nam huic aetati non conducit, mulier, latebrosus locus.
- BA. egomet, apud me si quid stulte facere cupias, prohibeam.
sed ego apud me te esse ob eam rem, miles quom ueniat, uolo,
quia, quom tu aderis, huic mihique hau faciet quisquam 25
iniuriam:

40 concilio *cod.* 41 dices *Leo* 43 istoch *cod.* ab istoc
milite *Ital.* se *Pylades*: seu *cod.* 45 reddiderit (?) *Leo*: dederit
Ital. 51 perî *elisa ult. vocali suspectum*: prope *Ritschl*

tu prohibebis, et eadem opera tuo sodali operam dabis ; 60
et ille adueniens tuam med esse amicam suspicabitur.

quid, amabo, optuicisti? PI. quia istaec lepida sunt me-
moratui :

eadem in usu atque ubi periculum facias aculeata sunt,
30 animum fodicant, bona destimulant, facta et famam sauciant.

So. quid ab hac metuis? PI. quid ego metuam, rogitas, 65
adulescens homo?

penetrare [me] huius modi in palaestram, ubi damnis
desudascitur?

ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus?

BA. lepide memoras. PI. ubi ego capiam pro machaera
turturem,

35 ubique imponat in manum alius mihi pro cestu cantharum,
pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis, 70

pro hasta talos, pro lorica malacum capiam pallium,

ubi mi pró equo lectus detur, scortum pro scuto accubet?

apage a me, apage. BA. ah, nimium ferus es. PI. mihi
sum. BA. malacissandus es.

40 equidem tibi do hanc operam. PI. ah, nimium pretiosa es
operaria.

BA. simulato me amare. PI. utrum égo istuc iócon adsi- 75
mulem an serio?

BA. heia, hoc agere meliust. miles quom huc adueniat,
te uolo

me amplexari. PI. quid eo mihi opust? BA. út ille te
uideat uolo.

scio quid ago. PI. et pol égo scio quid metuo. sed quid
ais? BA. quid est?

64 distimulant *P^{CD}* post 64 legitur v. 73, iterum suo loco (ii. 6, p. 103) 65 Et quid ab *B* (pro *E*, i. e. *SOROR*, quid; iv. 5) 66 me del. *Redslob* (*Berl. Phil. Woch.* 22, 554) penetrem me *Bothe* ubi demens *codd.* aliquot *Donati Phorm.* 3, 1, 20 69 *sect. Buecheler* 70 pectilis *B* 72 pro equo *Merula*: pr(a)eco *cod.* (v. 9 (3)) ac-cumbet *cod.* 73 cf. ad 64 ap. mea ap. *cod.* 74 at *P^{CD}* 76 quam *cod.* (v. 12) 77 quod *T*

- Pr. quid si apud te eueniát desubito prandium aut potatio 45
 80 forte aut cena, ut solet in istis fieri conciliabulis,
 ubi ego tum accumbam? BA. apud me, mi anime, ut
 lepidus cum lepida accubet.
 locus hic apud nos, quamuis subito uenias, semper liber est.
 ubi tu lepide uóles esse tibi, 'mea rosa,' mihi dicitó
 'dato qui bene sit': ego ubi bene sit tibi locum lepidum dabo. 50
 85 Pr. rapidus fluuius est hic, non hac temere transiri potest.
 BA. atque ecastor apud hunc fluuium áliquid perdundumst
 tibi.
 manum da et sequere. Pr. aha, minime. BA. quid ita?
 Pr. quia istoc inlecebrosius
 fieri nil potest: nox, mulier, uinum homini adulescentulo.
 BA. age igitur, equidem pol nihili facio nisi caussa tua. 55
 90 ill' quidem hanc abducet; tu nullus adfueris, si non lubet.
 Pr. sumne autem nihili qui nequeam ingenio moderari meo?
 BA. quid est quod metuas? Pr. nihil est, nugae. mulier,
 tibi me emancupo:
 tuo' sum, tibi dedo operam. BA. Lepidu's. nunc ego te
 facere hoc uolo.
 ego sorori meae cenam hodie dare uolo uiaticam: 60
 95 eo tibi argentum iubebo iam intus ecferrí foras;
 tu facito opsonatum nobis sit opulentum opsonium.
 Pr. ego opsonábo, nam id flagitium meum sit, mea te gratia
 et operam dare mi ét ad eam operam facere sumptum de tuo.
 BA. at ego nolo dare te quicquam. Pr. sine. BA. sino 65
 equidem, si lubet.
 100 propera, amabo. Pr. prius hic adero quam te amare de-
 sinam.—
 So. bene me accipies aduenientem, mea soror. BA. quid
 ita, opsecro?

79 eueniat *Camerarius*: ueniat *cod.* 81 accumbet *cod.* 90
 nullum *Brix*, cui ill' quid'em) hanc *displicet* 94 dari *PCD* 95
 eo *Hermann*: ego *cod.*, item *cod. Charisii* 201 (*cf. ego v. 94*) iubebo
cod. Char.: iubeo *cod.* 101 accipies *Bentley*: accipis *cod.*

So. quia piscatus meo quidem animo hic tibi hodie euenit
bonus.

BA. meus ille quidemst. tibi nunc operam dabo de Mne-
silocho, soror,
70 ut hic accipias potius aurum quam hinc eas cum milite.

So. cupio. BA. dabitur opera. aqua calet: eamus hinc 105
intro ut laues.

simul huic nescioquoi, turbare qui huc it, decedamus (hinc).
nám uti naui uecta's, credo, timida es. So. aliquantum,
soror.

BA. sequere hac igitur me intro in lectum ut sedes lassit-
tudinem.

ii

LYDVS PISTOCLERVS

LY. Iam dudum, Pistoclere, tacitus te sequor,
exspectans quas tu res hoc ornatu geras. 110

namque ita me dí ament, ut Lycurgus mihi quidem
uidetur posse hic ad nequitiam adducier.

5 quo nunc capessis ted hinc aduorsa uia
cum tanta pompa? PI. húc. LY. quid 'huc'? quis istic
habet?

PI. Amor, Voluptas, Venu', Venustas, Gaudium, 115
Iocu', Ludus, Sermo, Suauisauatio.

LY. quid tibi commercist cum dis damnosissimis?

10 PI. mali sunt homines qui bonis dicunt male;
tu dis nec recte dicis: non aequom facis.

LY. an deus est ullus Suauisauatio? 120

PI. an non putasti esse umquam? o Lyde, es barbarus;
quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem,
15 is stultior es barbaro poticio,

∨ 107 ante 106 in cod. (iv. 3) vel ut in n. 107 sed. Ritschl (cf.
ad 106) nescio qui cod. (i. 7 (5)) hinc add. Ritschl 108 lectu
Vahlen 110 expectans Weise: spectans cod. (v. 9, p. 70) 116
suauis sauatio hic et 120 cod. (i. 10) 123 is] i B²

qui tantus natu deorum nescis nomina.

- 125 Ly. non hic placet mi ornatus. Pi. nemo ergo tibi
haec apparauit : mihi paratum est quoi placet.
Ly. etiam me aduersus exordire argutias?
qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet. 20
Pi. non omnis aetas, Lyde, ludo conuenit.
- 130 magis unum in mentemst mihi nunc, satis ut commode
pro dignitate opsoni haec concuret coquos.
Ly. iam perdidisti té atque mé atque operam meam,
qui tibi nequiquam saepe monstraui bene. 25
Pi. ibidem égo meam operam perdidí, ubi tu tuam :
- 135 tua disciplina nec mihi prodest nec tibi.
Ly. o praeligatum pectus ! Pi. odiosus mihi es.
tace atque sequere, Lyde, me. Ly. illuc sis uide,
non paedagogum iam me, sed Lydum uocat. 30
Pi. non par uidetur neque sit consentaneum,
- 140 quom † haec intus † intus sit et cum amica accubet
quomque osculetur et conuiuiae alii accubent,
praesentibus illis paedagogus [una] ut siet. 35
Ly. an hoc ad eas res opsonatumst, opsecro ?
Pi. sperat quidem animu' : quó eueniat dis in manust.
- 145 Ly. tu amicam habebis ? Pi. quom uidebis, tum scies.
Ly. immo neque habebis neque sinám. ituru's do-
mum ?
Pi. omitte, Lyde, ac caue malo. Ly. quid ? 'caue malo' ?
Pi. iam excessit mi aetas ex magisterio tuo. 40
Ly. o barathrum, ubi nunc es ? ut ego te usurpem lubens !
- 150 uideo nimio iam multo plus quam uolueram ;
uixisse nimio satiust iam quam uiuere.
magistron quemquam discipulum minitarier ?

126 hoc *Merula* 130 mentest *cod.* (unde mente est *PCD*; cf. *Journ. Phil.* 26, 291) 140 in'us *semel B* cum *παις* intus sit et cum cum a. a. *Havet* : fort. quom *Hyacinthus* intus sit 142 una *del. Schmidt* 144 euenat *Bothe* 145 tunc *B* 146 ituru's *Bothe* : iturus sum *cod.* : i rusum *Ritschl* 150 *secl. Ritschl, sed cf. Weber (Philol.* 57, 231)

- 45 nil moror discipulos mi ess' iam plenos sanguinis :
ualens adffictat me uaciuom uirium.
Pi. fiam, ut ego opinor, Hercules, tu autem Linus. 155
Ly. pol metuo magi' ne Phoenix tuis factis fuam
teque ad patrem esse mortuom renuntiem.
- 50 Pi. satis historiarumst. Ly. hic uereri perdidit.
compendium edepol haud aetati optabile
fecisti quom istanc nactu's impudentiam. 160
occisus hic homo est. ecquid in mentem est tibi
patrem tibi esse? Pi. tibi ego an tu mihi seruos es?
- 55 Ly. peior magister te istaec docuit, non ego.
nimio es tu ad istas res discipulus docilior
quam ad illa quae te docui, ubi operam perdididi. 165
edepol fecisti furtum in aetatem malum
quom istaec flagitia me celauisti et patrem.
- 60 Pi. istactenu' tibi, Lyde, libertas datat
orationis. satis est. sequere hac me ac tace.—

ACTVS II

- Ch. Erilis patria, salue, quam ego biennio, 170
postquam hinc in Ephesum abiui, conspicio lubens.
saluto te, uicine Apollo, qui aedibus
propinquos nostris accolis, ueneroque te
5 ne Nicobulum me sinas nostrum senem
priu' conuenire quam sodalem uiderim 175
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistulam
Mnesilochus misit super amica Bacchide.

153 iam *del. Ritschl, cui ess' displicet* 155 utet (*pro utei?*) *PCD*
vix uti ego opino 162 aut tu *B* 164 dociliter *Charisius* 208, 7
 166, 167 *post* 168, 169 *in cod., sed in marg. archetypi vero ordine*
ascripti sunt (ii. 6) 169 hac me *Bothe: me hac cod.* 171 abii *cod.*

PISTOCLERVS CHRYSALVS

ii

- PI. Mirumst me ut redeam te opere tanto quaesere,
 180 qui abire hinc nullo pacto possim, si uelim :
 ita me uadatum amore uinctumque attines.
 CH. pro di immortales, Pistoclerum conspikor.
 o Pistoclere, salue. PI. salue, Chrysale. 5
 CH. compendi uerba multa iam faciam tibi.
 185 uenire tu me gaudes : ego credo tibi ;
 hospitium et cenam pollicere, ut conuenit
 peregre aduenienti : ego autem uenturum adnuo.
 salutem tibi ab sodali solidam nuntio : 10
 rogabis me ubi sit : uiuit. PI. Nemp' recte ualet ?
 190 CH. istuc uolebam ego ex te percontarier.
 PI. qui scire possum ? CH. nullus plus. PI. quemnam
 ad modum ?
 CH. quia si illa inuenta est quam ille amat, recte ualet ;
 si non inuenta est, minu' ualet moribundu'que est. 15
 animast amica amanti : sí abest, nullus est ;
 195 si adest, res nullast : ipse est—nequam et miser.
 sed tu quid factitasti mandatis super ?
 PI. egon ut, quod ab illoc attigisset nuntius,
 non impetratum id aduenienti ei redderem ? 20
 regiones colere mauellem, Accherunticas.
 200 CH. eho, an inuenisti Bacchidem ? PI. Samiam quidem.
 CH. uide quaeso ne quis tractet illam indiligens ;
 scis tu ut confringi uas cito Samium solet.
 PI. iamne ut soles ? CH. dic ubi ea nunc est, opsecro. 25
 PI. hic, exeuntem me unde aspexisti modo.
 205 CH. ut istuc est lepidum ! proxumae uiciniae
 habitat. ecquidnam meminit Mnesilochi ? PI. rogas ?
 immo unice unum plurumi pendit. CH. papae !

192 recte ualet *Bothe* : [uiuit] recte [et] ualet *cod.* (iv. 1) : uiuit ualet
Ritschl (*var. lect. antiqua* ?) 207 plurimique *codd.* *Charisii* 223

- 30 PI. immo ut eam credis? misera amans desiderat.
 CH. scitum istuc. PI. immo, Chrysale, em, non tantulum
 umquam intermittit tempus quin eum nominet. 210
 CH. tanto hercle melior. PI. immo—CH. immo hercle
 abiero
 potius. PI. num inuitus rem bene gestam audis eri?
 35 CH. non res, sed actor mihi cor odio sauciat.
 etiam Epidicum, quam ego fabulam aequae ac me ipsum
 amo,
 nullam aequae inuitus specto, si agit Pellio. 215
 sed Bacchis etiam fortis tibi uisast? PI. rogas?
 ni nanctus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem.
 40 CH. edepol, Mnesiloche, ut hanc rem natam [esse] intellego,
 quod ames paratumst: quod des inuentost opus.
 nam istoc fortasse aurost opu'. PI. Philippeo quidem. 220
 CH. atque eo fortasse iam opust. PI. immo etiam prius:
 nam iam huc adueniet miles—CH. et miles quidem?
 45 PI. qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit.
 CH. ueniat quando uolt, atque ita ne mihi sit morae.
 domist: non metuo nec quouquam supplico, 225
 dum quidem hoc ualebit pectus perfidia meum.
 abi intro, ego hic curabo. tu intus dicit
 50 Mnesilochum adesse Bacchidi. PI. faciam ut iubes. —
 CH. negotium hoc ad me attinet aurarium.
 mille et ducentos Philippum attulimus aureos 230
 Epheso, quos hospes debuit nostro seni.
 inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
 55 unde aurum efciam amanti erili filio.
 sed fori' concrepuit nostra: quinam exit foras?

208 eam *Acidalius*: eum *cod.* 211 melior *Bentley*: melior *bachis*
cod. ('nomen ascriptum ut recte intellegeretur locutio,' *Leo*) 213 res
Bothe: erus *cod.* 218 esse *del. Bentley* 220 aurost . . . Philippo
Brugmann, Langen (Beitr. 86): aurum est . . . filippeo *cod.* 223
 exiget *Bothe* 225 nec (ego) q. *Bothe, Leo, quibus* quouquam *trisyll.*
displicet 230 Philippum *Bentley*: philippos *cod.*

NICOBVLVS CHRYSALVS

iii

- 235 NI. Ibo in Piraeum, uisam ecquaen aduenerit
in portum ex Epheso nauis mercatoria.
nam meu' fornidat animus, nostrum tam diu
ibi desiderare neque redire filium.
CH. extexam ego illum pulchre iam, si di uolunt. 5
- 240 hau dormitandumst: opus est chryso Chrysalo.
adibo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic arietem
Phrixi, itaque tondebo auro usque ad uiuam cutem.
seruos salutat Nicobulum Chrysalus.
NI. pro di immortales, Chrysale, ubi mist filius? 10
- 245 CH. quin tu salutem primum reddis quam dedi?
NI. salue. sed ubinamst Mnesilochus? CH. uiuit, ualet.
NI. uenitne? CH. uenit. NI. euax, aspersisti aquam.
benene usque ualuit? CH. pancratice atque athleticce.
NI. quid hoc? qua causa eum (hinc) in Ephesum miseram, 15
- 250 accepitne aurum ab hospite Archidemide?
CH. heu, cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur,
istius hominis ubi fit quaque mentio.
tun hospitem illum nominas hostem tuom?
NI. quid ita, opsecro hercle? CH. quia edepol certo scio, 20
- 255 Volcanus, Luna, Sol, Dies, di quattuor,
scelestiorem nullum inluxere alterum.
NI. quamne Archidemidem? CH. quam, inquam, Archi-
demidem.
NI. quid fecit? CH. quid non fecit? quin tu id me rogas?
primumdum infitias ire coepit filio, 25
- 260 negare se debere tibi triobulum.
continuo antiquom | hospitem nostrum sibi

235 ecquae *cod.* 242 phrix *cod.* (*seq.* i) 243 salutet *corr.* -at
cod. 245 salutem primum *Bothe*: primum salutem *cod.* 249
hinc *add. Camerarius* 252 quomque *Lambinus* 255 luna
sol *Guietus*: sol luna *cod.* di] diei *cod.* (*antiqua forma*) 261
antiquom (tum) *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 384)

- Mnesilochus aduocauit, Pelagonem senem ;
 eo praésente homini extemplo ostendit symbolum,
 30 quem tute dederas, ad eum ut ferret, filio.
 NI. quid ubi ei ostendit symbolum? CH. infit dicere 265
 adulterinum et non eum esse symbolum.
 quotque innocenti ei dixit contumelias !
 adulterare eum aibat rebus ceteris.
 35 NI. habetin aurum? id mihi dici uolo.
 CH. postquam quidem praétor recuperatores dedit, 270
 damnatus demum, ui coactus reddidit
 ducentos et mill' Philippum. NI. tantum debuit.
 CH. porro etiam ausculta pugnam quam uoluit dare.
 40 NI. etiamnest quid porro? CH. em, accipitrina haec nunc
 erit.
 NI. deceptus sum, Autolyco hospiti aurum credidi. 275
 CH. quin tu audi. NI. immo ingenium auidi haud perno-
 ram hospitis.
 CH. postquam aurum apstulimus, in nauem conscendimus
 domum cupientes. forte ut ad sedi in stega,
 45 dum circumspecto, átque ego lembum conspicio
 longum, strigorem maleficum exornarier. 280
 NI. perii hercle, lembus ille mihi laedit latus.
 CH. is erat commūnis cum hospite et praedonibus.
 NI. adeon me fuisse fungum ut qui illi crederem,
 50 quom mi ipsum nomen eiuis Archidemides
 clamaret dempturum esse, si quid crederem? 285
 CH. is nostrae nauis lembus insidias dabat.
 occepi ego opseruare eos quam rem gerant.
 interea e portu nostra nauis soluitur.
 55 ubi portu eximus, homines remigio sequi,

269 habetin (annon) (?) *Leo* 272 mille et ducentos *Parvus*
 275 Autolyco *Scutarius*: auilico *cod.* (*I pro T*) 276 ing. audi *pro-*
nuitiandum 278 domi *Ritschl*: domum *cod.* (*cf.* domum *pro*
 domi *Amph.* 187, *Trin.* 841) 279 circumspecto (me) *Ritschl*
 284 archidemidis *cod.* 286 lembus nostrae nauis *cod.*: *trai. Pylades*

- 290 neque aues neque uenti citius. quoniam sentio
 quae res gereretur, nauem extemplo statuimus.
 quoniam uident nos stare, occeperunt ratem
 tardare in portu. NI. édepol mortalis malos!
 quid denique agitis? CH. rusum in portum recipimus. 60
- 295 NI. sapienter factum a uobis. quid illi postea?
 CH. reuorsionem ad terram faciunt uesperii.
 NI. aurum hercle auferre uoluere: ei rei operam dabant.
 CH. non me fefellit, sensi, eo exanimatus fui.
 quoniam uidemus auro insidias fieri, 65
- 300 capimus consilium continuo; postridie
 auferimus aurum omne (illim) illis praesentibus,
 palam atque aperte, ut illi id factum sciscerent.
 NI. scite hercle. cedo quid illi? CH. tristes ilico,
 quom extemplo a portu ire nos cum auro uident, 70
- 305 subducunt lembum capitibus quassantibus.
 nos apud Theotimum omne aurum deposuimus,
 qui illic sacerdos est Dianai Ephesiae.
 NI. quis istíc Theotimum? CH. Megalobuli filius,
 qui nunc in Ephesost Ephesiis carissimus. 75
- 310 NI. ne ille hercle mihi sit multo tanto carior,
 si me illoc auro tanto circumduxerit.
 CH. quin in eapse aede Dianai conditumst;
 ibidem publicitus seruant. NI. occidisti' me;
 nimio hic priuatim seruaretur rectius. 80
- 315 sed nilne (huc) attulistis inde auri domum?
 CH. immo etiam. uerum quantum attulerit nescio.
 NI. quid? nescis? CH. quia Mnesilochus noctu clanculum
 deuenit ad Theotimum, nec mihi credere

293 tardare *Haupt*: turbare *cod.* 299 uidimus *cod.* 301
 illim *add. Ritschl* 304 quoniam C (illi) ire *Mueller (Rhein.*
Mus. 54, 384): abire *Pradel de praep.* p. 552, nam quom | ext.
displicet nec minus extempulo 305 cass. *Ritschl* 308 quis
Brunck: qui *cod.* (cf. 309) 311 *vel* med illo (-o *cod.*) 312 ipsa
cod. 315 huc *add. Hermann*: mi *add. Pradel de praep.* p. 553

- 85 nec quouiquam in naui uoluit : eo ego nescio
 quantillum attulerit ; uerum hau permultum attulit. 320
 NI. etiam dimidium censes ? CH. non edepol scio ;
 uerum haud opinor. NI. fertne partem tertiam ?
 CH. non hercle opinor ; uerum uerum nescio.
- 90 profecto de auro nil scio nisi nescio.
 nunc tibimet illuc naui capiundumst iter, 325
 ut illud reportes aurum ab Theotimo domum.
 atque heus tu. NI. quid uis ? CH. anulum gnati tui
 facito ut memineris ferre. NI. quid opust anulo ?
- 95 CH. quia id signumst cum Theotimo, qui eum illi adferet,
 ei aurum ut reddat. NI. meminero, et recte mones. 330
 sed istic Theotimus diuesne est ? CH. etiam rogas ?
 qui habeat auro soccis subpactum solum ?
 NI. cur ita fastidit ? CH. tantas diuitias habet ;
- 100 nescit quid faciat auro. NI. mihi dederit uelim.
 sed qui praesente id aurum Theotimo datumst ? 335
 CH. populo praesente : nullust Ephesi quin sciat.
 NI. istuc sapienter saltem fecit filius,
 quom diuiti homini id aurum seruandum dedit ;
- 105 ab eo licebit quamuis subito sumere.
 CH. immo em tantisper numquam te morabitur 340
 quin habeas illud quo die illuc uenefis.
 NI. censebam me ecfugisse a uita marituma,
 ne nauigarem tandem hoc aetatis senex ;
- 110 id mi haud utrum uelim licere intellego :
 ita bellus hospes fecit Archidemides. 345
 ubi nunc est ergo meu' Mnesilochus filius ?
 CH. deos atque amicos iit salutatum ad forum.
 NI. at ego hinc ad illum, ut conueniam quantum potest.—

320 quantillum *Pylades* : quantulum *cod.* (*cf. ad 705*) 322, 323
vel opino 329 adfert *corr.* -feret *cod.* 331 diuesne (= disne ?)
 est istic Th. *cod.* : *tra.* *Bothe* 332 qui auro habeat *cod.* : quin h. a.
Bothe habebat *Spengel* 333 NI. cur ? CH. ita fastidit, tantas (?) *Leo*
 348 (eo) ad *Ritschl* conueniam *Ritschl*

- CH. ille est oneratus recte et plus iusto uehit. 115
 350 exorsa haec tela non male omnino mihi est :
 ut amantem erilem copem facerem filium,
 ita feci ut auri quantum uellet sumeret,
 quantum autem lubeat reddere ut reddat patri.
 senex in Ephesum (hinc) ibit aurum arcessere, 120
 355 hic nostra agetur aetas in malacum modum,
 siquidem hic relinquet neque secum abducet senex
 med et Mnesilochum. quas ego hic turbas dabo !
 sed quid futurumst, quom hoc senex rescuerit,
 quom se excucurrisse illuc frustra sciuerit 125
 360 nosque aurum abusos? quid mihi fiet postea?
 credo hercle adueniens nomen mutabit mihi
 facietque extemplo Crucisalum me ex Chrysalo.
 aufugero hercle, si magis usus uenerit.
 si ero reprehensus, macto ego illum infortunio : 130
 365 si illi sunt uirgae ruri, at mihi tergum domist.
 nunc ibo, erili filio hanc fabricam dabo
 super auro amicaque eius inuenta Bacchide.—

ACTVS III

LYDVS

III. i

- LY. Pandite atque aperite propere ianuam hanc Orci, op-
 secro.
 nam equidem haud aliter esse duco, quippe qui nemo aduenit,
 370 nisi quem spes reliquere omnes esse ut frugi possiet.
 Bacchides non Bacchides, sed Bacchae sunt acerrumae.
 apage istas a me sorores, quae hominum sorbent sanguinem. 5
 omnis ad perniciem instructa domus opime atque opipare.
 quae ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.

354 hinc *add. Camerarius* 362 *pronuntiandum ex Crusalo*
 366 fil. eius h. *cod. (sed corr. in B) (cf. 367)* 369 quo *Lambinus*
 373 *opiparest Ritschl*

- egone ut haec conclusa gestem clanculum? ut celem patrem, 375
 Pistoclere, tua flagitia aut damna aut desidiabula?
 10 [quibu' patrem et me teque amicosque omnis adfectas tuos
 ad probrum, damnum, flagitium appellere una et perdere.]
 neque mei neque te tui intus puditumst factis quae facis,
 quibu' tuom patrem meque una, amicos, adfinis tuos 380
 tua infámia fecisti gerulifigulos flagiti.
 15 nunc priu' quam malum istoc addis, certumst iam dicam patri,
 de me hanc culpam demolibor iam et seni faciam palam,
 uti eum éx lutulento caeno propere hinc eliciat foras.—

ii

M NESILOCHVS

- MN. Multimodis meditatus egomet mecum sum, et ita esse 385
 arbitrator:
 homini amico, qui est amicus ita uti nomen possidet,
 nisi deos ei nil praestare; id opera expertus sum esse ita.
 nám ut in Ephesum hinc abii (hoc factumst ferme abhinc
 biennium)
 5 ex Epheso huc ad Pistoclerum meum sodalem litteras
 misi, amicam ut mi inueniret Bacchidem. illum intellego 390
 inuenisse, ut seruos meu' mi nuntiauit Chrysalus.
 condigne is quam techinam de auro aduorsum meum fecit
 patrem,
 ut mi amanti copia esset. [sed eccum uideo incedere.]
 10 nam pol quidem meo animo ingrato hómine nihil impensiust;
 malefactorem amitti satius quam relinqui beneficium; 395
 nimio impendiosum praestat te quam ingratum dicier:

376 dispoliabula *cod. Nonii* 75 377-8 *dittographia versuum*
 379 81 *esse videntur* 377 *med aequae (?) Leo affectas testatur*
Nonius: adflictas *cod.* 382 *di tographiam esse v.* 383 *dixit Bergk*
 384 *ut cod.* eumⁿ gnatum *Ritschl* 385 *multis modis cod.* 387
 ita esse *B* 389 *sodalem meum cod. : trai. Camerarius* 393 *sed*
 . . . incedere *secl. Leo, ut 'signum cantici olim ab aliquo in brevius*
contracti.' *Credo vv.* 392, 393 *diorthotae esse* 394 *meo quidem*
Bothe 395 *vel satiust* *beneficium cod.* 396 *praestat impendio-*
sum cod. : trai. Hermann

illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali.
 qua me caussa magi' cum cura esse aequom, obuigilatost opus.
 nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc certamen cer- 15
 nitur

400 sisne necne ut esse oportet, malu', bonus quouiis modi,
 iustus iniustus, malignus largus, comincommodus.
 caue sis te superare seruom siris faciundo bene.
 utut eris, moneo, hau celabis. sed eccos uideo incedere
 patrem sodalis et magistrum. hinc auscultabo quam rem 20
 agant.

LYDVS PHILOXENVS MNESILOCHVS iii

405 LY. Nunc expériar sitne aceto tibi cor acre in pectore.
 sequere. PH. quo sequar? quo ducis nunc me? LY. ad
 illam quae tuom
 perdidit, pessum dedit tibi filium unice unicum.
 PH. heia, Lyde, leniter qui saeuíunt sapiunt magis.
 minu' mirandumst illaec aetas si quid illorum facit 5
 410 quam si non faciat. feci ego istaec itidem in adulescentia.
 LY. ei mihi, ei mihi, istaec illum perdidit adsentatio.
 nam apsqe té esset, ego illum haberem rectum ad ingenium
 bonum :
 nunc propter te tuamque prauos factus est fiduciam
 Pistoclerus. MN. di immortales, meum sodalem hic no- 10
 minat.

415 quid hoc negoti est Pistoclerum Lydus quod erum tam ciet? PH. paullisper, Lyde, est lubido hómini suo animo opsequi ;
 iam aderit tempus quom sese etiam ipse oderit. morem geras ;

397 fort. bóni laudabunt hunc *Ald.* : hoc *cod.* 398 cum
Ital. : eum *cod.* aequom *Bothe* : ea cum *cod.* 399 nun ce. *cod.*
 400 quouiis *Luchs* : qua cuius *cod.* 401 comis incommodus *Bugge*
 402 serum *cod.* (*i. e.* -uum) 404 displicet patrē. *An iambicus*
versus est? 405 experior *B* aceto *Lambinus* : acetum *cod.*
 (*i. 3*) 407 unice *Bothe* : uni *cod.* 417 fort. q. e. ipsus sese, *nam*
et forma ipse et collocatio pron. reflexivi displicent

- dum caueatur praeter aequom ne quid delinquat, sine.
- 15 *Ly.* non sino, neque equidem illum me uiuo corrumpi sinam.
 sed tu, qui pro tam corrupto dicis caussam filio, 420
 eademne erat haec disciplina tibi, quom tu adulescens eras?
 nego tibi hoc annis uiginti fuisse primis copiae,
 digitum longe a paedagogo pedem ut ecerres aedibus.
- 20 ante solem exorientem nisi in palaestram ueneras,
 gymnasi praefecto | hau mediocris poenas penderes. 425
 id quoi optigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum :
 et discipulus et magister perhibebantur inprobi.
 ibi cursu, luctando, hásta, disco, pugilatu, pila,
- 25 saliendo sese exercebant magi' quam scorto aut sauuis :
 ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis. 430
 inde de hippodromo et palaestra úbi reuenisses domum,
 cincticulo praecinctus in sella apud magistrum adsideres :
 quom librum legeres, si | unam peccauisses syllabam,
- 30 fieret corium tam maculosum quam est nutricis pallium.
MN. propter me haec nunc meo sodali dici discrucior miser ; 435
 innocens suspicionem hanc sustinet caussa mea.
PH. alii, *Lyde*, nunc sunt mores. *Ly.* id equidem ego
 certo scio.
- nam olim populi prius honorem capiebat suffragio
 35 quam magistro desinebat esse dicto oboediens ;
 at nunc, priu' quam septuennis est, si attingas eum manu, 440
 extemplo puer paedagogo tabula dirrumpit caput.
 quom patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater :
 'noster esto, dum te poteris defensare iniuria.'
- 40 prouocatur paedagogus : 'eho senex minimi preti,
 ne attigas puerum istac caussa, quando fecit strenue.' 445
 it magister quasi lucerna úncto expretus linteo.

422 hoc *Merula* : hec (haec) *cod.* (e pro o) 425 *fort.* praefecto
 <tu> poenas haud mediocris *Ritschl* 426 quom *Bothe* 426,
 427 sunt qui post v. 423 ponant 428 disco, hasta *Hermann.* ut
 in diaeresi hiatus sit 433 cum libro ; cum le. *Leo* si in una p.
 syllaba *Bergk* peccauisset *cod.* (corr. B²) 438 capiebant *cod.*
 445 attigas *testatur Nonius* 75 : adtingas *cod.* (i, p. 27)

itur illinc iure dicto. hócine hic pacto potest
inhibere imperium magister, si ipsus primus uapulet?

MN. acris postulatio haec est. quom huius dicta intellego, 45
450 mira sunt ni Pistoclerus Lydum pugnis contudit.

LV. sed quis hic est quem astantem uideo ante ostium?
o Philoxene,

deos propitios me uidere quam illum (hau) mauellem mihi.

PH. quis illic est? LV. Mnesilochus, gnati tui sodalis
Pistocleri.

hau consimili ingenio atque ille est qui in lupanari accubat. 50
455 fortunatum Nicobulum, qui illum produxit sibi!

PH. saluos sis, Mnesiloche, saluom te aduenire gaudeo.

MN. di te ament, Philoxene. LV. hic enim rite productust
patri:

in mare it, rem familiarem curat, custodit domum,
opsequens oboediensque est mori atque imperiis patris. 55

460 hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit;
triduom non interest aetatis uter maior siet:

uerum ingenium plus triginta ánnis maiust quam alteri.

PH. caue malum et compece in illum dicere iniuste. LV.
tace,
stultus es qui illi male aegre patere dici qui facit. 60

465 nam illum meum malum promptare malim quam peculium.

PH. quidum? LV. quia, malum si promptet, in dies faciat
minus.

MN. quid sodalem meum castigas, Lyde, discipulum tuom?

LV. periit tibi sodalis. MN. ne di sirint. LV. sic est ut
loquor.

quin ego quom peribat uidi, non ex audito arguo. 65

447 post v. 446 versus excidisse videtur (si in potest desiit, propter
homocoteleuton) 448 uapulat Langen 452 haud add. Hermann
453 Octonarius suspectus vix Pistocli: pol hic quidem Goetz 458
it tal.: ut cod. 459 more cod. 462 triginta (huic) Ritschl
463 malo Scaliger: malum cod. (i. 3) comperce (?) Paul. Fest. 60
464 vel illic 465, 466 delevit Guietus

- MN. quid factum est? LY. meretricem indigne deperit. 470
 MN. non tu taces?
 LY. atque acerrume aestuosam: apsorbet ubi quemque at-
 tigit.
 MN. ubi eá mulier habitat? LY. hic. MN. unde eam esse
 aiunt? LY. ex Samo.
 MN. quae uocatur? LY. Bacchis. MN. erras, Lyde: ego
 omnem rem scio
 70 quem ad modumst. tu Pistoclerum falso atque insontem
 arguis.
 nam ille amico et beneuolenti suo sodali sedulo 475
 rem mandatam exsequitur. ipse neque amat nec tu creduas.
 LY. itane oportet rem mandatam gerere amici sedulo,
 ut ipse osculantem in gremio mulierem teneat sedens?
 75 nullon pacto res mandata potest agi, nisi identidem
 manus ferat t'ad papillas†, labra a labris nusquam auferat? 480
 nám alia memorare quae illum facere uidi dispudet:
 quom manum sub uestimenta ad corpus tetulit Bacchidi
 me praesente, neque pudere quicquam. quid uerbis opust?
 80 mihi discipulus, tibi sodalis periit, huic filius;
 nám ego illum periisse dico quoi quidem periit pudor. 485
 quid opust uerbis? si opperiri uellem paullisper modo,
 ut opino, illius inspectandi mi esset maior copia,
 plus uiderem quam deceret, quam me atque illo aequom
 foret.
 85 MN. perdidisti me, sodalis. egone ut illam mulierem
 capitis non perdam? perire me malis malim modis. 490
 satin ut quem tu habeas fidelem tibi aut quoi credas nescias?
 LY. uiden ut aegre patitur gnatum esse corruptum tuom,

471 aestuosam *Leo*: aestuose *cod.* (i. 10) queque (i. e. quaeque?)
PCD 472 esse eam *Guietus* 476 incipit *A* ne tu *A*
 478 ipsius *PCD* auscultantem in gremio *A* 479 nullo *A*
 480 f(erant) *A*: ferat (ei) *Leo* pāpillas *vix ferendum neque magis*
 labra ā ad pap. man. fer. *Weise* 482 manu *A* 487
 opinor *codd.* 488 uidissem *P* liceret *A* 489 ut om. *P*

suom sodalem, ut ipso sese cruciat aegritudine?

PH. Mnesiloche, hoc tecum oro ut illius animum atque 90
ingenium regas ;

495 serua tibi sodalem ét mihi filium. MN. factum uolo.

LY. melius multo, me quoque una si cum illoc reliqueris.

PH. adfatim est. Mnesiloche, cura, i, concastiga hominem
probe,

qui dedecorat te, me, amicum atque alios flagitiis suis.

in te ego hoc onus omne impono. Lyde, sequere hac me. 95

LY. sequor.—

MNESILOCHVS

iv

500 MN. Inimiciorem nunc utrum credam magis
sodalemne esse an Bacchidem incertum admodumst.

illum exoptauit potius? habeat. optumest.

ne illa illud hercle cum malo fecit suo ;

nam mihi diuini numquam quisquam creduat,

5

505 ni ego illam exemplis plurumis planeque—amo.

ego faxo hau dicet nactam quem derideat.

nam iam domum ibo atque—aliquid surrupiam patri.

507^a id istí dabo. ego istanc multis ulciscar modis.

adeo égo illam cogam usque ut mendicet—meu' pater.

10

sed satine ego animum mente sincera gero,

510 qui ad hunc modum haec hic quae futura fabulor?

amo hercle opino, ut pote quod pro certo sciam.

uerum quam illa umquam de mea pecunia

ramenta fiat plumea propensior,

15

mendicum malim mendicando uincere.

495 mihi] mihimet *Niemeyer* 496 hoc A : illo P melius esset
me quoque una si cum illo relinqueres P 497 est om. A (Ly.)
Mnes. *Hermann* i an t incert. A : et P (pro ei?) 498 amicos P
499 post 495 P ergo P inpone P 500 Immitiorem P
502 optumum est A (cf. *Journ. Phil.* 26, 287) 503 ni A illud]
id A suo A : meo corr. suo P (p. 109) 506 deluderet A
507, 508 om. aliquid . . . usque A (propter homocotel. atque et usque)
(iii, 11) 507^a vel istic d. 511 opinor *codd.* 513 plumbea
codd. Nonii 222

- numquam edepol uiua me inridebit. nam mihi
 decretumst renumerare iam omne aurum patri.
 igitur mi inani atque inopi subblandibitur
 20 tum quom mihi nihilo pluris [blandiri] referet,
 quam si ad sepulcrum mortuo narret logos.
 sed autem quam illa umquam meis opulentiis
 ramenta fiat grauior aut propensior,
 mori me malim | excruciatum | inopia. 519^a
 519^b
 519^c
 25 profecto stabilest me patri aurum reddere. 520
 eadem exorabo Chrysalo caussa mea
 pater ne noceat neu quid ei suscenseat
 mea caussa de auro quod eum ludificatus est ;
 nam illi aequomst me consulere, qui caussa mea
 30 mendacium ei dixit. uos me sequimini.— 525

v

PISTOCLERVS

PI. Rebus aliis anteuortar, Bacchis, quae mandas mihi :
 Mnesilochum ut requiram atque ut eum mecum ad te ad-
 ducam simul.
 nam illud animus meu' miratur, si a me tetigit nuntius,
 quid remoretur. ibo ut uisam huc ad eum, si forte est domi.

vi

MNESILOCHVS PISTOCLERVS

- MN. Reddidi patri | omne aurum. nunc ego illam me uelim 530
 conuenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.
 sed ueniam mi quam grauate pater dedit de Chrysalo !
 uerum postremo impetraui ut ne quid ei suscenseat.
 5 PI. estne hic meu' sodalis? MN. estne hic hostis quem
 aspicio meus ?

518 tum quom nihilo pluris mihi blandiri refert *A* : tum quom
 blandiri nihilo pluris referet *Niemeyer, Brachmann* 519 dicat
 iocum *P* 519 a-c om. *A* (*dittograph.*?) 519 c moriri malim
 med *Bothe* 522 eo *A* 524 ei *A* 525 ei om. *P* 528
 nam] nunc *A* a me] iam *A* (*pracc.* i) 529 remoratur *P* ut]
 et *P* 530 (meo) omne *Ritschl* ergo n. ego *Schoell* ego om. *A*

- 535 *Pi.* certe is est. *Mn.* is est. adibo contra et contollam
gradum.
Pi. saluos sis, *Mnesiloche.* *Mn.* salue. *Pi.* saluos quom
peregre aduenis,
cena detur. *Mn.* non placet mi cena quae bilem mouet.
Pi. numquae aduenienti aegritudo obiecta est? *Mn.* atque
acerruma.
Pi. unde? *Mn.* ab homine quem mi amicum esse arbi- 10
tratus sum antidhac.
- 540 *Pi.* multi more isto atque exemplo uiuont, quos quom censeas
esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis,
lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.
nullus est quoi non inuideant rem secundam optingere;
sibi ne inuideatur, ipsi ignauis recte cauent. 15
- 545 *Mn.* edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes.
sed etiam unum hoc: ex ingenio malo malum inueniunt suo:
nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnis habent.
atque i se quom frustrant, frustrari alios stolidi existumant.
sicut est hic quem esse amicum ratu' sum atque ipse sum 20
mihi:
- 550 ille, quod in se fuit, accuratum habuit quod posset mali
faceret in me, inconciliaret copias omnis meas.
Pi. improbum istunc esse oportet hominem. *Mn.* ego ita
esse arbitror.
Pi. opsecro hercle loquere, quis is est. *Mn.* beneuolens
uiuuit tibi.
nam ni ita esset, tecum orarem ut ei quod posses mali 25
555 facere faceres. *Pi.* dic modo hominem qui sit: si non fecero

535 (*Pi.*) adibo *Acidalius* tollam *P* 538 aegritudo adue-
nienti *A* acerrume *P* 540-51 *om.* *A* 'in quibusdam non
ferunt' *Chavisius*, p. 205 (*ad v.* 545) 541 falsi *Pius*: falsis *cod.*
542 sublesta *Merula*: subuesta (subuersa *B*²) *cod.* 543 qui non
inuideat *cod.*: *corr.* *Scaliger* 544 sibimet ne *Bothe*, cui hiatus displicet
ignauia *Hermann* 548 hi *P*^{CD} frustrantur *cod.* 551
facere et *Camerarius* inconciliare *cod.*: *corr.* *Ritschl* 552 (*et*)
ego *Seyffert* (*A n. l.*) 553 Obsequere h. *P*: *corr.* *Camerarius*
(*A n. l.*)

ei male aliquo pacto, me esse dicito ignauissimum.

MN. nequam homost, uerum hercle amicus est tibi. PI.
tanto magis

dic quis est; nequám hominis ego parui pendo gratiam.

30 MN. uideo non potesse quin tibi eius nomen eloquar.

Pistoclere, perdidisti me sodalem funditus.

560

PI. quid istuc est? MN. quid est? misine ego ad te ex
Epheso epistulam

super amica, ut mi inuenires? PI. fateor factum, et repperi.

MN. quid? tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia

35 quibucum haberes rem, nisi cum illa quám ego mandassem
tibi,

occiperes tute (eam) amare et mi íres consultum male?

565

PI. sanun es? MN. rem repperi omnem ex tuo magistro.
ne nega.

perdidisti me. PI. etiamne ultro tuis me prolectas probris?

MN. quid amas Bacchidem? PI. duas érgo hic intus eccas
Bacchides.

40 MN. quid? duae — PI. atque ambas sorores. MN. loqueris
nunc nugasciens.

PI. postremo, si pergis paruom mihi fidem arbitrarier,

570

tollam ego ted in collum atque intro hinc auferam. MN.
immo ibo, mane.

PI. non maneo, neque tu me habebis falso suspectum. MN.
sequor.—

ACTVS IV

IV. i

PARASITVS

PA. Parasitus ego sum hóminis nequam atque inprobi,
militi' qui amicam secum auexit ex Samo.

561-662 *deest A* 563 quid *Angelius*: qui *cod.* (*pro* quit; *seq. t.*; *i. 4, n. 4*) 565 *eam addidi* mi *Ritzchl*: me *cod.* (*pro* mei? *seq. i*)
me *tutatur Keil in Varr. R. R. 3, 16, 2* 569 duas *Pylades*
570-650 *praesto est T* 570 *parum* ^{PBC}: *paruam T* (*cf. Arch. Lat.*
Lex. 13, 133) 573 *Ego s. p. Mueller* *neq. hom. Ital. (cf. 558)*

- 575 nunc me ire iussit ad eam et percontarier
 utrum aurum reddat anne eat secum semul.
 tu dudum, puere, cum illac usque isti semul : 5
 quae harum sunt aedes, pulta. adi actutum ad fores.
 recede hinc diirecte. ut pulsat propudium !
- 580 comesse panem tris pedes latum potes,
 fores pultare nescis. ecquis in aedibust ?
 heus, ecquis hic est ? ecquis hoc aperit ostium ? 10
 ecquis exit ?

PISTOCLERVS PARASITVS ii

- PI. Quid istuc ? quae istaec est pulsatio ?
 quae te (male) mala crux agitat, qui ad istunc modum
 585 alieno uiris tuas extentes ostio ?
 fores paene ecfregisfi. quid nunc uis tibi ?
 PA. adulescens, salue. PI. salue. sed quem quaeritas ? 5
 PA. Bacchidem. PI. utram ergo ? PA. nil scio nisi Bac-
 chidem.
- paucis : me misit miles ad eam Cleomachus,
 590 uel ut ducentos Philippos reddat aureos
 uel ut hinc in Elatiam hodie eat secum semul.
 PI. non it. †negato esse† ituram. abi et renuntia. 10
 alium illa amat, non illum. duc te ab aedibus.
 PA. nimis iracunde. PI. at scin quam iracundus siem ?
 595 ne tibi hercle hau longe est os ab infortunio,
 ita dentifrangibula haec meis manibus gestiunt.
 PA. quom ego huius uerba interpretor, mihi cautiost 15
 ne nucifrangibula excussit ex malis meis.
 tuo ego istaec igitur dicam illi periculo.

577 puer *cod.* 578 *vel* harunc 579 *vel* pultat 581 ecquis
Scaliger : ecquis his *cod.* 584 quae *Ital.* : qui *cod.* : qui (d est ? quae)
 te *Seyffert* male *addidi* (iii. 1) 588 utramne *Bothe* 590
 philippios *cod. ut. vid.* 592 negato é. *vix ferendum* negat esse
Acidalius : negat se *Ritschl* : nega esse (?) *Leo* (ut *Stich.* 256 negato
 esse in *P pro* nega esse) : *fort.* negat sese *vel* nega tu esse

PI. quid ais tu? PA. ego istuc illi dicam. PI. dic mihi, 600
 quis tu es? PA. illius sum integumentum corporis.
 20 PI. nequam esse oportet cui tu integumentum impro-
 bu's.
 PA. sufflatus ille huc ueniet. PI. dirruptum uelim.
 PA. numquid uis? PI. abeas. celeriter factost opus.
 PA. uale, dentifrangibule.—PI. et tu, integumentum, uale. 605
 in eum [nunc] haec reuenit res locum, ut quid consili
 25 dem meo sodali super amica nesciam,
 qui iratus renumerauit omne aurum patri,
 neque nummus ullust qui reddatur militi.
 sed huc concedam, nam concreperunt fores. 610
 Mnesilochus eccum maestus progreditur foras.

iii MNESILOCHVS PISTOCLERVS

MN. Petulans, proteruo, iracundo ánimo, indomito, incogi-
 tato,
 sine modo et modestia sum, sine bono iure atque honore,
 incredibilis inposque animi, inamabilis, inlepidus uiuo, 615
 maleuolente ingenio natus. postremo id mihi est quod uolo 615^a
 5 ego esse aliis. credibile hoc est?
 nequior nemost neque indignior quoi 616^a
 di bene faciunt neque quem quisquam
 homo aut amet aut adeat.
 inimicos quam amicos aequomst med habere,
 10 malos quam bonos par magis me iuuare. 620
 omnibus probris, quae improbis uiris
 digna sunt, dignior nullus est homo;
 qui patri reddidi omne aurum amans,
 quod fuit prae manu. sumne ego homo miser?

602 cui tu i. improbus es *PBC* (non *PA*, ut *uid.*): cui tam int. impro-
 bumst *Bothe* 604 nunc quid *cod.* 606 nunc *del.* *Bothe* (nc falso
 scr. pro haec? iv. 3) 612 proteruo *cod.* 615 inamabilis *displicet*
 619 equiunst *cod.* ut *uid.* (iun pro um) me *cod.* 620 mest *Fraes-*
dorff 622 amens *Saracenus* amens (mihi) *Leo*: am. (modo) *Goetz*

- perdidi me atque operam Chrysalis. 15
 625 Pi. consolandus hic mist, ibo ad eum.
 Mnesiloché, quid fit? MN. perii.
 626^a Pi. di melius faciant. MN. perii.
 Pi. non taces, insipiens? MN. taceam?
 627^a Pi. sanu' satis non es. MN. perii. 20
 multa mala mi in pectori nunc acria atque acerba eueniunt,
 criminin me habuisse fidem?
 inmerito tibi irátu' fui.
 630 Pi. heiaa, bonum habe animum. MN. unde habeam?
 630^a mortuo' pluri' pretist quam ego sum. 25
 Pi. militis parasitu' modo
 631^a uenerat aurum petere hinc,
 eum ego meis dictis malis
 632^a his foribus atque hac (muliere)
 reppuli, reieci hominem. MN. quid mihi id prodest? 30
 quod faciam nil habeo miser. ille quidem hanc abducet, scio.
 635 Pi. si mihi sit, non pollicear?
 635^a MN. scio, dares, noui.
 sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam ;
 nunc agitas sat tute tuarum rerum ; 35
 egone ut opem ferre putem posse inopem te mi?
 638^a Pi. tace modo : deu' respiciet
 nos aliquis. MN. nugae!
 Pi. mane. MN. quid est? Pi. tuam copiam
 eccam Chrysalum uideo. 40

CHRYSALVS MNESILOCHVS PISTOCLERVS iv

640 CH. Hunc hominem decet auro expendi, huic decet státuam
 statui ex auro ;

624 me simulque *Leo* 626 *fort.* ecquid 628 pectore *cod.* 629
 fidem me habuisse *Bothc* iratus tibi *Fleckeisen*, nam *ir. displicet* 630
 habe bonum *Ritschl* 632^a *mul. add. Ritschl* 633 *vel* Quid mi (*cf.*
Amph. 247) 634 *Quid cod.* 635 *mihist cod.: corr. Camerarius* 637
 mi *post opem cod.: metri causa traieci* 639 *eccum B²* 640 *vel* huic

- nam duplex facinus feci hodie, duplicibus spoliis sum ad-
fectus.
erum maiorem meum ut ego hodie lusi lepide, ut ludificatust !
callidum senem callidis dolis
5 compuli et perpuli mi omnia ut crederet.
nunc amanti ero filio senis, 645
quicum ego bibo, quicum edo et amo,
regias copias aureasque optuli,
ut domo sumeret neu foris quaereret.
10 non mihi isti placent Parmenones, Syri,
qui duas aut tris minas auferunt eris. 650
nequiu' nil est quam egéns consili seruos, nisi habet
multipotens pectus
ubi quomque usus siet, pectore expromat suo.
15 nullus frugi esse pótet homo,
nisi qui ét bene facere et mále tenet. 655
inprobis cum inprobus [sit,] harpaget furibus 656
[furetur] quod queat ; uorsipellem frugi conuenit 657
esse hominem, pectus quoi sapit
20 bonu' sit bonis, malu' sit malis ; 660
661
utquomque res sit, ita animum habeat.
sed lubet scire quantum aurum erus sibi
dempsit et quid suo reddidit patri.
si frugi est, Herculem fecit ex patre : 665
25 decumam partem ei dedit, sibi nouem apstulit.
sed quem quaero optume eccum obuiam mihi est.
num qui nummi exciderunt, ere, tibi,
quod sic terram optuere ? 668^a
quid uos maestos tam tristisque esse conspikor ?
30 non placet nec temere est etiam. quin mihi respondetis ? 670

641 hodie *post duplex cod. : traieci, nam duplèx displicet* 646 edo et
amo] edam *ut vid. T (pro edo amo ?)* 653 *fort. ubi <ei> suo om.*
PCD 654 *fort. nú. frúgi potést é. homó* 655 bene et male facere
cod. : *traí. Ritschl* 663-99 *exstant in A, sed perierunt plurima* 667
Charisius 209 Plautus in Bacchidibus : oho oportune mihi est obuiam
ecce eccum *Langen (A n. l.) : ecce P* 670 quid A

MN. Chrysale, occidi. CH. fortassis tu auri dempsisti
parum?

MN. quam, malum, párum? immó uero nimio minu' multo
quam parum.

CH. quid igitur stulte, quoniam occasio ad eam rem fuit
mea uirtute parta ut quantum uelles tantum sumeres,

675 sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus? 35

an nescibas quam eius modi homini raro tempus se daret?

MN. erras. CH. at quidem túte errasti, quom parum im-
mersti ampliter.

MN. pol tu quam nunc med accuses magi', si magi' rem
noueris.

occidi. CH. animus iam istoc dicto plus praesagitur mali.

680 MN. perii. CH. quid ita? MN. quia patri omne cum 40
ramento reddidi.

CH. reddidisti? MN. reddidi. CH. omnene? MN. oppi-
do. CH. occisi sumus.

quí in mentem uenit tibi istuc facinus facere tam malum?

MN. Bacchidem atque hunc suspicabar propter crimen,
Chrysale,

mi male consuluisse: ob eam rem omne aurum irátus reddidi

685 meo patri. CH. quid, ubi reddebas aurum, dixisti patri? 45

MN. mé id aurum accepisse extemplo ab hospite Archide-
mide. CH. em,

istoc dicto †dedisti† hodie in cruciatum Chrysalum;

nam ubi me aspiciet, ad carnificem rapiet continuo senex.

MN. ego patrem exorauí. CH. nempe ergo hoc ut faceret
quod loquor?

690 MN. immo tibi ne noceat neu quid ob eam rem suscenseat; 50
atque aegre impetraui. nunc hoc tibi curandumst, Chrysale.

671 post 672 P (prius om. propter homoeotel. parum; ii. 6) 672
Quam Fritsche (A n. l.): qua (quia P^{CD}) cod. nimis Ritschl (A n. l.)
quam om. P 678 vel mage 684 mi Laubinus: me P (A n. l.)
(cf. ad 565) 686 vel hem 687 <tu> ded. Fleckeisen: dedi-
disti Ritschl; fort. dedistin

- CH. quid uis curem? MN. ut ad senem etiam alteram
 facias uiam.
 compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina,
 ut senem hodie doctum docte fallas aurumque auferas.
- 55 CH. uix uidetur fieri posse. MN. perge, ac facile ecfeceris. 695
 CH. quam, malum, facile, quem mendaci prendit manu-
 festo modo?
 quem si orem ut mihi nil credat, id non ausit credere.
 MN. immo si audias quae dicta dixit me aduersum tibi.
 CH. quid dixit? MN. si tu illum solem sibi solem esse
 diceres,
- 60 se illum lunam credere esse et noctem qui nunc est dies. 700
 CH. emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequi-
 quam dixerit.
- PI. nunc quid nos uis facere? CH. enim nil est, nisi ut
 ametis impero.
 ceterum quantum lubet me poscitote aurum: ego dabo.
 quid mi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo?
- 65 sed nunc quantillum usust auri tibi, Mnesiloche? dic mihi. 705
 MN. militi nummis ducentis iam usus est pro Bacchide.
 CH. ego dabo. MN. tum nobis opus est sumptu. CH.
 ah, placide uolo
 unumquidque agamus: hoc ubi egero, tum istuc agam.
 de ducentis nummis primum intendam ballistam in senem;
- 70 ea ballista si peruortam turrim et propugnacula, 710
 recta porta inuadam extemplo in oppidum antiquom et uetus:
 si id capso, geritote amicis uostris aurum corribus,
 sicut animus sperat. PI. apud test animus noster, Chrysale.
 CH. nunc tu abi intro, Pistoclere, ad Bacchidem, atque efer
 cito—
- 75 PI. quid? CH. stilum, ceram et tabellas, linum. PI. iam 715
 faxo hic erunt.—

695 ac del. Seyffert 696 Qua P (Quam B²) 700-921 desunt
 in A 702 est del. Camerarius 705 quantulum P^{CD} 713 sicut
 Scioppius: sicui cod. 715 stilum et tabellas, ceram, linum Ussing

- MN. quid nunc es facturus? id mihi dice. CH. coctumst
prandium?
uos duo eritis atque amica tua erit tecum tertia?
MN. sicut dicis. CH. Pistoclero nulla amica est? MN.
immo adest.
alteram ille amat sororem, ego alteram, ambas Bacchides.
720 CH. quid tu loquere? MN. hoc, ut futuri sumus. CH. 80
ubist biclinium
uobis stratum? MN. quid id exquaeris? CH. res itast,
dici uolo.
nescis quid ego acturus sim neque facinus quantum exordiar.
MN. cedo manum ac supsequere propius me ad fores. intro
inspice.
724 CH. euax, nimi' bellus atque ut esse maxime optabam
725 locus.
PI. quae imperauisti. imperatum bene bonis factum ilicost. 85
CH. quid parasti? PI. quae parari tu iussisti | omnia.
CH. cape stilum propere et tabellas tu has tibi. MN. quid
postea?
CH. quod iubebo scribito istic. nam propterea <te> uolo
730 scribere ut pater cognoscat litteras quando legat.
scribe. MN. quid scribam? CH. salutem tuo patri uerbis 90
tuis.
PI. quid si potius morbum, mortem scribat? id erit rectius.
CH. ne interturba. MN. iam imperatum in cera inest.
CH. dic quem ad modum.
MN. 'Mnesilochus salutem dicit suo patri.' CH. adscribe
hoc cito:
735 'Chrysalus mihi usque quaque loquitur nec recte, pater,
quia tibi aurum reddidi et quia non te defraudauerim.' 95

718 pistoclere *cod.* (-ro B-) 720 loqueris *cod.* 722 *vel*
nec 724 bellust *Ritschl*: bellum . . . locum *Studemund* 727
tute *vel* tu me *Ritschl* 728 tu has *Merula*: tuas *cod.* 729
vel isti te *add. Camerarius* 736 fraudauerim *cod.* (*sed* defru.
'nonnulli libri veteres' *Lambini, i. e. T?*)

PI. mane dum scribit. CH. celerem oportet esse amatoris
manum.

PI. at quidem hercle †em† perdundum magis quam ad
scribundum cito.

MN. loquere. hoc scriptumst. CH. ‘nunc, pater mi, proin
tu ab eo ut caueas tibi :

sycophantias componit, aurum ut aps ted auferat ; 740

100 et profecto se ablaturum dixit.’ plane adscribito.

MN. dic modo. CH. ‘atque id pollicetur se daturum
aurum mihi

quod dem scortis quodque in lustris comedim, congraecem,
pater.

sed, pater, uide né tibi hodie uerba det : quaeso caue.’

MN. loquere porro. CH. adscribedum etiam. MN. loquere 745
quid scribam modo.

105 CH. ‘sed, pater, quod promisisti mihi, te quaeso ut me-
mineris,

ne illum uerberes ; uerum apud te uinctum adseruato domi.’
cedo tu ceram ac linum actutum. age obliga, opsigna cito.

MN. opsecro, quid istis ad istunc usust conscriptis modum,
ut tibi ne quid credat atque ut uinctum te adseruet domi? 750

110 CH. quia mi ita lubet. potin ut cures té atque ut ne
parcas mihi ?

mea fiducia opu’ conduxī et meo periculo rem gero.

MN. aequom dicis. CH. cedo tabellas. MN. accipe. CH.
animum aduortite.

Mnesiloche et tu, Pistoclere, iam facite in biclinio
cúm amica sua uterque accubitum eatis, ita negotiumst, 755

115 atque ibidem ubi nunc sunt lecti strati potetis cito.

PI. numquid aliud? CH. hoc atque etiam : úbi erit accu-
bitum semel,

、 738 atque idem *cod.* (vii. 1) *vel hem : fort. eam vel rem* 743
et congregem *cod.* : congreger *codd. Nouii* 83 752 et *del.*
Fritzsche

ne quoquam exurgatis, donec a me erit signum datum.

PI. o imperatorem probum! CH. iam bis bibisse oportuit.

760 MN. fugimus.—CH. uos uostrum curate officium, ego eciam meum.

CHRYSALVS

v

CH. Insanum magnum molior negotium,

metuoque ut hodie possiem emolirier.

sed nunc truculento mi atque saeuo usus senest;

nam non conducit huic sycophantiae

765 senem tranquillum (mi) esse ubi me aspexerit. 5

uorsabo ego illunc hodie, si uiuo, probe.

tam frictum ego illum reddam quam frictum est cicer.

adambulabo ad ostium, ut, quando exeat,

extemplo aduenienti ei tabellas dem in manum.

NICOBVLVS CHRYSALVS

vi

770 NI. Nimio illaec res est magnae diuidiae mihi,
supterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.

CH. saluos sum, iratus est senex. nunc est mihi

adeundi ad hominem tempus. NI. quis loquitur prope?

atque hicquidem, opinor, Chrysalust. CH. accessero. 5

775 NI. bone serue, salue. quid fit? quam mox nauigo
in Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum?

taces? per omnis deos adiuro ut, ni meum

gnatum tam amem atque ei facta cupiam quae is uelit,

779 ut tua iam uirgis latera lacerentur probe 10

780 ferratusque in pistrino aetatem conteras.

omnia rescui scelera ex Mnesilocho tua.

CH. men criminatust? optumest: ego sum malus,

760 fugimus *Fritzsche*: fugiamus *cod.* 765 mi *add. Hermann*
770 Nimium *Leo* (i. 3) magnae *Pylades*: mane *cod.* 774
vel opino *chrisalus cod.*

ego sum sacer, scelestus. specta rem modo ;

15 ego uerbum faciam (nullum). NI. étiam, carnufex, 785
minitare? CH. nosces tu illum actutum quali' sit.
nunc hasc' tabellas ferre me iussit tibi.

orabat, quod istic esset scriptum ut fieret.

NI. cedo. CH. nosce signum. NI. noui. ubi ipse est?

CH. nescio.

20 nil iam me oportet scire. oblitus sum omnia. 790

scio me esse seruom. nescio etiam id quod scio.

nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit ;

pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus.

NI. manedum parumper ; iam exeo ad te, Chrysale.—

25 CH. ut uerba mihi dat, ut nescio quam rem gerat ! 795

seruos arcessit intus qui me uinciant.

bene nauis agitur, pulchre haec confertur ratis.

sed conticiscam, nam audio aperiri fores.

vii NICOBVLVS CHRYSALVS LORARIVS

NI. Constringe tu illic, Artamo, actutum manus.

CH. quid feci? NI. impinge pugnum, si muttuerit. 800

quid hae loquontur litterae? CH. quid me rogas?

ut ab illo accepi, ad te opsignatas attuli.

5 NI. eho tu, †loquitatusne es gnato meo†

male per sermonem, quia mi id aurum reddidit,

et te dixisti id aurum ablaturum tamen

805

per sycophantiám? CH. egone istuc dixi? NI. ita.

CH. quis homost qui dicat me dixisse istuc? NI. tace,

10 nullus homo dicit : hae tabellae te arguont,

quas tu attulisti. em hae te uinciri iubent.

CH. aha, Bellorophantam tuo' me fecit filius :

810

785 nullum *add. Brachmann* 789 *vel ipsust* 792 *hic om. codd.*
Nonii 6 794 *exeo ad te Guictus : ad te exeo cod.* 795 *ut n.]*
bene scio Abraham 797 *agitatur cod. (v. 8), sed nauis monosyll.*
vix ferendum 803 *tu (scelus) Ritschl fort. loquitatu'n gnato*
(Mnesilocho) meo 806 *vel dixi* 810 *bello rophantem (B:*
rophontem P^{CD}) iam (pro -tem corr. -tam ?) cod.

- egomet tabellas tetuli ut uincerer. sine.
 NI. propterea hoc facio ut suadeas gnato meo
 ut pergracetur tecum, teruenefice. 15
 CH. o stulte, stulte, nescis nunc uenire te ;
 815 atque in eopse astas lapide, ut praeco praedicat.
 NI. responde : quis me uendit? CH. quem di diligunt
 adulescens moritur, dum ualet, sentit, sapit.
 hunc si ullus deus amaret, plus annis decem, 20
 plus iam uiginti mortuom esse oportuit :
 820 terrai (iám) odium ambulat, iam nil sapit
 nec sentit, tantist quantist fungus putidus.
 NI. tun terrae me odium esse autumas? abducite hunc
 intro atque astringite ad columnam fortiter. 25
 numquam auferes hinc aurum. CH. átqui iam dabis.
 825 NI. dabo? CH. atque orabis me quidem ultro ut auferam,
 quom illum rescisces criminatorem meum
 quanto in periclo et quanta in pernicie siet.
 tum libertatem Chrysalo largibere ; 30
 ego adeo numquam accipiam. NI. dic, scelerum caput,
 830 dic, quó in periclo est meu' Mnesilochus filius?
 CH. sequere hac me, faxo iam scies. NI. quo gentium?
 CH. tris unos passus. NI. uel decem. CH. agedum tu,
 Artamo,
 forem hanc pauxillum aperi ; placide, ne crepa ; 35
 sat est. accede huc tu. uiden conuiuium?
 835 NI. uideo exaduorsum Pistoclerum et Bacchidem.
 CH. qui sunt in lecto illo altero? NI. interii miser.
 CH. nouistine hominem? NI. noui. CH. dic sodes mihi,
 bellan uidetur specie mulier? NI. admodum. 40
 CH. quid illám, meretricemne esse censes? NI. quippini?
 840 CH. frustra es. NI. quis igitur opsecrost? CH. inueneris.
 ex me quidem hodie numquam fies certior.

811 ut *om. B* 820 iam *add. (?) Leo* 824 at {pol} qui *Mueller*
 833 pausillum *cod. : corr. Pylades (v. 8)* crepet *Angelius*

viii CLEOMACHVS NICOBVLVS CHRYSALVS

CL. Meamne hic Mnesilochus, Nicobuli filius,

per uim ut retineat mulierem? quae haec factiost?

NI. quis illést? CH. per tempus hic uenit miles mihi.

CL. non me arbitratur militem sed mulierem,

845

5 qui me meosque non queam defendere.

nam neque Bellona mi umquam neque Mars creduat,

ni illum exanimalem faxo, si conuenero,

niue exheredem fecero uitae suae.

NI. Chrysale, quis ille est qui minitatur filio?

850

10 CH. uir hic est illius mulieris quacum accubat.

NI. quid, uir? CH. uir, inquam. NI. nuptan est illa,
opsecro?

CH. scies haú multo post. NI. oppido interii miser.

CH. quid nunc? scelestus tibi uidetur Chrysalus?

age nunc uincito me, auscultato filio.

855

15 dixin tibi ego illum inuenturum te quali? sit?

NI. quid nunc ego faciam? CH. iube sis me exsolui cito;

nam ni ego exsoluor, iam manifesto hominem opprimet.

CL. nihil est lucri quod me hodie facere mauelim,

quam illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem. 860

20 CH. audin quae loquitur? quin tu me exsolui iubes?

NI. exsoluite istum. perii, pertimui miser.

CL. tum illam, quae corpus publicat uolgo suom,

faxo se hau dicat nactam quem derideat.

CH. pacisci cum illo paullula pecunia

865

25 potes. NI. pacisce ergo, opsecro, quid tibi lubet,

dum ne manifesto hominem opprimat niue enicet.

CL. nunc nisi ducenti Philippi redduntur mihi,

iam illorum ego animam amborum exsorbebo oppido.

NI. em illoc pacisce, si potest; perge, opsecro,

870

852 nupta *cod.* 856 tibi *del.* *Kaempf* siet *cod.* 863 illaec
Bach 866 (*et* 870. 871) pacisce *Bothe*: paciscere *cod.* 869 eg. ill.
Kaempf 870 potes *P^{CD}*

- pacisce quiduis. CH. ibo et faciam sedulo. 30
 quid clamas? CL. ubi erus tuos est? CH. nusquam. nescio.
 uis tibi ducentos nummos iam promittier,
 ut ne clamorem hic facias neu conuicium?
 875 CL. nihil est quod malim. CH. atque ut tibi mala multa
 ingeram?
 CL. tuo arbitrato. NI. ut subblanditur carnufex! 35
 CH. pater hic Mnesilochi est; sequere, is promittet tibi.
 tu aurum rogato; ceterum uerbum sat est.
 NI. quid fit? CH. ducentis Philippis rem pepigi. NI. ah,
 salus
 880 mea, seruauisti me. quam mox dico 'dabo'?
 CH. roga hunc tu, tu promitte huic. NI. promitto, roga. 40
 CL. ducentos nummos aureos Philippos probos
 dabin? CH. 'dabuntur' inque. responde. NI. dabo.
 CH. quid nunc, impure? numquid debetur tibi?
 885 quid illi molestus? quid illum morte territas?
 et ego te et ille mactamus infortunio. 45
 si tibi est machaera, at nobis ueruinast domi:
 qua quidem te faciam, si tu me inritaueris,
 confossiolem soricina nenia.
 890 iam dudum hercle equidem sentio suspicio
 quae te sollicitet: eum esse cum illa muliere. 50
 CL. immo est quoque. CH. ita me Iuppiter, Iuno, Ceres,
 Minerua, Lato, Spes, Opis, Virtus, Venus,
 Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,
 895 Summanus, Sol, Saturnus dique omnes ament,
 ut ille cum illa neque cubat neque ambulat 55
 neque osculatur neque illud quod dici solet.
 NI. ut iurat! seruat me ille suis periuriis.

873 uin *Morris*, cui displicet uis in initio interrogationis 879 ah
Bothe: uah *cod.* 880 seruasti *cod.* 885 quia illum *cod.*:
corr. Camerarius 886 vel ill' 887 at (ad) *cod. Festi* 161:
 et *cod.* 888 faciam si] reddam u(bi) *Festus* 161 893 Lato
testari uidetur Varro Ling. Lat. 7, 16: *Latona cod. (i.e. Minerua, L.?)*
 897 auscultatur *cod. (pro ausculatur, antiqua forma)*

- CL. ubi nunc Mnesilochus ergost? CH. rus misit pater.
 illa autem in arcem abiuit aedem uisere 900
- 60 Mineruae. nunc apertast. i, uise estne ibi.
 CL. abeo ad forum igitur. CH. uel hercle | in malam crucem.
 CL. hodie exigam aurum hoc? CH. exige, ac suspende te :
 ne supplicare censeas, nihili homo.—
 ille est amotus. sine me (per te, ere, opsecro 905
- 65 deos immortalis) ire huc intro ad filium.
 NI. quid eo introibis? CH. ut eum dictis plurimum
 castigem, quom haec sic facta ad hunc faciat modum.
 NI. immo oro ut facias, Chrysale, et ted opsecro,
 caue pãrsis in eum dicere. CH. etiam me mones? 910
- 70 satin est si plura ex me audiet hodie mala
 quam audiuit umquam Clinia ex Demetrio?—
 NI. lippi illic oculi seruos est simillimus :
 si non est, nolis esse neque desideres ;
 si est, apstinere quin attingas non queas. 915
- 75 nam ni illic hodie forte fortuna hic foret,
 miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua
 atque opruncaret moechum manufactarium.
 nunc quasi ducentis Philippis emi filium,
 quos dare promisi militi : quos non dabo 920
- 80 temere etiam príu' quam filium conuenero.
 numquam edepol quicquam temere credam Chrysalò ;
 uerum lubet etiam mi has pellegere denuo :
 aequomst tabellis consignatis credere.—

ix

CHRYSALVS

CH. Atridae duo fratres cluent fecisse facinus maxumum, 925
 quom Priami patriam Pergamum diuina moenitum manu

、 900 abiit *cod.* 902 uel <tu> h. in *Kampmann* : *fort.* uel
 h. <i> in 904 <nos> nihili *Ussing*, *nam* nihili *displacet* 908
 sic facta *Camerarius* : facta sic *cod.* 922-61 *habet A* 922
 temere quicquam *A*

armis, equis, exercitu atque eximiis bellatoribus
 milli cum numero nauium decumo anno post subegerunt.
 non pedibus termento fuit praeterea ego erum expugnabo meum 5
 930 sine classe sineque exercitum et tanto numero militum.
 cepi, expugnaui amanti erili filio aurum ab suo patre.
 nunc prius quam huc senex uenit, lubet lamentari dum exeat.
 o Troia, o patria, o Pergamum, o Priame periisti senex,
 qui misere male mulcabere quadrigentis Philippis aureis. 10
 935 nam ego has tabellas opsignatas, consignatas quas fero
 non sunt tabellae, sed equos quem misere Achiui ligneum.
 Epiust Pistoclerus: ab eo haec sumptae; Mnesilochus
 Sino est
 relictus, illum non in busto Achilli, sed in lecto accubat;
 Bacchidem habet secum: ille olim habuit ignem qui signum 15
 daret,
 940 hunc ipsum exurit; ego sum Vlixes, quouius consilio haec
 gerunt.
 tum quae hic sunt scriptae litterae, hoc in equo insunt
 milites
 armati atque animati probe. ita res successit mi usque
 adhuc.
 atque hic equos non in arcem, uerum in arcam faciet im-
 petum:
 exitium, excidium, exlecebra fiet hic equos hodie auro senis. 20
 945 nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio;
 miles Menelaust, ego Agamemno, idem Vlixes Lartius,
 Mnesilochust Alexander, qui erit exitio rei patriae suae;
 is Helenam auexit, quonia caussa nunc facio opsidium Ilio.

928 cum] post <i>A</i> (v. 4)	929 tormento <i>P</i> (i. 7)	931
<i>del. Kiessling</i>	932 senex uenit <i>diambus displicet fort.</i> nunc prius	
huc quam s. u.	937-40 <i>om. A</i>	937 sumptae <i>Kiessling</i> :
sumpta <i>cod.</i>	938 in <i>alt. om. PCD</i>	939 habet <is> (?) <i>Leo</i>
940 nunc <i>Guietus</i> (<i>H pro N</i>)	941 insunt in equo <i>Guietus</i>	942
meliusque <i>P</i> (<i>pro mei usque</i>) (<i>A n. l.</i>)	944 excidium exitium <i>P</i>	
945 ilico <i>A</i>	947 exitium <i>P</i>	948 is] si <i>A</i> abduxit <i>P</i>

- 25 nam illi itidem Vlixem audiui, ut ego sum, fuisse et audacem
 et malum :
 dolis égo deprensus sum, ill' mendicans paene inuentus 950
 interit,
 dum ibi exquirat fata Iliorum ; adsimiliter mi hodie optigit.
 uinctus sum, sed dolis me exemi : item se ille seruauit dolis.
 Ilio tria fuisse audiui fata quae illi forent exitio :
- 30 signum ex arce si periisset ; alterum etiamst Troili mors ;
 tertium, quom portae Phrygiae limen superum scinderetur : 955
 paria item tria is tribus sunt fata nostro huic Ilio.
 nam dudum primo ut dixeram nostro seni mendacium
 et de hospite et de auro et de lembo, ibi signum ex arce
 iam apstuli.
- 35 iam duo restabant fata tunc, nec magis id ceperam oppidum.
 post ubi tabellas ad senem detúli, ibi occidi Troilum, 960
 quom censuit Mnesilochum cum uxore esse dudum militis.
 ibi uix me exsolui : atque id periculum adsimilo, Vlixem ut
 praedicant
 cognitum ab Helena esse proditum Hecubae ; sed ut olim
 ille se
- 40 blanditiis exemit et persuasit sé ut amitteret,
 item ego dolis me illo extuli e periculo et decepi senem. 965
 posté cum magnifico milite, urbis uerbis quí inermus capit,
 conflixi atque hominem reppuli ; dein pugnam conserui seni:
 eum ego adeo uno mendacio deuici, uno ictu extempulo
- 45 cepi spolia. is nunc ducentos
 nummos Philippos militi, quos 969^a
 dare se promisit, dabit. nunc 970

949 illic (*pro*-li; i. 7) eidem (*locativo casu*?) audiui ulixem *P*
 950 prensus *A* 951 illorum *codd.* 952 me *om. P* *vel*
 ill' 953 Ilio] illi *A* forent] fuere *A* 955 forte *P* lumen
A (vi, p. 87) 956 his *A* nostra *P* (i, p. 27) 959 tum *P*
 961 mnesilochus *A*, qui in hoc v. deficit 963 fort. proditum esse
 Héc., unde fit iamb. octonarius illim Seyffert 964 fort. sé (*vel*
 sese) úti amit., unde fit iamb. octonarius 965 ilio *cod.* (illo *D*)
 extuli *Dissald*: expuli *cod.* e *om. B* 966 *vel* post' 967
 confixit *cod.* (*corr. in B*) 968 cum *cod.* (*corr. in B*)

- alteris etiam ducentis
 971^a usus est, qui dispensentur
 Ilio capto, ut sit mulsum 50
 972^a qui triumphant milites.
 sed Priamus hic multo illi praestat : non quinquaginta modo,
 quadrigentos filios habet atque equidem omnis lectos sine
 probro :
 975 eos ego hodie omnis contruncabo duobus solis ictibus.
 nunc Priamo nostro si est quis emptor, comptionalem senem 55
 uendam ego, uenalem quem habeo, extemplo ubi oppidum
 expugnauero.
 sed Priamum astantem eccum ante portam uideo. adibo
 atque adloquar.

NICOBVLVS CHRYSALVS

ix

- NI. Quoianam uox prope me sonat? CH. o Nicobule.
 NI. quid fit?
 980 quid quod te misi, ecquid egisti? CH. rogas? congregere.
 NI. gradior.
 CH. optumu' sum orator. ad lacrumas hominem coegi
 castigando
 maleque dictis, quae quidem quíui comminisci. NI. quid
 ait? CH. uerbum
 nullum fecit : lacrumans tacitus auscultabat quae ego lo- 5
 quebar ;
 tacitus conscripsit tabellas, opsignatas mi has dedit.
 985 tibi me iussit dare, sed metuo né idem cantent quod priores.
 nosce signum. estne eiuis? NI. noui. lubet pellegere has.
 CH. pellege.
 nunc superum limen scinditur, nunc adest exitium (illi)
 Ilio,

974 quidem *Mueller, Skutsch (Herm. 32, 94), fort. recte* 978
 uidebo *cod. (corr. in B)* 980 gradior] congregedor *B* 981 coegi
 hominem *cod. : traiecit Goetz, et metro et allitterationi consulens* 987
 illi *addidi* (prope) adest ex. II. *Acidalius*

- 10 turbat equo' lepide ligneus. NI. Chrysale, ades dúm ego
has pellego.
CH. quid me tibi adesse opus est? NI. uolo ut quod 988^a
iubeo facias,
ut scias quae hic scripta sient.
CH. nil moror neque scire uolo. 989^a
NI. tamen ades. CH. quid opust? NI. taceas :
15 quod iubeo id facias. CH. adero. 990^a
NI. eugae litteras minutas! CH. qui quidem uideat parum;
uerum qui sati' uideat, grandes sati' sunt. NI. animum
aduortito igitur.
CH. nolo inquam. NI. at uolo inquam. CH. quid opust?
NI. at enim id quod te iubeo facias.
CH. iustumst (ut) tuos tibi seruos tuo arbitrato seruiat.
20 NI. hoc age sis nunciam. CH. ubi lubet, recita : aurium 995
operam tibi dico.
NI. cerae quidem hau parsit neque stilo ;
sed quidquid est, pellegere certumst. 996^a
' pater, ducentos Philippos quaeso Chrysalo
da, si esse saluom uis me aut uitalem tibi.'
25 malum quidem hercle magnum. CH. tibi dico. NI. quid est?
CH. non priu' salutem scripsit? NI. nusquam sentio. 1000
CH. non dabi', si sapies ; uerum si 'das maxume,
ne ille alium gerulum quaerat, si sapiet, sibi :
nam ego non laturus sum, si iubeas maxume.
30 sat sic suspectus sum, quom careo noxia.
NI. ausculta porro, dum hoc quod scriptumst pellego. 1005
CH. inde a principio iam inprudens epistula est.
NI. ' pudet prodire me ad te in conspectum, pater :
tantum flagitium te scire audiui meum,
35 quod cum peregrini cubui uxore militis.'
pol hau derides ; nam ducentis aureis 1010

988^a iubebo *B* 994 ut *add. Hermann* *vix* tuos tibi (*i. e.*
'*tuus ipsius*') (tibi) *s.* 996 hau *suspectum* 1002 quaeret
Brachmann 1007 conspectu *B*

Philippis redemi uitam ex flagitio tuam.

CH. nihil est illorum quin ego illi dixerim.

NI. 'stulte fecisse fateor. sed quaeso, pater,
ne me, in stultitia si deliqui, deseras.

40

1015 ego animo cupido atque oculis indomitis fui ;
persuasumst facere quouis me nunc facti pudet.
priu' [te] cauisse ergo quam pudere aequom fuit.

CH. eadem istaec uerba dudum illi dixi omnia.

1020 NI. 'quaeso ut sat habeas id, pater, quod Chrysalus
me obiurigauit plurumis uerbis malis,

45

et me meliorem fecit praeceptis suis,
ut te ei habere gratiam aequom sit bonam.'

CH. estne istuc istic scriptum? NI. em specta, tum scies.

CH. ut qui deliquit supplex est ultro omnibus!

50

1025 NI. 'nunc si me fas est opsecrare aps te, pater,
da mihi ducentos nummos Philippos, te opsecro.'

CH. ne unum quidem hercle, si sapis. NI. sine pellegam.

'ego ius iurandum uerbis conceptis dedi,
daturum id me hodie mulieri ante uesperum,

55

1030 priu' quam a me abiret. nunc, pater, ne peiierem
cura atque abduce me hinc ab hac quantum potest,
quam propter tantum damni feci et flagiti.

caue tibi ducenti nummi diuidiae fuant ;
sescenta tanta reddam si uiuo tibi.

60

1035 uale atque haec cura.' quid nunc censes, Chrysale?

CH. nihil ego tibi hodie consili quicquam dabo,
neque ego hau committam ut, si quid peccatum siet,
fecisse dicas de mea sententia.

uerum, ut ego opinor, sí ego in istoc sim loco,

65

1040 dem potius aurum quam illum corrumpi sinam.

duae condiciones sunt : utram tu accipias uide :

1017 *te del. Acidalius, nam cauisse disyllab. vix ferendum* 1020
vel med obiurg. 1033 *diuitiae cod. : corr. Camerarius* 1038 *de*
[me] mea (*vel de mea me*) *cod. (iv. 3)* 1039 *vel opino* 1041
tu utram *Acidalius, nam displicet utrã*

- uel ut aurum perdas uel ut amator peieret.
 ego neque te iubeo neque uoto neque suadeo.
- 70 NI. miseret me illius. CH. tuos est, non mirum facis.
 si plus perdendum sit, periisse suauius 1045
 quam illud flagitium uolgo dispalescere.
 NI. ne ille edepol Ephesi multo mauellem foret,
 dum saluos esset, quam reuenisset domum.
- 75 quid ego istic? quod perdendumst properem perdere.
 binos ducentos Philippos iam intus eferam, 1050
 et militi quos dudum promisi miser
 et istos. mane istic, iam exeo ad te, Chrysale.—
 CH. fit uasta Troia, scindunt proceres Pergamum.
- 80 sciui ego iam dudum fore me exitio Pergamo.
 edepol qui me esse dicat cruciatu malo 1055
 dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare;
 tantas turbellas facio. sed crepuit foris:
 cefertur praeda ex Troia. taceam nunciam.
- 85 NI. cape hoc tibi aurum, Chrysale, i, fer filio.
 ego ad forum autem hinc ibo, ut soluam militi. 1060
 CH. non equidem accipiam. proin tu quaeras qui ferat.
 nolo ego mihi credi. NI. cape uero, odiose facis.
 CH. non equidem capiam. NI. at quaeso. CH. dico ut
 res se habet.
- 90 NI. morare. CH. nolo, inquam, aurum concredi mihi.
 uel da aliquem qui seruet me. NI. ohe, odiose facis. 1065
 CH. cedo, si necesse est. NI. cura hoc. iam ego huc
 reuenero.—
 CH. curatum est—esse te senem miserrimum.
 hoc est incepta efficere pulchre: ueluti mi
 95 euenit ut ouans praeda onustus cederem;

1052 *uel isti* 1054 *exitium cod. (cf. 947)*
cod. (pro militei?) (cf. Sjögren 'part. copul.' p. 148)
B (PCD n. l.): corr. Hermann, metro consulens
mi cf. Lindsay praef. in Capt. p. 69: bellule Mi Leo
Scaliger: incederem cod., quod tutatur Leo

1060 *militem*
 1065 *me seruet*
 1068 *de ueluti*
 1069 *cederem*

1070 salute nostra atque urbe capta per dolum
 domum redduco (iam) integrum omnem exercitum.
 sed, spectatores, uos nunc ne miremini
 quod non triumpho : peruolgatam est, nil moror ;
 uerum tamen accipientur mulso milites. 100
 1075 nunc hanc praedam omnem iam ad quaestorem deferam.—

PHILOXENVS

X

PH. Quam magis in pectore meo foueo quas meu' filiu'
 turbas turbet,
 quam se ad uitam et quos ad mores praecipitem insci-
 tu' capessat,
 magi' curae est magi'que adformido ne is pereat neu
 corrumpatur.
 scio, fui ego illa aetate et feci illa omnia, sed more
 modesto ;
 1080 duxi, habui scortum, potaui, dedi, donauit, et enim id 5
 raro.
 neque placitant mores quibu' uideo uolgo (in) gnatos esse
 parentes :
 ego dare me meo gnato institui, ut animo opsequium sumere
 possit ;
 aequom esse puto, sed nimi' nolo desidiaei dare
 ludum.
 nunc Mnesilochum, quod mandaui,
 1084^a uiso ecquid eum ad uirtutem aut ad 10
 1085 frugem opera sua compulerit, sic
 ut eum, si conuenit, scio fe-
 1086 cisse : eost ingenio natus.

1071 iam add. *Ritschl* 1079 ego fui *B* 1080 post 1081
cod. (prius om. propter homoeotel. ? ii. 6) : *trai. Scaliger* sed *Acida-*
lius : et *cod.* 1081 in add. *Seyffert* (i. 4) 1082 dare me ludum
meo cod. : ludum (cf. 1083) del. *Buecheler* 1083 ei des. *Goetz*,
fauente allitteratione

ACTVS V

V. 1

NICOBVLVS PHILOXENVS

NI. Quiquomque ubi sunt, qui fuerunt quique futuri sunt
 posthac
 stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
 solus ego omnis longe antideo stultitia et moribus indoctis.
 perii, pudet: hocine me aetatis ludos bis factum esse in- 1090
 digne?
 5 magi' quam id reputo, tam magis uror quae meu' filiu'
 turbauit.
 perditu' sum atque eradicatus sum, omnibus exemplis ex-
 crucior.
 omnia me mala consectantur, omnibus exitiis interii.
 Chrysalu' med hodie lacerauit, Chrysalu' me miserum
 spoliauit:
 is me scelus auro usque attondit dolis doctis indoctum ut 1095
 lubitumst.
 10 ita miles memorat meretricem esse eam quam ille uxorem
 esse aiebat,
 omniaque ut quidque actum est memorauit, eam sibi hunc
 annum conductam,
 relicuom id auri factum quod ego ei stultissimus homo pro-
 misissem:
 hoc, hoc est quod <cor> peracescit; hoc est demum quod
 percrucior,
 me hoc aetatis ludificari, immo edepol sic ludos factum 1100

1087 ubique *B* (*i. e.* ubiq'?): ubi ubi *Ital.*, *Leo* cui fuerunt displicet
 1091 quae *Camerarius*: quem *cod.* 1092 atque *Hermann*: atque
 [etiam] *cod.* (iv. 3) crucior *PCD* 1097 memorat *e. s.* in *h.*
Mueller (*Rhein. Mus.* 54, 384) membrât, *i. e.* -ã(u)ît, *vix Plautinum*
 1099 quo *Ritschl* cor *add.* *Seyffert* peraccessit *cod.*

cano capite atque alba barba miserum me auro esse emun- 15
ctum.

perii, hoc seruum meum non nauci facere esse ausum!
atque ego, si alibi
plus perdiderim, minus aegre habeam minu'que id mihi
damno ducam.

PH. certo hic prope me mihi nescioquis loqui uisust; sed
quem uideo?

1105 hicquidemst pater Mnesilochi. NI. eugae, socium aerumnae
et mei mali uideo.

Philoxene, salue. PH. et tu. unde agis? NI. unde homo 20
miser atque infortunatus.

PH. at pol ego ibi sum, esse ubi miserum hominem decet
atque infortunatum.

NI. igitur pari fortuna, aetate ut sumus, utimur. PH. sic
est. sed tu,

quid tibist? NI. pol mihi par, idem est quod tibi.

1110 PH. numquidnam ad filium haec aegritudo attinet?

NI. admodum. PH. idem mihi morbus in pectore est. 25

NI. at mihi Chrysalus optumus homo

perdidit filium, me atque rem omnem meam.

1115 PH. quid tibi ex filio nam, opsecro, aegrest? NI. scies :
id, perit cum tuo : ambo aequae amicas habent.

PH. qui scis? NI. uidi. PH. ei mihi, disperii. 30

NI. quid dubitamus pultare atque huc euocare ambos
foras?

PH. 'hau moror. NI. heus Bacchis, iube sis actutum ape-
riri fores,

nisi mauoltis fores et postis comminui securibus.

1104 certe *Langen* loqui *inusitatum, etiam loquier* 1105
hicquidem *cod.* 1106 *Philoxene suspicionem mouet* 1115 ambo
Acidalius : [atque] ambo *cod.* (*seq. aequae ; iv. 3*)

NI. haec oues uobis malam rem magnam quam debent
dabunt.

BA. si quam debes, te condono : tibi habe, numquam aps
te petam.

sed quid est quapropter nobis uos malum minitamini ?

1145 PH. quia nostros agnos conclusos istic esse aiunt duos.

NI. et praeter eos agnos meus est istic clam mordax canis : 30
qui nisi nobis producuntur iam atque emittuntur foras,
arietes truces nos erimus, iam in uos incursabimus.

BA. soror, est quod te uolo secretó. So. eho, amabo. NI.
quó illaec abeunt ?

1150 BA. senem illum tibi dedo ulteriorem, lepide ut lenitum
reddas ;

ego ad hunc iratum adgrediar. possumu' nos hos intro 35
inlicere huc.

So. meum pensum ego lepide accurabo : quam odiosum est
mortem amplexari !

BA. facito ut facias. So. taceas. tu tuom facito : ego
quod dixi hau mutabo.

NI. quid illaec illic in consilio duae secreto consultant ?

1155 PH. quid ais tu, homó ? NI. quid me uis ?

1155^a PH. pudet dicere me tibi quiddam. 40

NI. quid est quod pudeat ? PH. sed amico homini tibi
quod uolo credere certumst.

nihili sum. NI. istuc iam pridem scio. sed qui nihili's ?
id memora.

PH. tactus sum uehementer uisco ;
cor stimulo foditur. NI. pol tibi multo aequius est coxen-
dicem.

1160 sed quid istuc est ? etsi iam ego ips' quid sit prope scire 45
puto me ;

1149 am. (quid ?) *Seyffert* (cum illae) 1150 tibi dedo illum
ueteriorem *Priscianus* I, 97 et 265, *utribique* ueteriorem *testatus*
1151 (si) poss. *Ritschl* 1152 quamquam odiosus *Bergk* 1157
qui *Guietus* : quid *cod.* nihile sit *cod.* (nihili sit *B*) 1160 *vel*
ipsus probe *Leo*, cui prope *pro* 'paene' *dispicit*

uerum audire etiam ex te studeo. PH. uiden hanc? NI.

uideo. PH. hau mala est mulier.

NI. pol uero ista mala et tu nihili. PH. quid multa? ego amo.

NI. an amas? PH. *ναὶ γάρ.*

NI. tun, homo putide, amator istac fieri aetate audes? PH.
qui non?

NI. quia flagitium est. PH. quid opust uerbis? meo filio
non sum iratus,

50 neque te tuost aequom esse iratum: si amánt, sapienter 1165
faciunt.

BA. sequere hac. NI. eunt eccas tandem
probriperlecebrae et persuastrices. quid nunc? etiam red-
diti' nobis

filios et seruom? an ego experior tecum uim maiorem?
PH. abin hinc?

non homo tuquidem es, qui istoc pacto tam lepidam inle-
pide appelles.

55 BA. senex optume quantumst in terra, sine (me) hoc ex 1170
orare aps te,

ut istuc delictum desistas tanto opere ire oppugnatum.

NI. ni abeas, quamquam tu bella es, 1171^a

malum tibi magnum dabo iam. BA. patiar, non metuo ne
quid mihi doleat

quod ferias. NI. ut blandiloquast! ei mihi, metuo. So.
hic magi' tranquillust.

60 BA. i hac mecum intro atque ibi si quid uis filium conca- 1175
stigato.

NI. abin a me, scelu'? BA. sine, mea Pietas, te exorem.
NI. exores tu me?

So. ego quidem ab hoc certe exorabo. PH. inimo ego te
oro ut me intro abducas.

1162 necar *cod.* (i. 8, p. 106) 1164 opus uerbist *cod.* 1167
probrī p. *edd.*, *sed cf. Peters (Harv. Stud. 9, 118)* 1170 me *add.*
Ritschl (iii. 6) 1171^a nisi *PC^o* abetis (-ae-) *Brugmann*
1175 ij ii *cod.* (? *pro* ei; *cf.* 1181) ibi *Pylades*: abi *cod.*

So. lepidum te! PH. at scin quo pacto me ad te intro
abducas? So. mecum ut sis.

PH. omnia quae cupio commemoras.

1180 NI. uidi ego nequam homines, uerum te neminem deterio- 65
rem. PH. ita sum.

BA. i hac mecum intro, ubi tibi sit lepide uictibu', uino
atque unguentis.

NI. sati', sati' iam uostrist conuiui : me nil paenitet ut sim
acceptus :

quadrigentis Philippis filiu' me et Chrysalu' circumdu-
xerunt.

1183^a quem quidem ego ut non excruciem

alterum tantum auri non meream. BA. quid tandem si 70
dimidium auri

1185 redditur, in' hac mecum intro? atque ut eis delicta ignoscas.

PH. faciet.

NI. minime, nolo. nil moror, sine sic. malo illos ulcisci ambo.

PH. etiam tu, homo nihili? quod di dant boni caue culpa
tua amissis :

dimidium auri datur: accipias potesque et scortum accumbas.

1190 NI. egon ubi filiu' corrumpatur meus, ibi potem? PH. 75
potandumst.

NI. age iam, id ut ut est, etsi est dedecori, patiar, facere
inducam animum :

egon quom haec cum illo accubet inspectem? BA. immo
equidem pol tecum accumbam,

1192^a te amabo et te amplexabor.

NI. caput prurit, perii, uix negito. BA. non tibi uenit in
mentem, amabo,

si dum uiuas tibi bene facias tam pol id quidem esse hau 80
perlonginquom,

1180 homines *Lambinus* : hominem *cod.* 1181 i] ii *cod.* (? *pro*
ei) (*cf.* 1175) 1191 dedecori *Ritschl* : dedecorum *cod.* 1192
i. accumbet *cod.* 1193 amabo uenit in mentem *Spengel* 1194
tam *Bothe* : iam *cod.*

neque, si hoc hodie amiseri', post in morte id euenturum 1195
esse umquam?

NI. quid ago? PH. quid agas? rogitas etiam? NI. lubet
et metuo. BA. quid metuis?

NI. ne obnoxii' filio sim et seruo. BA. mel meum, amabo,
istaec fiunt.

tuost : unde illum sumere censes, nisi quod tute illi dederis?

85 hanc ueniam illis sine te exorem. NI. ut terebrat! satin
offirmatum

quod mihi erat, id me exorat? 1200

tua sum opera et propter té improbior? BA. ne tist quam
mea mauellem.

satin ego istuc habeo offirmatum? NI. quod semel dixi hau
mutabo.

BA. ite dies, ite intro accubitus,
90 filii uos exspectant intus. NI. quam quidem actutum emo-
riamur.

SO. uesper hic est, sequimini. NI. ducite nos quo lubet 1205
tamquam quidem addictos.

BA. lepide ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecere insidias.

G R E X

Hi senes nísi fuissent nihili iam indé ab adulescentia,
non hodie hoc tantum flagitium facerent canis capitibus ;
95 neque adeo haec faceremus, ní antehac uidissemus fieri
ut apud lenones riuales filiis fierent patres. 1210

spectatores, uos ualere uolumus,[et] clare adplaudere.

1195 amissis *Bothe* id *del. Ussing* 1197 istaec] etsi haec *Leo*
1198 censes sumere *cod. : traí. Weise* 1201 ne tis *Schneider* : ne
eius *Ussing* : Veneris *Elmer* (*Trans. Amer. Phil. Ass.* 32, 66) : neminis
Leo quam meam uellem *P^{CD}* 1207 GREX *Pylades* : ite *cod.* (*pro*
πάτρης vel *ω?* *cf. ad Pers.* 858) 1209 ante hoc *Langen* 1211
et *del. Bergk*

CAPTIVI

ARGVMENTVM

Captust in pugna Hegionis filius ;
Alium quadrimum fugiens servus vendidit.
Pater captivos commercatur Aleos,
Tantum studens ut natum (captum) recuperet ;
Et inibi emit olim amissum filium. 5
Is suo cum domino veste versa ac nomine
Vt amittatur fecit : ipse plectitur ;
Et is reduxit captum, et fugitivum simul,
Indicio cuius alium agnoscit filium. -

4 captum *add. Bothe*

5 in ibus *Gulielmuis*

PERSONAE

ERGASILVS PARASITVS

HEGIO SENEX

LORARIVS

PHILOCRATES ADVLESCENS } CAPTIVI

TYNDARVS SERVVS }

ARISTOPHONTES ADVLESCENS

PVER

PHILOPOLEMVS ADVLESCENS

STALAGMVS SERVVS

SCAENA IN AETOLIA

PROLOGVS

Hos quos uidetis stare hic captiuos duos,
 illi quia astant, hi stant ambo, non sedent ;
 hoc uos mihi testes estis me uerum loqui.
 senex qui hic habitat Hegio est huius pater.
 5 sed is quo pacto seruiat suo síbi patri, 5
 id ego hic apud uos proloquar, si operam datís.
 seni huic fuerunt filii nati duo ;
 alterum quadrimum puerum seruos surpuit
 eumque hinc profugiens uendit in Alide
 10 patri | huiusce. iam hoc tenetis? optumest. 10
 negat hercle illic ultimus. accedito.
 si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules,
 quando histrionem cogis mendicariet.
 ego me tua caussa, ne erres, non rupturu' sum.
 15 uos qui potestis ope uostra censerier 15
 accipite relicuom : alieno uti nil moror.
 fugitiuos ille, ut dixeram ante, huius patri
 domo quém profugiens dominum apstulerat uendit.
 is postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo
 20 peculiarem, quia quasi una aetas erat. 20
 hic nunc domi séruiat suo patri, nec scit pater ;
 enim uero di nos quasi pilas homines habent.
 rationem habetis, quo modo unum amiserit.
 postquam belligerant Aetoli cum | Aleis,

2 qui astant *cod.* hi] *vel i* 10 huiusce *vix ferendum : fort.*
 huiusce hominis (iii, p. 51) optumum est *cod.* (*ut Stich.* 537 optumum
 est *pro* optumest, 120 minimum est *pro* minimest) (*cf. ad Bacch.* 502)
 11 abscedito *Rost* 18 profugens *P^{BD}* (*cf. fort. cod.*) (vi, p. 86)
 19 is *Fleckeisen* : hic *cod* (*pro his, i. e. is?*) 22 enim *Pylades* : est
cod. 24 alidis *cod.* (*etiam P^A*) (*cf. vv.* 59, 93)

- 25 ut fit in bello, capitur alter filius. 25
 medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
 coepit captiuos commercari hic Aleos,
 si quem reperire posset qui mutet suom,
 illum captiuom : hunc suom esse nescit qui domist.
- 30 et quoniam heri indaudiuit de summo loco 30
 summoque genere captum esse equitem | Aleum,
 nil pretio parsit, filio dum parceret :
 reconciliare ut facilius posset domum,
 emit hosc' de praeda ambos de quaestoribus.
- 35 hisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum, 35
 quo pacto hic seruos suom erum hinc amittat domum.
 itaque inter se commutant uestem et nomina ;
 illic uocatur Philocrates, hic Tyndarus :
 huius illic, hic illius hodie fert imaginem.
- 40 et hic hodie expediet hanc docte fallaciam, 40
 et suom erum faciet libertatis compotem,
 eodemque pacto fratrem seruabit suom
 reducemque faciet liberum in patriam ad patrem
 imprudens : itidem ut saepe iam in multis locis
- 45 plus insciens quis fecit quam prudens boni. 45
 sed inscientes sua sibi fallacia
 ita compararuñt et confinxerunt dolum
 itaque hi commenti de sua sententia
 ut in seruitute hic ad suom maneat patrem :
- 50 ita nunc ignorans suo sibi seruit patri ; 50
 homunculi quanti sunt, quom recogito !
 haec res agetur nobis, uobis fabula.
 sed etiam est paucis uos quod monitos uoluerim.
 profecto expediet fabulae huic operam dare :

28 possit *Reiz* qui *Pareus*: cum quo *cod.* (v. 2) (*cf.* v. 101)
 30 inde audiuit *cod.* (i. 7) 31 *fort.* captiuom (*cf.* *Epid.* 564
 captiuam *pro* captam *B*) 34 e pr. (?) *Studemund* 42 ser-
 uauit *cod.*

- 55 non pertractate facta est neque item ut ceterae : 55
 neque spurcidici insunt uorsus inmemorabiles ;
 hic neque peiiurus leno est nec meretrix mala
 neque miles gloriosus ; ne uereamini
 quia bellum Aetolis esse dixi cum Aleis :
- 60 foris illi extra scaenam fient proelia. 60
 nam hoc paene iniquomst, comico choragio
 conari desubito agere nos tragoediam.
 proin si quis pugnam exspectat, litis contrahat :
 ualentiozem nactus aduorsarium
- 65 si erit, ego faciam ut pugnam inspectet non bonam, 65
 adeo ut spectare postea omnis oderit.
 abeo. ualete, iudices iustissimi
 domi, duellique duellatores optumi.

ACTVS I

ERGASILVS

1. i

- ER. Iuuentus nomen indidit 'Scorto' mihi,
 70 eo quia inuocatus soleo esse in conuiuio.
 scio apsúrde dictum hoc derisores dicere,
 at ego aio recte. nam scortum in conuiuio
 sibi amator, talos quom iacit, scortum inuocat. 5
 estne inuocatum (scortum) an non? planissime ;
- 75 uerum hercle uero nos parasiti planius,
 quos numquam quisquam neque uocat neque inuocat.
 quasi mures semper edimus alienum cibum ;
 ubi res prolatae sunt, quom rus homines eunt, 10
 simul prolatae res sunt nostris dentibus.
- 80 quasi, quom caletur, cocleae in occulto latent,

59 alidis *cod.* (*cf. v. 24*) 60 illic *cod.* 62 nos agere *cod.* :
trai. Bothe 72 aio *ita script.* ut clio (*BD*) vel dio (*PE*) *vidretur*
esse in cod. (*cf. v. 694*) (vi, p. 84) 74 (scortum) an non *Bentley* :
 an non (est? est) *Camerarius* 75 uero] uerum *cod.*

- suo sibi suco uiuont, ros si non cadit,
 item parasiti rebus prolatis latent
 15 in occúlto miseri, uicitant suco suo,
 dum ñuri rurant homines quos ligurriant.
 prolatis rebus parasiti uenatici 85
 [canes] sumus, quando res redierunt, Molossici
 odiossicique et multum incommodestici.
 20 et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti
 potes parasitus frangique aulas in caput,
 uel ire extra portam Trigeminam ad saccum licet. 90
 quod mihi ne eueniat non nullum periculum est.
 nam postquam meu' rex est potitus hostium—
 25 ita nunc belligerant Aetoli cum | Aleis ;
 nam Aetolia haec est, illi est captus [in] Alide
 Philopolemus, huius Hegionis filius 95
 senis qui hic habitat, quae aedes lamentariae
 mihi sunt, quas quotiensquomque conspicio fleo ;
 30 nunc hic ocepit quaestum hunc fili gratia
 inhonestum et maxume alienum ingenio suo :
 homines captiuos commercatur, si queat 100
 aliquem inuenire, suum qui mutet filium.
 quod quidem ego nimis quam †cupio ut impetret† ;
 35 nam ní illum recipit, nihil est quo me recipiam.
 †nulla est spes iuuentutis†, sese omnes amant ;
 ill' demum antiquis est adulescens moribus, 105
 quouis numquam uoltum tranquillau gratiis.

86 canes *del. Pylades* (iv, p. 61) red. (sumus) *Birt* : red. canes
Niemeyer (cf. *supra*) : rediere tum *Schoell* 89 potis *Camerarius*,
fort. recte 90 uel extra .. illicet *Bothe*, cui uel ñre *dispicet* 92
 Nunc *Karsten* (*Mnemos.* 21, 289) 93 alidis *cod.* (cf. v. 24) 94
 illic *cod.* (i. e. -ic?) in *del. Brix* 101 mutet *Scioppus* : cum
 mutet *cod.* (ex glossa quocum *supra* qui *scripta* ; cf. v. 28) 102-7
 post 125 *hab. cod.* (prius *om. propter homoeotel. -ium* ; ii. 6, p. 103) :
 hic *reposit* *Acidalius* 102 cupio (feri) *Schoell*, nam c. ut i. *vix*
 Plautinum imperet *cod.* 103 *uerbis* ni illum *melius resonet*
 nihilum 104 n. i. e. sp. *Bothe* - *fort.* non ulla (vii, p. 99)

condigne pater est eius moratus moribus.
 nunc ad eum pergam. sed aperitur ostium, 40
 und' saturitate saepe ego exii ebrius.

HEGIO LORARIUS ERGASILVS ii

- 110 HE. Aduorte animum sis : tú istos captiuos duos,
 heri quós emi de praeda de quaestoribus,
 is indito catenas singularias
 istas, maiores, quibu' sunt iuncti, demito ;
 sinito ambulare, si foris, si intus uolent, 5
- 115 sed uti adseruentur magna diligentia.
 liber captiuos aui' ferae consimilis est :
 semel fugiendi si data est occasio,
 satis est, numquam postilla possis prendere.
 Lo. omnes profecto liberi lubentius 10
- 120 sumu' quam seruimus. HE. non uidere ita tu quidem.
 Lo. si non est quod dem, mene uis dem ipse—in pedes ?
 HE. si dederis, erit extemplo mihi quod dem tibi.
 Lo. aui' me ferae consimilem faciam, ut praedicas.
 HE. ita ut dícis : nam si faxis, te in caueam dabo. 15
- 125 sed sati' uerborumst. cura quae iussi atque abi.
 ego ibo ad fratrem ad alios captiuos meos,
 uisam ne nocte hac quippiam turbauerint.
 ind' me continuo recipiam rusum domum.
 ER. aegre est mi hunc facere quaestum carcerarium 20
- 130 propter sui gnati miseriam miserum senem.
 sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,
 uel carnificinam hunc facere possum perpeti.
 HE. quis hic lóquitur? ER. ego, qui tuo maerore maceror,
 macesco, consenesco et tabesco miser ; 25

111 a quaest. *Fleckeisen* 112 his *cod.* 113 iuncti *an*
 uincti *incert. cod.* (v. 12) 121 men u. d. ipse *Schrader* 123
 praedicas *codd. Seruii ad Aen.* 10, 559 : predicisti *cod.* (pro prediç., i. e.
 praedicas ? vii, p. 106) 125 *cf. ad* 102-7 127 quippiam *cod.*

- ossa atque pellis sum misera—macritudine ; 135
 neque umquam quicquam me iuuat quod edo domi :
 foris aliquantillum etiam quod gusto id beat.
 HE. Ergasile, salue. ER. di te bene ament, Hegio.
- 30 HE. ne flé. ER. egone illum non fleam? egon non defleam
 talem adolescentem? HE. semper sensi filio 140
 meo te esse amicum et illum intellexi tibi.
 ER. tum denique homines nostra intellegimus bona,
 quom quae in potestate habuimus ea amisimus.
- 35 ego, postquam gnatus tuo' potitust hostium,
 expertus quanti fuerit nunc desidero. 145
 HE. alienus quom eius incommodum tam aegre feras,
 quid me patrem par facerest, quoi ille est unicus?
 ER. alienus? ego alienus illi? aha, Hegio,
- 40 numquam istuc dixis neque animum induxis tuom ;
 tibi ille únícust, mi etiam unico magis unicus. 150
 HE. laudo, malum quom amici tuom ducis malum.
 nunc habe bonum animum. ER. éheu, huic illud dolet,—
 quia nunc remissus est edendi exercitus.
- 45 HE. nullumne interea nactu's, qui posset tibi
 remissum quem dixti imperare exercitum? 155
 ER. quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam,
 quoi optigerat postquam captust Philopolemus tuos.
 HE. non pol mirandum est fugitare hanc prouinciam.
- 50 multis et multigeneribus opus est tibi
 militibus: primumdum opus est Pistorensibus ; 160
 eorum sunt aliquot genera Pistorensium :
 opu' Panicis est, opu' Placentinis quoque ;
 opu' Turdetanis, opust Ficedulensibus ;
- 55 iam maritumi omnes milites opu' sunt tibi.
 ER. ut saepe summa ingenia in occulto latent ! 165

135 miser *codd.* Nonii 136
 únícust (*vel* uncust), mihi
Camerarius: quod *cod.*
 Ficellensibus (-elie-)

148 illi *Bothe*: ille *cod.*
 155 dixit *cod.* (ii, 7)
 162 pafficeis *cod.*

150 *vix*
 157 quoi
 163 *vix* opus est

hic qualis imperator nunc priuatus est.

HE. habe módo bonum animum, nam illum confido
domum

in his diebus me reconciliassere.

nam eccum hic captiuom adulescentem Aleum, 60

170 prognatum genere summo et summis ditiis :

hoc illum me mutare—(ER.) confido fore.

[ER.] ita di deaeque faxint. sed num quo foras
uocatus (es) ad cenam? HE. nusquam, quod sciam.

sed quid tu id quaeris? ER. quia mi est natalis dies ; 65

175 propterea (a) te uocari ad te ad cenam uolo.

HE. facete dictum ! sed si pauxillum potes
contentus esse. ER. ne perpauxillum modo,
nam istoc me adsiduo uictu delecto domi ;

180 age sis, roga emptum : ‘ nisi qui meliorem adferet
quae mihi atque amicis placeat condicio magis,’ 70

HE. profundum uendis tu quidem, hau fundum, mihi.
sed si uenturu’s, temperi. ER. em, uel iam otium est.

185 HE. i modo, uenare leporem : nunc irim tenes ; 75
nam meu’ scruposam uictus commetat uiam.

ER. numquam istoc uinces me, Hegio, ne postules :
cum calceatis dentibus ueniam tamen.

HE. asper meu’ uictus sane est. ER. sentisne essitas?

HE. terrestris cena est. ER. sus terrestris bestia est. 80

190 HE. multis holeribus. ER. curato aegrotos domi.

numquid uis? HE. uenias temperi. ER. memorem
mones.—

HE. ibo intro atque intus subducam ratiunculam,

169 fort. (alium) A., nam hiatus nam | eccum | hic displicent
171 ER. hic posui fore] pote Mueller 172 deque (pro deequ)
cod. 173 es add. Ital. 175 a add. Schoell ad te ad cenam
Schoell: ad te nam corr. ex ad te ad te nam cod. ut vid. 176 pauxillio
‘libri vetres plerique’ Lambini 177 contemptus cod. 179
aie cod. 185 non cod. (? pro n̄ ; vii. 2)

quantillum argenti mi apud tarpezitam siet.
 85 ad fratrem, quo ire dixeram, mox iuero.—

ACTVS II

II. i LORARI TYNDARVS
 PHILOCRATES

- Lo. Si di immortales id uoluerunt, uos hanc aerumnam 195
 exsequi,
 decet id pati animo aequo: si id facietis, leuior labos erit.
 domi fuistis, credo, liberi:
 nunc seruitus si euenit, ei uos morigerari mos bonust
 5 et erili imperio eamque ingeniis uostris lenem reddere.
 indigna digna habenda sunt, erus quae facit. CA. oh! 200
 oh! oh!
 Lo. euolatione haud opus est, [multa] oculis multa mira
 †clitist†:
 in re mala animo si bono utare, adiuuat.
 Ty. at nos pudet, quia cum catenis sumus. Lo. at pigeat
 postea
 10 nostrum erum, si uos eximat uinclis,
 aut solutos sinat quos argento emerit. 205
 Ty. quid a nobis metuit? scimu' nos
 nostrum officium quod est, si solutos sinat. 206^a
 Lo. at fugam fingitis: sentio quam rem agitis.
 15 PHILOC. nos fugiamus? quo fugiamus? Lo. in patriam.
 PHILOC. apage, hau nos id deceat,
 fugituios imitari. Lo. immo edepol, si erit occasio, hau
 dehortor.

∞ 199 eamque et erili imperio *cod.*: *corr. Nettleship* 201 *fort.*
 multa oc. (*abl.*) muti *fort. aitis (cf. v. 72)* 204 si suos . . . uin-
 culis (*ita cod.*) *Spengel, ut tetram. cretic. fiat* 205 sinat *Ital.*: sinat-
 [que] *cod.* (*iv. 5, p. 61*) 207 agis *Hermann, ut tetram. cretic. fiat*

- 210 Ty. unum exorare uos sinite nos. Lo. quidnam id est?
 211 Ty. ut sine hisce arbitris
 atque uobis nobis detis locum loquendi.
- 213 Lo. fiat. apscedite hinc : nos concedamus huc. sed
 214 breuem orationem incipisse.
- 215 Ty. ém istuc mihi certum erat. concede huc. Lo. [ab] 20
 ite ab istís. Ty. obnoxii ambo
 uobis sumu' propter hanc rem, quom quae uolumu' nos
 copia est ; ea facitis nos compotes.
 PHILOC. secede huc nunciam, si uidetur, procul,
 220 ne arbitri dicta nostra arbitrari queant
 neu permanet palam haec nostra fallácia. 25
 nam doli non doli sunt, ni(sí) astu colas,
 sed malum maxumum, si id palam prouenit.
 nam sí erus míhi es tú atque ego me tuom esse seruom
 adsimulo,
 225 tamen uíso opust, cauto est opus, ut hoc sóbrie sineque
 arbitris
 accurate agatur, docte et diligenter ; 30
 tanta incepta res est : hau somniculose hoc
 agendum est. Ty. ero ut me uoles esse. PHILOC. spero.
 Ty. nam tu nunc uides pro tuo caro capite
 230 carum offerre (me) meum caput uilitati.
 PHILOC. scio. Ty. at scire memento, quando id quod 35
 uoles habebis ;
 nam fere maxuma pars morem hunc homines habent : quod
 sibi uolunt,
 dum id impetrant, boni sunt ;
 sed id ubi iam penes sése habent,
 235 ex bonis pessumi et fraudulentissimi
 fiunt. PHILOC. nunc ut mihi te uolo esse autumo. 40

215 ite scripsi (cf. ad Amph. 32)

226 [hoc] agatur cod. : corr. Guietus

Vilitati (quasi deae)

septenarius fiat

224 tu mihi es Hermann

230 me add. Bentley vel

Fleckeisen, ut iamb.

231 memento scire Fleckeisen, ut iamb.
 236 fiunt Hermann : sunt cod. (s pro f)

quod tibi suadeam, suadeam meo patri.

pol ego si te audeam, meum patrem nominem :

nam secundum patrem tu's pater proximus.

TY. audio. PHILOC. et propterea saepius te uti memineras 240

moneo :

45 non ego erus tibi, sed seruos sum ; nunc opsecro te hoc

unum—

quoniam nobis di immortales animum ostenderunt suom,

ut qui erum me tibi fuisse atque esse nunc conseruom uelint,

quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per

precem—

per fortunam incertam et per mei te erga bonitatem patris, 245

50 perqu' conseruitium commune, quod hóstica euenit manu,

ne me secus honore honestes quam quom seruibas mihi,

atque ut qui fueris et qui nunc sis meminisse ut memineras.

TY. scio equidem me te esse nunc et te esse me. PHILOC.

ém istuc si potes.

memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia. 250

ii HEGIO PHILOCRACTES TYNDARVS

HE. Iam ego reuortar intro, si ex his quae uolo exquisiuero.—

ubi sunt isti quos ante aedis iussi huc produci foras ?

PHILOC. edepol tibi ne in quaestione essemus cautum in-

tellego,

ita uinclis custodiisque circummoeniti sumus.

5 HE. qui cauet ne decipiatur uix cauet quom etiam cauet ; 255

etiam quom cauisse ratus est saepe is cautor captus est.

an uero non iusta caussa est ut uos seruem sedulo,

quos tam grandi sim mercatus praesenti pecunia ?

PHILOC. neque pol tibi nos, quia nos seruas, aequomst uitio

uortere,

237 suadeo suadeam *Camerarius* 240 *vel* ted ut (ut *cod.*) 243
 nunc *del. Bothe*, cui esse nunc (*vel* ess' nunc) *displicet* 244 quom
Fleckeisen, fort. recte 249 equidem *Luchs (Herm. 6, 277)*: quidem
cod. 253 cautum intellego *Hegioni dat B³ (cf. Journ. Phil. 26, 289)*
 259 aequomst uitio *Camerarius*: equom *stulcio cod.*

- 260 neque te nobis, si abeamus hinc, si fuit occasio. 10
 HE. ut uos hic, itidem illi apud uos meu' seruetur filius.
 PHILOC. captus est? HE. ita. PHILOC. non igitur nos
 soli ignaui fuimus.
 HE. secede huc. nam sunt ex te quae solo scitari uolo.
 quarum rerum te falsiloquom mi esse nolo. PHILOC. non ero
 265 quod sciam. si quid nesciui, id nescium tradam tibi. 15
 TY. nunc senex est in tostrina, nunc iam cultros adinet.
 ne id quidem, inuolucris inicere, uoluit, uestem ut ne inquinet.
 sed utrum strictimne attonsurum dicam esse an per pectinem
 nescio; uerum, si frugis, usque admutilabit probe.
 270 HE. quid tu? seruosne esse an liber mauelis, memora mihi. 20
 PHILOC. proximum quod sit bono quodque a malo longis-
 sume,
 id uolo; quamquam non multum fuit molesta seruitus,
 nec mihi secus erat quam si essem familiaris filius.
 TY. eugepae! Thalem talento non emam Milesium,
 275 nam ad sapientiam huius (hominis) nimius nugator fuit. 25
 ut facete orationem ad seruitutem contulit!
 HE. quo de genere natust illic Philocrates? PHILOC. Poly-
 plusio:
 quod genus illi est unum pollens atque honoratissimum.
 HE. quid ipse hic? quo honore est illic? PHILOC. summo,
 atque ab summis uiris.
 280 HE. tum igitur ei quom fin Aleis tanta gratia est, ut prae- 30
 dicas,
 quid diuitiae, suntne opimae? PHILOC. unde excoquat
 sebum senex.

263 quae ex te *cod.*: *trai. Camerarius* (p. 115) 265 nescibo
Acidalius 266 cultro os *Scyffert* 269 admutilabit *cod.*
 274 euge petalem (*unde euge potalem PE*) *cod.* talento (*corr. PE*)
cod. 275 hominis *add. Niemeyer* (iii, p. 51): {nimiam} *Schoell*
 279 *vel illi* 280 *del. Ussing* in A. tam *Niemeyer, metro consulens*:
 in illis tanta *Brix vix* tanta g. in Aleis 281 opimae *Camerarius*:
 optume *cod.* (v. 12)

HE. quid pater? uiuatne? PHILOC. uiuom, quom inde abi-
mus, liquimus ;
nunc uiuatne necne, id Orcum scire oportet scilicet.

TY. salua res est, philosophatur quoque iam, non mendax
modo est.

35 HE. quid erat ei nomen? PHILOC. Thensaurochrysonico- 285
chrysidēs.

HE. uidelicet propter diuitias inditum id nomen quasi est.

PHILOC. immo edepol propter auaritiam ipsius atque auda-
ciam.

nam illi quidem Theodoromedes fuit germano nomine.

HE. quid tu ais? tenaxne pater est eius? PHILOC. immo
edepol pertēnax ;

40 quin etiam ut magi' noscas : Genio suo ubi quando sacru- 290
ficat,

ad rem diuinam quibus est opu', Samiis uasis utitur,
ne ipse Genius surrupiat : proinde aliis ut credat uide.

HE. sequere hac me igitur. eadem ego ex hoc quae uolo
exquaesiuro.

Philocrates, hic fecit hominem frugi ut facere oportuit.

45 nám ego ex hoc quo genere gnatus sis scio, hic fassust mihi ; 295
haec tu eadem si confiteri uis, tua re feceris :

quae tamen scio scire me ex hoc. TY. fecit officium hic
suom,

quom tibi est confessus uerum, quamquam uolui sedulo
meam nobilitatem occultare et genus et diuitias meas,

50 Hegio ; nunc quando patriam et libertatem perdididi, 300
non ego istunc me potius quam te metuere aequom censeo.
uis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabilis ;
memini, quom dicto haud audebat : facto nunc laedat licet.

283 uiuatne *Bothe* : uiuat *cod.* 285 quid *Brix*, secundum morem
Plautinum : quod *cod.* 288 *del. Bothe* ; sed *Phil. secum (vel Tyndarus)*
loquitur vel illic 289 *pertinax cod.* 290 vel *mage* 291 opus
est *Ital.* 296 (ex) tua *Studemund* 297 scio *suspectum* : scito
V² : fort. sci 298 quamquam *Camerarius* : quam *cod.*

sed uiden ? fortuna humana fingit artatque ut lubet :

305 me qui liber fueram seruom fecit, e summo infumum ; 55
 qui imperare insueram, nunc alterius imperio opsequor.
 et quidem si, proinde ut ipse fui imperator familiae,
 habeam dominum, non uerear ne iniuste aut grauiter mi
 imperet.

Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non uis, uolueram.

310 HE. loquere audacter. TY. tam ego fui ante liber quam 60
 gnatus tuos,

tam mihi quam illi libertatem hostilis eripuit manus,
 tam ille apud nos seruit quam ego nunc hic apud te seruiο.
 est profecto deu', qui quae nos gerimus auditque et uidet :

315 bene merenti bene profuerit, male merenti par erit. 65
 quam tu filium tuom tam pater me meu' desiderat.

HE. memini ego istuc. sed faterin eadem quae hic fassust
 mihi ?

TY. ego patri meo esse fateor summas diuitias domi
 meque summo genere gnatum. sed te optestor, Hegio,

320 ne tuom animum auariorem faxint diuitiae meae : 70

ne patri, tam etsi unicu' sum, decere uideatur magis,
 me saturum seruire apud te sumptu et uestitu tuo
 potius quam illi, ubi minime honestumst, mendicantem uiuere.

HE. ego uirtute deum et maiorum nostrum diues sum satis.

325 non ego omnino lucrum omne esse utile homini existumo : 75

scio ego, multos iam lucrum lutulentos homines reddidit ;
 est etiam ubi profecto damnum praestet facere quam lucrum.
 odi ego aurum : multa multis saepe suasit perperam.

nunc hoc animum aduerte, ut ea quae sentio pariter scias.

330 filiu' meus illic apud uos seruit captus Alide : 80

309 uoluerim *Brix*

unicus (*vix uncus*) *verb. dactyl. in tertio pede suspectum* : sum unicus
Mueller, cui patri non displicet

item Aul. 166 ; del. Ritschl

317 *istoc cod., antiqua forma*

decore (*adiectiv.*) *Schoell*

326 *luculentos P^ED*

329 *aduortite*

330 *vel filius m. illi*

eum si reddis mihi, praeterea unum nummum ne duis,
et te et hunc amittam hinc. alio pacto abire non potes.

Ty. optimum atque aequissimum oras optimumque homi-
num es homo.

sed is priuatam seruitutem seruit illi an publicam?

85 HE. priuatam medici Menarchi. PHILOC. pol isquidem 335
huius est cluens.

tam hoc quidem tibi in procliui quam imber est quando pluit.

HE. fac is homo ut redimatur. Ty. faciam. sed te id oro,
Hégio,—

HE. quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam. Ty. ausculta,
tum scies.

ego me amitti, donecum ille huc redierit, non postulo.

90 uerum te quaeso [ut] aestumatum hunc mihi des, quem 340
mittam ad patrem,

ut is homo redimatur illi. HE. immo alium potius misero
hinc, ubi erunt indutiae, illuc, tuom qui conueniat patrem,
qui tua quae tu iusseris mandata ita ut uelis perferat.

Ty. at nihil est ignotum ad illum mittere: operam luseris.

95 hunc mitte, hic transactum reddet omne, si illuc uenerit. 345

nec quemquam fidelio rem neque quoi plus credat potes
mittere ad eum nec qui magi' sit seruos ex sententia,
neque adeo quoi suom concredat filium hodie audacius.
ne uereare, meo periclo huius ego experiar fidem,

100 fretus ingenio eius, quod me esse scit erga sese beniuolum. 350

HE. mittam equidem istunc aestumatum tua fide, si uis.

Ty. uolo;

quam citissime potest, tam hoc cedere ad factum uolo.

HE. num quae caussa est quin, si ille huc non redeat, uiginti
minas

332 vel ted 333 homo es corr. es homo ut uid. (ē homo PE)
335 PHILOC.] Ty. Ital. is] hic cod. 337 sed ted oro hoc Brix 340
te del. Brix: ut del. Bosscha 342 conuenit cod. 345 omne trans-
actum reddet cod.: trai. Quietus 346 nequemquam cod. 347 nequi
cod. vel mage 348 tuum Ital. 349 vel periculo fidem Ital.: uice
fidem cod. (iv. 3) 350 vel ess' erga se B: sese erga Schoell

mihi des pro illo? Ty. óptima immo. He. soluite istum
 nunciam,
 355 atque utrumque. Ty. di tibi omnes omnia optata offerant, 105
 quom me tanto honore honestas quomque ex uinclis eximis.
 hoc quidem hau molestumst iam, quod collus collari caret.
 He. quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida est
 bonis.
 nunc tu illum si illo es missurus, dice, demónstra, praecipe
 360 quae ad patrem uis nuntiari. uin uocem huc ad te? Ty. 110
 uoca.

HEGIO PHILOCRATES TYNDARVS iii

He. Quae res bene uortat mihi in eoque filio
 uobisque, uolt te nouos erus operam dare
 tuo ueteri domino, quod is uelit, fideliter.
 nam ego te aestumatum huic dedi uíginti minis,
 365 hic autem te ait mittere hinc uelle ad patrem, 5
 meum út illic redimat filium, mutatio
 inter me atque illum ut nostris fiat filiis.
 PHILOC. utroque uorsum rectumst ingenium meum,
 ad ted atque illum ; pro rota me uti licet :
 370 uel ego huc uel illuc uortar, quo imperabitis. 10
 He. tute tibi tuopte ingenio prodes plurimum,
 quom seruitutem ita fers ut (eam) ferri decet.
 sequere. em tibi hominem. Ty. gratiám habeo tibi,
 quom copiam istam mi et potestatem facis,
 375 ut ego ad parentes hunc remittam nuntium, 15
 qui me quid rerum hic agitem et quid fieri uelim
 patri meo ordine omnem rem illuc perferat.

355 offerant *Fleckeisen* : ferant *cod.* 357 collari *Donatus* (*G. L. 3. 393*) *ut vid.* : collaria *cod.* 359 monstra *Camerarius*
 364 te huic dedi aestumatum *Bothe* : fort. aest. huic te dedi 369
 atque ad illum *PE* 371 tibi *Fleckeisen* : tibi [ea] *cod.* (*cf. v. 372*)
 372 eam *add. Schoell ex v. 371, nam itā vix Plautinum*

- nunc ita conuenit inter me atque hunc, Tyndare,
 ut te aestumatum in Alidem mittam ad patrem,
 20 si non rebitas huc, ut uiginti minas 380
 dem pro te. PHILOC. recte conuenisse sentio.
 nam pater exspectat aut me aut aliquem nuntium
 qui hinc ad se ueniat. TY. ergo animum aduortas uolo
 quae nuntiare hinc te uolo in patriam ad patrem.
- 25 PHILOC. Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo 385
 ut potissimum quod in rem recte conducat tuam,
 id petam | id persequarque corde et animo atque auribus.
 TY. facis ita ut te facere oportet. nunc animum aduortas
 uolo :
 omnium primum salutem dicito matri et patri
- 30 et cognatis et si quem alium beneuolentem uideris ; 390
 me hic ualere et seruitutem seruire huic homini optumo,
 qui me honore honestiorem semper fecit et facit.
 PHILOC. istuc ne praecipias, facile memoria memini tamen.
 TY. nam equidem, nisi quod custodem habeo, liberum me
 esse arbitror.
- 35 dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit 395
 de huius filio. PHILOC. quae memini, mora mera est mo-
 nerier.
 TY. ut eum redimat et remittat nostrum huc amborum
 uicem.
 PHILOC. meminero. HE. at quam primum pote : istuc in
 rem utriquest maxume.
 PHILOC. non tuom tu magi' uidere quam ille suom gnatum
 cupit.

380 huic *Loman* 387 id petam idque persequar *Cambrarius* :
fort. id petamque persequarque (vii. 1) uiribus *J* 392 fecit
 et semper *Wilamowitz* 394 equidem *Lambinus* : quidem *cod.*
 (*scd* nam eq. *usitatum*) 395 cum hoc mihi *Pylades* : mihi cum
 hoc (nunc) *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 385), *uitantes hiatus* cum | hoc
 398 pote *Spengel* : poteris *cod.* (i. 7) 399 *vel* mage

- 400 HE. meu' mihi, suo' quoique est carus. PHILOC. numquid 40
aliud uis patri
nuntiarī? Ty. me hic ualere et (tute audacter dicito,
Tyndare) inter nos fuisse ingenio hau discordabili,
neque te commeruisse culpam (neque me aduorsatum tibi)
beneque ero gessisse morem in tantis aerumnis tamen ;
405 neque med umquam deseruisse te neque factis neque fide, 45
rebus in dubiis, egenis. haec pater quando sciet,
Tyndare, ut fueris animatus erga suom gnatum atque se,
numquam erit tam auarus quin te gratiis emittat manu :
et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.
410 nam tua opera et comitate et uirtute et sapientia 50
fecisti ut redire liceat ad parentes denuo,
quóm apud hunc confessus es et genus et diuitias meas :
quo pacto emisisti e uinclis tuom erum tua sapientia.
PHILOC. feci ego ita ut commemoras, et te meminisse id
gratum est mihi.
415 merito tibi ea éuenerunt a me ; nam nunc, Philocrates, 55
si ego item memorem quae med erga multa fecisti bene,
nox diem adimat ; nam quasi seruos [meus] esses, nihilo
setius
(tu) mihi opsequiosus semper fuisti. HE. di uostram
fidem,
hominum ingenium liberale ! ut lacrimas excutiunt mihi !
420 uideas corde amare inter se. quantis * laudibus 60
suom erum seruos conlaudauit ! PHILOC. pol istic me hau
centessumam
partem laudat quam ipse meritust ut laudetur laudibus.

403 te aduorsatum mihi *Brix* 408 gratus *cod.* (cf. *Curc.* 6
ingratus *pro* ingratiis) manu emittat gratiis *Brix*, cui gratiis displicet
413 exemisti *T* (?), *fort. recte* 414 ita *Bothe* : ista *cod.* (cf. *Trim.*
1170 istast *pro* itast), *forma vix Plautina* 415 (sed) merito
Brix 416 me *cod.* 417 quasi *Fleckeisen* : si *cod.* meus *del.*
Guietus : mi *Bentley* sis *Fleckeisen* 420 *fort.* i. sese c. a. laudi-
bus (*B³*) an laudauit (*PBD*) *cod. incert.* : *fort.* (erus hunc) laudibus

HE. ergo quom optume fecisti, nunc adest occasio
bene facta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.

65 PHILOC. magi' non factum possum uelle quam opera ex- 425
periar persequi ;

id ut scias, Iouem supremum testem laudo, | Hegio,
me infidelem non futurum Philocrati. HE. probus es homo.

PHILOC. nec me secus umquam ei facturum quicquam quam
memet mihi.

TY. istaec dicta te experiri ét opera et factis uolo ;

70 et, quo minu' dixi quam uolui de te, animum aduortas uolo, 430
atque horunc uerborum caussa caue tu mi iratus fuas ;

sed, te quaeso, cogitato hinc mea fide mitti domum
te aestumatum, et méam esse uitam hic pro te positam
pignori,

ne tu me ignores, quom extemplo meo e conspectu apsces-
seris,

75 quom me seruom in seruitute pro ted hic reliqueris 435

tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras
neque des operam pro me ut huius huc reducem facias
filium ;

scito te hinc minis uiginti aestumatum mittier.

fac fidele sis fidelis, caue fidem fluxam geras :

80 nam pater, scio, fáciat quae illum facere oportet omnia ; 440

serua tibi in perpetuom amicum mé, atque hunc inuentum
inueni.

haec per dexteram tuam te dextera retinens manu
opsecro, infidelior mihi ne fuas quam ego sum tibi.

tu hoc age. tu mihi erus nunc es, tu patronus, tu pater,

85 tibi commendo spes opesque meas. PHILOC. mandauisti 445
satis.

425 *vel mage* 426 laudo *testatur Nonius* 335 : do *cod.* me, Hegio,
infidelem (?) *Leo* 431 caue tu *Bentley* : caueto *cod.* sed caueto-mi
vix ferendum 432 mea *Camcrarius* : [te] mea *cod.* (iv. 2) 437 huius
huc *scripsi* : huius huius *cod.* (huius *scyuel Pi*) 438 *secl. Brix* 439
fidelis sis *fideli cod.* *Nonius* 512 *testatur* fidele 'pro fideliter'
feras codd. Nonii 444 nunc erus *Camcrarius*

satin habes, mandata quae sunt facta si refero? Ty. satis.

PHILOC. et tua et tua huc ornatus reueniam ex sententia.

numquid aliud? Ty. ut quam primum possis redeas.

PHILOC. res monet.

HE. sequere me, uiaticum ut dem á tarpezita tibi,

450 eadem opera a praetore sumam syngraphum. Ty. quem 90
syngraphum?

HE. quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut
liceat domum.

tu intro abi. Ty. bene ambulato.—PHILOC. bene uale.

HE. edepol rem meam

constabiliui, quom illos emi de praeda a quaestoribus;

expediui ex seruitute filium, si dis placet.

455 at etiam dubitauí, hos homines emerem an non emerém, diu. 95

seruate istum sultis intus, serui, ne quoquam pedem

ecferat sine custode. ego * apparebo domi;

ad fratrem modo (ad) captiuos alios inuiso meos,

eadem percontabor ecquis hunc ádulescentem nouerit.

460 sequere tu, te ut amittam; ei rei primum praeuorti uolo.— 100

ACTVS III

ERGASILVS

III. i

ER. Miser homo est qui ipse sibi quod edit quaerit et id
aegre inuenit,

sed ille est miserior qui et aegre quaerit et nihil inuenit;

ille miserrumust, qui quom esse cupit, (tum) quod edit non
habet.

nam hercle ego huic die, si liceat, oculos ecfodiam lubens,

465 ita malignitate onerauit omnis mortalis mihi;

5

457 custodela *Gruterus* (iam) ego *Bothe*: ego (desubito) *Schoell*
458 ad *add. Fleckeisen. secundum morem Plautinum* 461 *vel*
ipsus 463 tum *add. Niemeyer*

- neque ieiuniosiore[m] neque magis ecfertum fame
 uidi nec quoi minu' procedat quidquid facere occeperit,
 ita[que] uenter gutturque resident essurialis ferias.
 ilicet parasiticae arti maxumam malam crucem,
 10 ita iuuentus iam ridiculos inopesque ab se segregat. 470
 nil morantur iam Lacones unisubseli uiros,
 plagipatidas, quibu' sunt uerba sine penu et pecunia :
 eos requirunt qui lubenter, quom ederint, reddant domi ;
 ipsi opsonant, quae parasitorum ante erat prouincia,
 15 ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt 475
 quam in tribu sontes aperto capite condemnant reos ;
 neque ridiculos iam terrunci faciunt, sese omnes amant.
 nam uti dudum hinc abii, accessi ad adulescentes in foro.
 'saluete' inquam. 'quo imus una?' inquam : [ad prandium]
 atque illi tacent.
 20 'quis ait "hoc" aut quis profitetur?' inquam. quasi muti 480
 silent,
 neque me rident. 'ubi cenamus?' inquam. atque illi
 abnuont.
 dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus,
 quibu' solebam menstrualis epulas ante adipiscier :
 nemo ridet ; sciui extemplo rem de compecto geri ;
 25 ne canem quidem irritatam uoluit quisquam imitariet, 485
 saltem, si non adriderent, dentes ut restringerent.
 abeo ab illis, postquam uideo me sic ludificariet ;
 pergo ad alios, uenio ad alios, deinde ad alios : una res !
 omnes <de> compecto rem agunt, quasi in Velabro olearii.
 30 nunc redeo inde, quoniam me ibi uideo ludificariet. 490
 item alii parasi frustra obambulabant in foro.
 nunc barbarica lege certumst ius meum omne persequi :

467 qui *cod.* 468 ita *Pylades* 470 se *Camerarius* : sese *cod.*
 (seq. se-) 476 in tribu quam ap. *Niemeyer*. quo magis resonet hic
 versus *priori* aperto capite sontes *cod.* : *trai Brix* (i, p. 37) 478
 nam <ego> ut (*ita cod.*) *Bothe* 479 ad prandium *delevi* (iv, p. 79)
 489 de *add. Fleckeisen*

qui consilium iniere, quo nos uictu et uita prohibeant,
 is diem dicam, inrogabo multam, ut mihi cenas decem
 495 meo arbitrato dent, quom cara annona sit. sic egero. 35
 nunc ibo ad portum hinc : est illic mi una spes cenatica ;
 si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cenam asperam.—

HEGIO

ii

HE. Quid est suauiu' quam bene rem gerere
 bono publico, sicut ego feci heri, quom
 500 emi hosce homines : ubi quisque uident,
 eunt obuiam gratulanturque eam rem.
 502 ita me miserum restitendo retinendo[que] lassum reddi- 5
 503 derunt :
 uix ex gratulando miser iam eminebam.
 505 tandem abii ad praetorem ; ibi uix requieui :
 rogo syngraphum : datur mi ilico : dedi Tyndaró : ille abiit
 domum.
 inde ilico praeuortor domum, postquam id actum est ;
 ego protinus ad fratrem inde abii, mei ubi sunt alii captiui. 10
 rogo Philocratem ex Alide ecquis omnium no[ue]rit :
 510 tandem hic exclamat eum sibi esse sodalem ;
 dico eum esse apud mé ; hic extemplo orat opsecratque
 eum sibi ut liceat uidere :
 iussi ilico hunc exsolui. nunc tu sequere me, 15
 514 ut quod me orauisti impetres, eum hominem uti conuenias.—
 515

TYNDARVS

iii

Ty. Nunc illud est quom me fuisse quam esse nimio mauelim :
 nunc spes opes auxiliaque a me segregant spernuntque se.
 hic illest dies quom nulla uitae meae salus sperabilest,

493 concilium *cod.* 496 *vel illi* 503 *que del. Hermann*
 507 *reuortor B* 508 *ego Skutsch : eo cod. (v. 12, p. 74)* 509
 hominum *Hermann* 511 *eum om. B (add. post esse B³)*
 515 *uti] ut cod.* 517 *se Dousa : me cod.*

neque exitium exitio est neque adeo spes, quae mi hunc
aspellat metum,

5 nec subdolis mendaciis mihi usquam mantellum est meis, 520
nec sycophantiis nec fucis ullum mantellum obuiam est,
neque deprecatio perfidiis meis nec malefactis fuga est,
nec confidentiae usquam hospitium est nec deuorticulum
dolis :

operta quae fuere aperta sunt, patent praestigiæ, om-
-nis res palam est,

10 neque de hac re negotium est 525
quin male occidam oppetamque pestem eri uicem—meamque.
perdidit me Aristophontes hic modo qui uenit intro ;
is me nouit, is sodalis Philocrati et cognatus est.
neque iam Salus seruare, si uolt, me potest, nec copia est,
15 nisi si aliquam corde machinor astutiam. 530
quam, malum ? quid machiner ? quid comminiscar ? maxu-
mas

nugas, ineptiam incipisse. haereo.

iv HEGIO TYNDARVS ARISTOPHONTES

HE. Quo ïllū nūc hōinē prōripūissē forās sē dīcam
ēx aēdībūs ?

TY. nunc enim uero ego occidi: eunt ad te hostes, Tyndare.
quid loquar ? quid fabulabor ? quid negabo aut quid 535
fatebor [mihi] ?

res omnis in incerto sita est. quid rebus confidam meis ?

5 utinam te di priu' perderent quam periisti e patria tua,
Aristophontes, qui ex parata re inparatam omnem facis.
occisa est haec res, nisi reperio atrocem mi aliquam astutiam.

519 exitium *Pontanus* 'cx cod. vet.': exitium *cod.* (L pro T)
520 mendaciis (-tus *PE*) subdolis *cod.*: *tra*, *Pylades* 521
sccl. Langen nec hi s. *codd. schol. Verg. Georg. 4, 377*: ne *cod.*
(nec *J*) 522 precatio *PE* 527 qui uenit modo intro *cod.*:
traici: qui intro uenit modo *Camerarius* 531 qua *cod.* (quam *PJ*)
532 ineptias *cod.*: *correxi* *fort.* *maximast* Nugas ineptia incipissere.
haereo. 534 *vel* *ted* 535 mihi *del. Lindemann, qui in v.*
534 Tyndare. ei mihi *scribit* 538 rem *Redslob*

- 540 HE. sequere. em tibi hominem. adi, atque adloquere.
 TY. quis homost me hominum miserior?
 AR. quid istuc est quod meos te dicam fugitare oculos,
 Tyndare,
 proque ignoto me aspernari, quasi me numquam noueris? 10
 equidem tam sum seruos quam tu, etsi ego domi liber fui,
 tú usque a puero seruitutem seruiuisti in Alide.
- 545 HE. edepol minime miror, si te fugitat aut oculos tuos,
 aut si te odit, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.
 TY. Hegió, hic homo rabiosus habitus est in Alide, 15
 ne tu quod istic fabuletur auris immittas tuas.
 nam istic hastis insectatus est domi matrem et patrem,
 550 et illic isti qui sputatur morbus interdum uenit.
 proin tu ab istóc procul recedas. HE. ultro istum a me!
 AR. ain, uerbero?
 me rabiosum atque insectatum esse hastis meum memoras 20
 patrem,
 et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier?
 HE. ne uerere, multos iste morbus homines macerat,
 555 quibus insputari saluti fuit atque is profuit.
 AR. quid tu autem? etiam huic credis? HE. quid ego
 credam huic? AR. insanum esse me?
 TY. uiden tu hunc quám inimico uoltu intuitur? concedi 25
 optumumst,
 Hegio: fit quod tibi ego dixi, gliscit rabies, caue tibi.
 HE. credidi esse insanum extemplo, ubi te appellauit
 Tyndarum.
- 560 TY. quin suom ipse interdum ignorat nomen neque scit
 qui siet.
 HE. at etiam te suom sodalem esse aibat. TY. hau uidi
 magis.

547 istic *Luchs* 550 insputatur *Pylades* 'ex cod. ant.,' fort. recte
 (v. 9, 8) 553 *vel med* 554 TY. Ne *Redslob* fort. homines
 morbus (i, p. 37) 557 intuetur *cod.* 558 sit *PE* (s *prof*): id
Schoell, cui *Hegio* displicet 560 Quin *Pontanus*: Quia *cod.*

- 30 et quidem Alcúmeus atque Orestes et Lycurgus postea
 una opera mihi sunt sodales qua iste. AR. at etiam, furcifer,
 male loqui mi audes? non ego te noui? HE. pol planum
 id quidem est,
 non nouisse, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate. 565
 quem uides, eum ignóras : illum nominas quem non uides.
- 35 AR. immo iste eum sese ait qui non est esse et qui uero
 est negat.
 TY. tú enim repértu's, Philocratem qui superes ueriuerbio.
 AR. pol ego ut rem uideo, tu inuentu's, uera uanitudine
 qui conuincas. sed quaeso hercle, agedum aspice ad me. 570
 TY. em. AR. dic modo :
 〈tun〉 negas te Tyndarum esse? TY. négo, inquam. AR.
 tún te Philocratem
 40 esse ais? TY. égo, inquam. AR. túne huic credis? HE.
 plus quidem quám tibi aut—mihi.
 nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc
 abiit Alidem
 ad patrem huius. AR. quem patrem, qui seruos est? TY.
 et tu quidem
 seruos et liber fuisti, et ego me confido fore, 575
 si huius huc reconciliasso in libertatem filium.
- 45 AR. quid ais, furcifer? tun te(te) gnatum memoras liberum?
 TY. non equidem me Liberum, sed Philocratem esse aio.
 AR. quid est?
 ut scelestus, Hegio, nunc iste 〈te〉 ludos facit !
 nám is est seruos ipse, neque praeter se umquam ei seruos fuit. 580
 TY. quia tute ipse egesset in patria nec tibi qui uiuas domist,
 50 omnis inueniri similis tui uis ; non mirum facis :
 est miserorum ut maleuolentes sint atque inuideant bonis.

565 appellas PE 571 tun negas te Bosscha : te negas cod.
 573 vel ill' 575 esl. Fleckeisen 576 hunc cod. (huc J) 577
 tete Gruterus : te cod. gnatum (esse) Pylades 579 te add.
 Gruterus 582 inueniri Camerarius : inuenire cod. tui Fleckei-
 sen : tibi cod., quod uix Plautinum

- AR. Hegio, uide sis ne quid tu huic temere insistas credere.
 585 atque, ut perspicio, profecto iam aliquid pugnae [e]dedit.
 filium tuom quód redimere se ait, id ne utiquam mihi
 placet.
 TY: scio te id nolle fieri; efciam tamen ego id, si di 55
 adiuuant.
 illum restituam huic, hic autem in Alidem me meo patri.
 propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. AR. quin
 tute is es :
 590 neque praeter te in Alide ullus seruos istoc nominest.
 TY. pergin seruom me exprobrare esse, id quod uí hostili
 optigit?
 AR. enim iam nequeo contineri. TY. heus, audin quíd 60
 ait? quin fugis?
 iam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illunc iubes
 comprehendi. AR. crucior. TY. ardent oculi: fit opus,
 Hegio ;
 595 uiden tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
 atra bilis agitat hominem. AR. at pol te, si hic sapiat senex,
 pix atra agitet apud carnificem tuoque capiti inluceat. 65
 TY. iam deliramenta loquitur, laruae stimulant uirum,
 〈Hegio〉. HE. quíd si hunc comprehendi iusserim? TY.
 sapias magis.
 600 AR. crucior lapidem non habere mé, ut illi mastigiae
 cerebrum excutiam, qui me insanum uerbis concinnat suis.
 TY. audin lapidem quaeritare? AR. solus te solum uolo, 70
 Hegio. HE. istinc loquere, si quid uis, procul. tamen
 audiam.
 TY. namque edepol si adbites propius, os denasabit tibi
 605 mordicus. AR. neque pol me insanum, Hegio, esse creduis

585 dedit *Scioppius*: edidit *cod.* 592 enim *Bothe*: enim
 [uero] *cod.* (iv. 1) (*cf. Stich.* 616 enim *P*, enim uero *A*) 595 *vel*
 illic 597 pix atra *Lindemann*, *favente et metro et allitteratione*:
 atra pix *cod.* tuo quae (?) *Leo* 599 Hegio. HE. quid *scripsi*:
 HE. Hercle quid *P^{BD}* (Hercle *pro hēg.*): HE. Quid *B³* (iii. 2)

neque fuisse umquam, neque esse morbum quem istic
autumat.

75 uerum si quid metuis a me, iube me uinciri: uolo,
dum istic itidem uinciatur. Ty. immo enim uero, Hegio,
istic qui uolt uinciatur. AR. tace modo. ego te, Philocrates
false, faciam ut uerus hodie reperiare Tyndarus. 610
quid mi abnutas? Ty. tibi ego abnuto? AR. quid agat,
si apsis longius?

80 HE. quid ais? quid si adeam hunc insanum? Ty. nugas!
ludificabitur,
gariet quoui neque pes umquam neque caput compareat. —
ornamenta apsunt: Aiace[m], hunc quom uides, ipsum uides. 615
HE. nihili facio. tamen adibo. Ty. nunc ego omnino
occidi,

nunc ego int[er] sacrum saxumque sto, nec quid faciam scio.
85 HE. do tibi operam, Aristophontes, si quid est quod me uelis.
AR. ex me audibis uera quae nunc falsa opinare, Hegio.
sed hoc primum, me expurigare tibi uolo, me insaniam 620
neque tenere neque mi esse ullum morbum, nisi quod serui[o].
at ita me rex deorum atque hominum faxit patriae compotem,
90 ut istic Philocrates non magis est quam aut ego aut tu.

HE. eho dic mihi,
quis illic igitur est? AR. quem dudum dixi a principio tibi.
hoc si secu[us] reperi[eris], nullam caussam dico quin mihi 625
et parentum et libertatis apud te deliquio siet.

HE. quid tu ais? Ty. me tuom esse seruom et te meum
erum. HE. haud istuc rogo.
95 fuistin liber? Ty. fui. AR. enim uero non fuit, nugas agit.
Ty. qui tu scis? an tu fortasse fuisti meae matri opstetrix,
qui id tam audacter dicere audes? AR. puerum te uidi 630
puer.

Ty. at ego te uideo maior maiorem: em rusum tibi.

614 quoui *Acidalius*: quod *cod.* (i. 7. p. 21) 616 nihili *Lambinus*:
nihil *cod.* 619 *vel* opinas 620 *vel* med expurgare (-rg- *cod.*)
631 <uir> uid. *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 385)

meam rem non cures, si recte facias. num ego curo tuam?

HE. fuitne huic pater Thensaurochrysonicochrysidēs? 100

AR. non fuit, neque ego istuc nomen umquam audiui ante
hunc diem.

635 Philocrati Theodoromedes fuit pater. TY. pereo probe.

quin quiescis diirectum cor meum? ac suspende te.

tu sussultas, ego miser uix asto prae formidine.

HE. satin istuc mihi exquisitum est, fuisse hunc seruom in 105
Alide

neque esse hunc Philocratem? AR. tam sati' quam num-
quam hoc inuenies secus.

640 sed ubi is nunc est? HE. ubi ego minime atque ipse se
uolt maxume.

tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser

huius scelesti techinis, qui me ut lubitum est ductauit dolis.

sed uide sis. AR. quin exploratum dico et prouisum hoc 110
tibi.

HE. certon? AR. quin nihil, inquam, inuenies magis hoc
certo certius.

645 Philocrates iam inde usque amicus fuit mihi a puero puer.

HE. sed qua faciest tuo' sodalis Philocrates? AR. dicam
tibi:

macilento ore, naso acuto, corpore albo, oculis nigris,

subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. HE. conuenit. 115

TY. ut quidem hercle in medium ego hodie pessume pro-
cesserim.

650 uaé illis uírgis miseris, quae hodie in tergo morientur meo.

HE. uerba mihi data esse uideo. TY. quid cessatis, com-
pedes,

currere ad me meaque amplecti crura, ut uos custodiam?

632 tua *cod.* (tuam *PJ*) 636 cor meum? i d. (?) *Leo* 641, 642
post 645 collocat Brix 641 erumnatus *PBD* (non *PA*): deunciatus
cod. Nonii 95 644 qui *cod.* (quin *PJ*) 647 oculis *Gnietus, secun-*
dum morem Plautinum: [et] oculis *cod.*

- 120 HE. satin med illi hodie scelesti capti ceperunt dolo ?
 illic seruom se adsimulabat, hic sese autem liberum.
 nuculeum amisi, reliqui pignerī putamina. 655
 ita mihi stólido susum uorsum os subleuere officii.
 hicquidem me numquam inridebit. Colaphe, Cordalio, Corax,
 125 ite istinc, ecferte lora.

COLAPHVS

Num lignatum mittimur ?

- V HEGIO TYNDARVS ARISTOPHONTES
 HE. Inicite huic manicas *mastigiae.
 TY. quid hoc ést negoti? quid ego deliqui? HE. rogas, 660
 sator sartorque scelerum et messor maxume?
 TY. non occatorem dicere audebas prius?
 5 nam semper occant priu' quam sariunt rustici.
 HE. at(tat) ut confidenter mihi contra astitit!
 TY. decet innocentem seruolum atque innoxium 665
 confidentem esse, suom apud erum potissimum.
 HE. astringite isti sultis uehementer manus.
 10 TY. tuos sum, tu has quidem uel praecidi iube.
 sed quid negoti est? quámobrem suscenses mihi?
 HE. quia me meamque rem, quod in te uno fuit, 670
 tuis scelestis, falsidicis fallaciis
 delacerauisti deartuauistique opes.
 15 confecisti omnis res ac rationes meas:
 ita mi exemisti Philocratem fallaciis.
 illum esse seruom credidi, te liberum ; 675
 ita uosmet aiebatis itaque nomina

655 retinui *ut vid. Donatus Adelph. 5, 3, 10 (sed. cf. Harv. Stud. 9, 127)* 658 istinc *Guictus* : istinc [atque] *cod. (cf. ad Aul. 784)* : istim atque *Lachmann* 659 (maxumas) *mast. Spengel* 661 sartor satorque *codd. Nonii 7 (s.v. sartores)* 662 prius audebas dicere *codd. Nonii* 664 attat *Hermann fort. mi homo contra* 665 seruolum *Bothe* : seruom *cod. cf. Asin. arg. 4 seruo pro seruolo ; v. 8)* 668 tuas q. *cod. (tu has q. J)* 672 deartuasti dilacerauisti atque opes *codd. Nonii 95* 675 credi *cod. (credidi J) (iii. 3)*

- inter uos permutastis. Ty. fateor omnia
 facta esse ita ut (tu) dicis, et fallaciis 20
 abiisse eum aps te mea opera atque astutia ;
 680 an, opsecro hercle te, id nunc suscenses mihi ?
 HE. at cum cruciatu maxumo id factumst tuo.
 Ty. dum ne ob male facta peream, parui existumo.
 si ego hic peribo, ast ille ut dixit non redit, 25
 at erit mi hoc factum mortuo memorabile,
 685 (me) meum erum captum ex seruitute atque hostibus
 reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,
 meumque potius me caput periculo
 praeoptauisse quam is periret ponere. 30
 HE. facito ergo ut Accherunti clueas gloria.
 690 Ty. qui per uirtutem periit, at non interit.
 HE. quando ego te exemplis excruciaro pessumis
 atque ob sutelas tuas te morti misero,
 uel te interiisse uel periisse praedicient ; 35
 dum pereas, nihil interdico aiant uiuere.
 695 Ty. pol si istuc faxis, hau sine poena feceris,
 si ille huc rebitet, sicut confido adfore.
 AR. pro di immortales ! nunc ego teneo, nunc scio
 quid hoc sit negoti. meu' sodalis Philocrates 40
 in libertate est ad patrem in patria. bene est,
 700 nec (usquam) quisquam est mi aequae melius quoui uelim.
 sed hoc mihi aegre est, me huic dedisse operam malam,
 qui nunc propter me meaque uerba uinctus est.
 HE. uotuin te quicquam mi hodie falsum proloqui ? 45

678 ut (tu) *Camerarius* : fort. ut (facta) 682 existumo *Bothe* :
 estumo *cod.* (i. e. aest-) : (id) aest. *Pylades* 685 me *add. Pylades*
 691 pessumis excruciauerō *cod.* : *trai. Bothe* (i, p. 37) 694 interdo
Spengel aiant *Fleckeisen* : dicant *cod.* (pro diant) (d pro a ; cf. v.
 72 dio pro aio) 696 rebitet 'quidam' *ap. Parcum* : redibit et
cod. (i. 7) affore *Pius* : afforet *cod.* 698 hoc sit *Bothe* : sit hoc
cod., contra *metrum* 699 bene est in *initio v.* 700 in *cod.*, qui totius
loci uersuum discretionem turbauit : vix bene est, Bene est, nec 700
 usquam *add. Lange (Fleck. Jahrb. 1894, p. 283)* mi (alius) *Fleckeisen*

- TY. uot[a]uisti. HE. cur es ausus mentiri mihi?
 TY. quia uera obsessent illi quof operam dabam : 705
 nunc falsa prosunt. HE. at tibi oberunt. TY. optumest.
 at erum seruauī, quem seruatum gaudeo,
 50 quoi me custodem addiderat eru' maior meus.
 sed malene id factum (tu) arbitrare? HE. pessume.
 TY. at ego aio recte, qui aps te sorsum sentio. 710
 nam cogitato, si quis hoc gnato tuo
 tuo' seruos faxit, qualem haberes gratiam?
 55 emitteresne necne eum seruom manu?
 essetne apud te is seruos acceptissimus?
 responde. HE. opinor. TY. cur ergo iratus mihi es? 715
 HE. quia illi fuisti quam mihi fidelior.
 TY. quid? tu una nocte postulauisti et die
 60 recens captum hominem, nuperum, nouicium,
 te perdocere ut melius consulerem tibi
 quam illi quicum una (a) puero aetatem exegeram? 720
 HE. ergo ab eo petito gratiam istam. ducite
 ubi ponderosas, crassas capiat compedis.
 65 inde ibis porro in latomias lapidarias.
 ibi quom alii octonos lapides ecfodiunt, nisi
 cotidiano sesqueopus confeceris, 725
 'Sescentoplago' nomen indetur tibi:
 AR. per deos atque homines ego te optestor, Hegio,
 70 ne tu istunc hominem perdis. HE. curabitur;
 nam noctu neruo uinctus custodibitur,
 interdus sub terra lapides eximet : 730
 diu ego hunc cruciabo, non uno apsoluam die.
 AR. certumne est tibi istuc? HE. non moriri certius.
 75 abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum,

704 *vel* uotasti 709 tu *add. Pylades* id arb. fact. *Came-*
rarius: fact. id arb. *Geppert* 715 *vel* opino 716 *vel* illic
 718 nuperum nouicium *codd. Nonii* 143: nuperum et nouicium
Prisciani 1, 96: nuper et nou. *cod. ut vid.* 720 *vel* illic a *add.*
Pylades 721 istam gratiam *cod. : trai, Pylades* 725 cotidia-
 nos *cod.* 731 ego hunc *Ital. : hunc ego cod.*

- iubete huic crassas compedis impingier ;
 735 inde extra portam ad meum libertum Cordalum
 in lapicidinas facite deductus siet :
 atque hunc me uelle dicite ita curarier
 ne qui deterius huic sit quam quoi pessume est. 80
 Ty. quur ego te inuito me esse saluom postulem ?
 740 periculum uitae meae tuo stat periculo.
 post mortem in morte nihil est quod metuum mali.
 etsi peruiuo usque ad summam aetatem, tamen
 breue spatium est perferendi quae minitas mihi. 85
 uale atque salue, etsi aliter ut dicam meres.
 745 tu, Aristophontes, de me ut meruisti, ita uale ;
 nam mihi propter te hoc optigit. HE. abducite.
 Ty. at unum hoc quaeso, si huc rebitet Philocrates,
 ut mihi eius facias conueniundi copiam. 90
 HE. periistis, nisi hunc iam e conspectu abducitis.
 750 Ty. uis haec quidem hercle est, et trahi et trudi simul.—
 HE. illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.
 ego illis captiuis aliis documentum dabo,
 ne tale quisquam facinus incipere audeat. 95
 quod apsq̄ue hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,
 755 usque offrenatum suis me ductarent dolis.
 nunc certum est nulli posthac quicquam credere.
 satis sum semel deceptus. speraui miser
 ex seruitute me exemisse filium : 100
 ea spes elapsa est. perdididi unum filium,
 760 puerum quadrimum quem mihi seruos surpuit,
 neque eum seruom umquam repperi neque filium ;
 maior potitus hostium est. quod hoc est scelus ?
 quasi in orbitatem liberos produxerim. 105
 sequere hac. reducam te ubi fuisti. neminis

737 ita me uelle dicite *cod.*: *traī. Fleckeisen* 748 *vel mi*
 749 iam hunc *Pylades*: istunc iam *Brix, hiatus nisi* | hunc *uitantes*
 755 *offrenatum Gulielmius*: ofere natum *cod.* (E pro F) 756
 post haec *cod.* 762 *hostis codd. Nonii 498*

miserere certum est, quia mei miseret neminem.—

765

AR. exauspicavi ex uinclis. nunc intellego

redauspicandum esse in catenas denuo.—

ACTVS IV

IV. i

ER GASILVS

ER. Iuppiter supreme, seruas me measque auges opes,
maximas opimitates opiparasque offers mihi,

laudem, lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias,

770

pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium,

5 nec quouquam homini supplicare nunc certum est mihi ;

nam uel prodesse amico possum uel inimicum perdere,

ita hic me amoenitate amoena amoenus onerauit dies.

sine sacris hereditatem sum aptus ecfertissumam.

775

nunc ad senem cursum capessam hunc Hegionem, quoi boni

10 tantum adfero quantum ipsus a dis optat, atque etiam amplius.

nunc certa res est, eodem pacto ut comici serui solent,

coniciam in collum pallium, primo ex med hanc rem ut

audiat ;

speroque me ob hunc nuntium aeternum adepturum cibum. 780

ii

HEGIO ER GASILVS

HE. Quanto in pectore hanc rem meo magi' uoluto,

tanto mi aegritudo auctior est in animo.

ad illum modum sublitum os esse mi hodie !

neque id perspicere quui.

5 quod quom scibitur, (tum) per urbem inridebor.

785

quom extemplo ad forum aduenero, omnes loquentur :

765 misereri *cod.*, *item codd. grammaticorum aliquot* (cf. ad *Truc.*
223) *neminis me miseret nam mei m. n. codd. Nonii* 143. *fort. vera*
antiqua lectio 771 *potationis cod.* 772 *fort. (quicquam) s.*
ut septenarius fiat *nunciam Geppert-* 774 *dies Pylades : mihi cod.*
777 *ipse cod.* 779 *me cod.* 781 *uel mage* 783 *sublitum Ital. :*
sublitum cod. *hodie mihi cod. : trai. Reiz* 785 *tum add. Lindemann*

‘hic illest senex doctus quoi uerba data sunt.’

sed Ergasilus estne hic procul quem uideo?

conlecto quidem est pallio. quidnam acturust?

790 ER. moue aps te moram atque, Ergasile, age hanc rem. 10
 eminor interminorque, ne [quis] mi opstiterit obuiam,
 nisi quis sati' diu uixisse sese homo arbitrabitur.
 nam qui opstiterit ore sistet. HE. hic homo pugilatum
 incipit.

ER. facere certumst. proinde ut omnes itinera insistant sua :
 795 ne quis in hac platea negoti conferat quicquam sui. 15
 nam meumst ballista pugnum, cubitus catapultast mihi,
 umerus aries, tum genu ad quemq' iecero ad terram dabo,
 dentilegos omnis mortalis faciam, quemque offendero.

HE. quae illaec eminatiost nam? nequeo mirari satis.

800 ER. faciam ut huius diei locique meique semper meminerit. 20
 qui mihi in cursu [opstiterit], faxo uitae is extemplo opsti-
 terit suae.

HE. quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis?

ER. prius edico, ne quis propter culpam capiatu suam :
 continete uos domi, prohibete a uobis uim meam.

805 HE. mira edepol sunt ní hic in uentrem sumpsit confiden- 25
 tiam.

uae misero illi, quouis cibo iste factust imperiosior!

ER. tum pistores scrofigasci, qui alunt furfuribus sues,
 quarum odore praeterire nemo pistrinum potest :
 eorum si quouiisquam scrofigam in publico conspexero,

810 ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures. 30

HE. basilicas edictiones atque imperiosas habet :

787 ductus *cod.* (v. 12) 790 moram (mōram) *Schoell* 791
 quis *dcl. Guietus, secundum morem Plautinum* 794 ut] ita
Fleckeisen 795 hanc plateam *Bothe* 796 mihi haec (*pro hoc*)
 balista pugnum est *gramm. de dub. nom.* 5, 587 *K.* ('pugnum Plautus
 genere neutro dixit' *testatus* : meus est ballista pugnus *cod.* 797
 ad *del. Leo* : ut *Pylades* icero *Pylades* 801 opstiterit *seclusi* :
 [in cursu] *Bothe* 806 iste] *fort.* is 807 furfuribus *Luchs,*
postulante et metro et sensu : furfure *cod.*

- satur homost, habet profecto in uentre confidentiam.
 ER. tum piscatores, qui praebent populo piscis foetidos,
 qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cantherio,
 35 quorum odos subbasilicanos omnis abigit in forum, 815
 eis ego ora uerberabo surpiculis piscariis,
 ut sciant alieno naso quám exhibeánt molestiam.
 tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas ouis,
 qui locant caedundos agnos et dupla agninam danunt,
 40 qui Petroni nomen indunt uerueci sectario, 820
 eum ego si in uia Petronem publica conspexero,
 et Petronem et dominum reddam mortalis miserrumos.
 HE. eugepaé! edictiones aedilicias hicquidem habet,
 mirumque adeost ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.
 45 ER. non ego nunc parasitus sum sed regum rex regalior, 825
 tantus uentri commeatus meo adest in portu cibus.
 sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem,
 qui homine (hómo) adaéque nemo uiuit fortunatior.
 HE. quaé illaec est laetitia quam illic laetus largitur mihi?
 50 ER. heus ubi estis? (ecquis hic est?) ecquis hoc áperit 830
 ostium?
 HE. hic homo ad cenam recipit se ad me. ER. áperite
 hasce ambas fores
 ✓ priu' quam púltando assulatim foribus exitium adfero.
 HE. perlubet hunc hominem conloquí. Ergasile. ER.
 Ergasilum qui uocat?
 HE. respice. ER. Fortuna quod tibi nec facit nec faciet,
 me iubes.
 55 sed quis est? HE. respice ad me, Hegio sum. ER. oh 835
 mihi,

815 abegit *cod.* (*forma antiqua*): adegit *codd.* Prisciani I, 31 819
 dupla Rost: duplam *cod.* 824 fecerunt PE Aetoli sibi *Guietus*,
 cui hiatus sibi | Aet. *displicet* 828 quo *Ital.* homo *addidi* quin
 hoc homine *Schoell* 830 *supplevit Bothe* (iii. 11) 831 *vel* med
 332 assulatim *testatur Nonius* 72: uel absultatim uel assultatim *ut vid.*
cod. (*pro* uel *adultatim* uel *assulatim*?) (*var. lect.*) adfero] dabo *codd.*
Nonii 834 me *Brix*: [hoc] me *cod.* 835 quis *Ital.*: qui *cod.*
 (quid PE)

quantum est hominum optumorum optume, in tempore
aduenis.

HE. nescioquem ad portum nactus es ubi cenes, eo fastidis.

ER. cedo manum. HE. manum? ER. manum, inquam,
cedo tuam actutum. HE. tene.

ER. gaude. HE. quid ego gaudeam? ER. quia ego im-
pero, age gaude modo.

840 HE. pol maerores mi anteuortunt gaudiis. ER. nólí irascier. 60
iám ego ex corpore exigam omnis maculas maerorum tibi.

gaude audacter. HE. gaudeo, etsi nil scio quod gaudeam.

ER. bene facis. iube—HE. quid iubeam? ER. ignem
ingentem fieri.

HE. ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut sit. HE.
quid? me, uolturi,

845 tuan caussa aedis incensurum censes? ER. noli irascier. 65
iuben an non iubes astitui aúlas, patinas elui,

laridum atque—epulas foueri focolis feruentibus?

alium piscis praestinatam abire? HE. hic uigilans somniat.

ER. alium porcinam atque agninam et pullos gallinaceos?

850 HE. scis bene esse, si sit unde. ER. pern(ul)am atque 70
ophthalmiam,

horaeum, scombrum et trygonum et cetum et mollem
caseum?

HE. nominandi istorum tibi erit magi' quam edundi copia

hic apud méd, Ergasile. ER. mean me caussa hoc censes
dicere?

HE. nec nihil hodie nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis.

855 proin tu tui cottidiani uicti uentrem ad me adferas. 75

ER. quin ita faciam, ut <tu>te cupias facere sumptum, etsi
ego uotem.

836 fort. <ad me> aduenis, ut integer pentameter fiat 845 aedis
Gruterus: [me] aedis cod. (iv. 2) 850 pern(ul)am Geppert:
pernam cod. (cf. v. 665) ophthalmia cod. 853 me cod. 855
tui tu codd. Prisciani I, 258 pro uicti quotidiani ue. ad me adf. codd.
Nonn 484 856 vel uti tute Bentley: te cod.

- HE. egone? ER. tune. HE. tum tu mi igitur erus es.
 ER. immo beneuolens.
 uin te faciam fortunatum? HE. malim quam miserum
 quidem.
 ER. cedo manum. HE. em manum. ER. di te omnes
 adiuuant. HE. nihil sentio.
- 80 ER. non enim es in senticeto, eo non sentis. sed iube 860
 uasa tibi pura apparari ad rem diuinam cito,
 atque agnum adferri proprium pinguem. HE. qu? ER. ut
 sacrifices.
 HE. quoi deorum? ER. mihi hercle, nam ego nunc tibi sum
 summus Iuppiter,
 idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Laetitia, Gaudium.
- 85 proin tu deum hunc saturitate facias tranquillum tibi. 865
 HE. essurire mihi uidere. ER. miquidem essurio, non tibi.
 HE. tuo arbitrato, facile patior. ER. credo, consuetu's puer.
 HE. Iuppiter te dique perdant. ER. té hercle—mi aequom
 est gratias
 agere ob nuntium; tantum ego nunc porto a portu tibi boni:
 90 nunc tu mihi places. HE. abi, stultu's, sero post tempus 870
 uenis.
 ER. igitur olim si aduenissem, magi' tu tum istuc diceres;
 nunc hanc laetitiam accipe a me quam fero. nam filium
 tuom modo in portu Philopolemum uiuom, saluom et so-
 spitem
 uidi in publica celoce, ibidemque illum adulescentulum
- 95 Aleum una et tuom Stalagmum seruom, qui aufugit domo, 875
 qui tibi surrupuit quadrimum puerum filiolum tuom.
 HE. abi in malam rem, ludis me. ER. ita me amabit
 sancta Saturitas,
 Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine,

865 diuum *Bothe. cui hiatus deum* | hunc *displicet* 871 *vel mage*
 874 celocem ibidem *codd. Nonii* 533

- ut ego uidi. HE. meum gnatum? ER. tuom gnatum et
genium meum.
- 880 HE. et captiuom illum Alidensem? ER. *μὰ τὸν Ἀπόλλω.* 100
HE. et seruolum
meum Stalagmum, meum qui gnatum surrupuit? ER. *ναὶ*
τὰν Κόραν.
HE. iam diu—ER. *ναὶ τὰν Πραυέστην.* HE. uenit? ER.
ναὶ τὰν Σιγνέαν.
HE. certon? ER. *ναὶ τὰν Φρουσιῶνα.* HE. uide sis. ER.
ναὶ τὸν Ἀλάτριον.
HE. quid tu per barbaricas urbis iuras? ER. quia enim
item asperae
885 sunt ut tuom uictum autumabas esse. HE. uae aetati—ER. 105
tuae!
quippe quando mihi nil credis, quod ego dico sedulo.
sed Stalagmus quouis erat tunc nationis, quom hinc abit?
HE. Siculus. ER. et nunc Siculus non est, Boius est, boiam
terit :
liberorum quaerundorum caussa ei, credo, uxor datast.
- 890 HE. dic, bonan fide tu mihi istaec uerba dixisti? ER. bona. 110
HE. di immortales, iterum gnatus uideor, si uera autumas.
ER. ain tu? dubium habebis etiam, sancte quom ego iurem tibi?
postremo, Hegio, si parua iuri iurandost fides,
uise ad portum. HE. facere certumst. tu intus cura quod
opus est.
- 895 sume, posce, prome quiduis. te facio cellarium. 115
ER. nam hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.
HE. aeternum tibi dapinabo uictum, si uera autumas.
ER. unde id? HE. a me meoque gnato. ER. sponden tu
istuc? HE. spondeo.

879 meumne Bentley 881 sqq. *ναὶ*] ne *cod.* 882 Tam Wagner,
ita enim loquebantur Praenestini 885 tuae *Hegioni* *continuant edd.*
888 et] at *Camerarius* : sed (set) *alii* 893 *fort. paruom (i.e. parum,*
antiqua forma), ita enim alibi ap. Plaut. (Arch. Lat. Lex. 13, 133)
898 sponden *Ital.* : sponde *cod.*

ER. at ego tuom tibi aduenisse filium respondeo.

120 HE. cura quam optume potes.—ER. bene ambula et 900
redambula.

iii

E R G A S I L V S

ER. Illic hinc abiit, mihi rem summam credidit cibariam.
di immortales, iam ut ego collos praetruncabo tegoribus!

quanta pernis pestis ueniet, quanta labes larido,
quanta sumini apsumedo, quanta callo calamitas,

5 quanta laniis lassitudo, quanta porcinariis! 905

nam si alia memorem, quae ad uentris uictum conducunt,
morast.

nunc ibo ut pro praefectura mea ius dicam larido,

et quae pendent indemnatae pernae, is auxilium ut
feram.—

iv

P V E R

Pv. Diespiter te dique, Ergasile, perdant et uentrem tuom,
parasitosque omnis, et qui posthac ceram parasitis dabit. 910

clades calamitasque, intemperies modo in nostram aduenit
domum.

quasi lupus essuriens metui ne in me faceret impetum.

5 ubi uoltus **sur**antis * * * * * impetum 912^a

nimisque hercle ego illum male formidabam, ita frendebat
dentibus.

adueniens deturbauit totum cum carni carnarium :

arripuit gladium, praetruncauit tribu' tegoribus glandia ; 915

aulas calicesque omnis confregit, nisi quae modiales erant.

10 coquom pércontabatur possentne seriae feruescere.

cellas refregit omnis intus reclusitque armarium.

adseruate istunc, sultis, serui. ego ibo ut conueniam senem,

902 praetruncabo] *cf. ad v.* 915 904 absumendo *cod.* 905
accedit A 907 ut praefecturam et *P* (iii, p. 48) 908 pernis au. *A*
911 calamitatesque *A* 912 metui] timui *A*: metui timui *Niemeyer*:
fort. mi timui 912^a *om. P* (iii. 11) ubi uoltus esurientis (uidi, eius
extimescebam) impetum (?) *Leo* 913 for)m(id)au(i *A* 914 (to)tum
(deturbat) *A* 915 praeruncauit *A*, *fort. recte* 916 confringit *P*

920 dicam ut sibi penum aliud [ad]ornet, siquidem sese uti
 uolet ;
 nam | hic quidem | ut adornat aut iam nihil est aut iam
 nihil erit.—

ACTVS V

HEGIO PHILOPOLEMVS PHILOCRACTES V. i

HE. Ioui disque ago gratias merito magnas,
 quom te redducem tuo patri reddiderunt
 quomque ex miseris plurimis me exemerunt,
 925 quae adhuc te carens dum hic fui sustentabam,
 quomque hunc conspicio in potestate nostra, 5
 quomque haec reperta est fides firma nobis.

PHILOP. sati' iam dolui ex animo, et cura sati' me et la-
 crumis maceraui,
 sati' iam audiui tuas aerumnas, ad portum mihi quas
 memorasti.
 930 hoc agamus. PHILOC. quid nunc, quoniam tecum seruau
 fidem
 tibi que hunc reducem in libertatem feci? HE. fecisti ro
 ut tibi,
 Philocrates, numquam referre gratiam possim satis,
 proinde ut tu promeritu's de me et fili6. PHILOP. immo
 potes,
 pater, et poteris et ego potero, et d6 eam potestatem dabunt
 935 ut beneficium bene merenti nostro merito muneres ;

920 penum ali(bi) adorn(et A : penum aliud ornet P dicam seni
 curet sibi aliud penus Priscianus 1, 170, genus neutrum et penus testatus
 921 vel uti fort. vers. trochaicus 923 cum reducem (ita cod.) tuo te
 Brix, cui redducem forma displicet 925 om. te A huc A 926
 conspicio Geppert : conspicio P, A n. l. 927 illaec rep. Bach : haec
 <re> rep. Spengel, ut integer tetrameter fiat 928 me satis et l. P: satis
 me l. A maceraui [hoc] P Voluerat scriba v. 930 (omisso propter
 homoeoarch. v. 929) incipere (iv. 3) 932-1007 dcest A

15 sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxume.

HE. quid opust uerbis? lingua nullast qua negem quidquid
roges.

PHILOC. postulo aps te ut mihi illum reddas seruom, quem
hic reliqueram

pignus pro me, qui mihi melior quam sibi semper fuit,
pro bene factis eius ut ei pretium possim reddere.

20 HE. quod bene fecisti referetur gratia id quod postulas;
et id et aliud quod me orabis impetrabis. atque te
nolim suscensere quod ego iratus ei feci male.

PHILOC. quid fecisti? HE. in lapicidinas compeditum
condidi,

ubi rescui mihi data esse uerba. PHILOC. uae misero 945
mihi,

25 propter meum caput labores homini euenisse optumo!

HE. at ob eam rem mihi libellam pró eo argenti ne duis:
gratiis a me, ut sit liber, ducito. PHILOC. edepol, Hegio,
faci' benigne. sed quaeso hominem ut iubeas arcessi.

HE. licet.

ubi estis uos? ite actutum, Tyndarum huc arcessite. 950

30 uos ite intro. interibi ego ex hac statua uerberea uolo
erogitare meo minore quid sit factum filio.

uos lauate interibi. PHILOP. seqúere hac, Philocrates, me
intro.—PHILOC. sequor.—

ii

HEGIO STALAGMVS

HE. Age tu illuc procede, bone uir, lepidum mancipium
meum.

ST. quid me oportet facere, ubi tu talis uir falsum autumas? 955
fui ego bellus, lepidus: bonu' uir numquam, neque frugi
bonae,

940 ut ei *Ital.*: uti *cod.* (*pro* ut ei) 941 *post v. 938 in cod.*
(*non J*) 948 *cratis cod.* (*C pro G*) ducito *Lindemann*: aducito
cod. (*iv. 3, p. 84*) 950 uos <heus> *Skutsch, cui hiatus ubi | es.*
displicet 951 *inter ibo cod.* (*i. 7*)

neque ero úmquam : ne spem ponas me bonae frugi fore.

HE. propemodum ubi loci fortunae tuae sint facile intellegis. 5
sí eris uerāx, tua ēx rē faciēs—ex mala meliusculam.

960 recte et uera loquere, sed neque (tu) uere neque recte adhuc
fecisti umquam. ST. quod ego fatear, credin pudeat quom
autumes?

HE. āt ego faciā ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo.

ST. heia, credo ego inperito plagas minitaris mihi. 10

tandem istaec aufer, dic quid fers, ut feras hinc quod petis.

965 HE. sati' facundu's. sed iam fieri dictis uolo compendium.

ST. ut uis fiat. HE. bene morigerus fuit puer, nunc non
decet.

hoc agamus. iam animum aduerte ac mihi quae dicam
edissere.

sí eris uerax, (e) tuis rebus feceris meliusculas. 15

ST. nugae istaec sunt. non me censes scire quid dignus
siem?

970 HE. at ea superfugere potis es pauca, si non omnia.

ST. pauca ecfugiam, scio; nam multa euenient, et merito meo,
quia et fugi et tibi surrupui filium et eum uendidi.

HE. quóí homini? ST. Theodoromedi in Alide Polyplusio, 20
sex minis. HE. pro di immortales, is quidem huius est
pater.

975 Philocrates! ST. quin melius noui quam te et uidi saepius.

HE. serua, Iuppiter supreme, et mé et meum gnatum mihi.

Philocrates, per tuom te genium ópsecro, exi, te uolo!

957 numquam *Vahlen*: umquam *cod* (*cf. Men. 1027* nec umquam
pro nec n., Pseud. 136 neque umquam *pro n. numq.*) ne] neque *PE*
(in) spem *Guictus* 959 *verba ex mal. mel. Stalagmo dat Schoell*
960 tu *add. Pylades (scriptum erat nequ&uuere)* 964 *ista cod.,*
forma vix Plautina 965 d. compendium uolo *cod. : trai. Bothe :*
dicta compendi uolo Guictus 967 ac *Camerarius*: haec *cod.*
968 *secl. Schoell* ex (e) *add. Camerarius* 970 potisses *cod.*
971 *post 973 traditum hic reposuit Valla* 973 *theodoro medico*
cod. 975 *philocratis B: Philocrati Fleckeisen* tu *Weil* 977
genium *Ital. : ingenium cod.*

iii PHILOCRATES HEGIO STALAGMVS

PHILOC. Hegio, adsum. si quid me uis, impera. HE. hic
gnatum meum

tuo patri ait se uendidisse sex minis in Alide.

PHILOC. quam diu id factum est? ST. hic annus incipit 980
uicensumus.

PHILOC. falsa memorat. ST. aut ego aut tu. nam tibi
quadrimulum

5 tuo' pater peculiarem paruolum puero dedit.

PHILOC. quid erat ei nomen? si uera dicis, memoradum
mihi.

ST. Paegnium uocitatus, post uos indidistis Tyndaro.

PHILOC. cur ego te non noui? ST. quia mos est obliuisci 985
hominibus

neque nouisse quouis nihili sit faciunda gratia.

10 PHILOC. dic mihi, isne istic fuit, quem uendidisti meo
patri,

qui mihi peculiaris datus est? ST. huius filius.

HE. uiuitne is homo? ST. argentum accepi, nil curau
ceterum.

HE. quid tu ais? PHILOC. quin istic ipsust Tyndarus tuo' 990
filius,

ut quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum a puero
puer

15 bene pudiceque educatus usque ad adulescentiam.

HE. et miser sum et fortunatus, si (uos) uera dicitis;

eo miser sum quia male illi feci, si gnatus meust.

eheu, quom ego plus minusque feci quam (me) aequom fuit. 995
quod male feci crucior; modo si infectum fieri possiet!

20 sed eccum incedit huc ornatus haud ex suis uirtutibus.

982 paruulo *Lindemann* 'ex cod.' 986 nihili *Merula*: nihil *cod.*
993 uos *add. Camerarius* 995 minusue *Gronovius* me *add.*
Bentley 997 haud ex *Muretus*: audax *cod.*

TYNDARVS HEGIO PHILOCRATES iv
STALAGMVS

Ty. Vidi ego multa saepe picta, quae Accherunti fierent
cruciamenta, uerum enim uero nulla adaeque est Accheruns
1000 atque ubi ego fui, in lapicidinis. illic ibi demumst locus
ubi labore lassitudost exigunda ex corpore.
nam ubi illo adueni, quasi patriciis pueris aut monerulae 5
aut anites aut coturnices dantur, quicum lusitent,
itidem haec mihi aduenienti upupa qui me delectem datast.
1005 sed erus eccum ante ostium—, et erus alter eccum ex Alide
rediit. HE. salue, exoptate gnate mi. Ty. hem, quid
‘gnate mi’?
attat, scio quae te patrem adsimules esse et me filium: 10
quia mi item ut parentes lucis das tuendi copiam.
PHILOC. salue, Tyndare. Ty. et tu, quouiis caussa hanc
aerumnam exigo.
1010 PHILOC. at nunc liber in diuitias faxo uenies. nam tibi
pater hic est; hic seruos qui te huic hinc quadrimum
surpuit,
uendidit patri meo te sex minis, is te mihi 15
paruolum peculiarem paruolo puero dedit
illi; (hi)c indicium fecit; nam hunc ex Alide huc reddu-
cimus.
1015 Ty. quid huius filium? PHILOC. intus eccum fratrem
germanum tuom.
[Ty. quid tu ais? adduxtin illum huius captiuom filium?

1001 est Bentley: est [omnis] cod. (ōms ex -omst supra-ost scripto ?)
1003 i lusitent J (et fort. cod.) 1004 mihi haec P^E delectem
Lambinus: delectet cod. 1005 ostiumst; erus Brix 1006 (o)
salue Spengel, cui hiatus salue | ex. displicet 1007 esse adsimules
Gruetius 1008 accedit A; pauca in initiis leguntur usque ad 1015
1009 ex)guo A (cum B) 1014 illi hic scripsi: illic P: ill . . .
A: id hic (?) Leo reduximus Pareus (A n. l.) 1016–22 om.
A: ‘apparet duplicem fabulae exitum (1009–15, 1023 sqq. et 1009,
1016–22, 1024 sqq.) in P coniunctum esse.’ Leo. Antiqua forma regre-
diōr (v. 1023) Plautinam esse recensioem ab A conservatam declarat
1016 h. filium captiuom cod.: traī. Pylades: c. h. filium Fleckeisen

- 20 PHILOC. quin, inquam, intus hic est. TY. fecisti edepol et
recte et bene.
PHILOC. nunc tibi pater hic est : hic fur est tuo' qui paruom
hinc te apstulit.
TY. at ego hunc grandis grandem natu ob furtum ad carnu-
ficem dabo.
PHILOC. meritus est. TY. ergo edepol <merito> meritam 1020
mercedem dabo.
sed <tu> dic oro : pater meu' tune es? HE. ego sum,
gnate mi.
25 TY. nunc demum in memoriam redeo, quom mecum recogito.]
nunc edepol demum in memoriam regredior audisse me,
quasi per nebulam, Hegionem meum patrem uocarier.
HE. is ego sum. PHILOC. compedibus quaeso ut tibi sit 1025
leuior filius
atque huic grauior seruos. HE. certumst principio id
praeuertier.
30 eamus intro, ut arcessatur faber, ut istas compedis
tibi adimam, huic dem. ST. quoi peculi nihil est, recte feceris.

C A T E R V A

- Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabula est,
neque in hac subigitationes sunt neque ulla amatio 1030
nec pueri suppositio nec argénti circumductio,
35 neque ubi amans adulescens scortum liberet clam suom
patrem.
huius modi paucas poetae reperiunt comoedias,
ubi boni meliores fiant. nunc uos, si uobis placet
et si placuimus neque odio fuimus, signum hoc mittite : 1035
qui pudicitiae esse uoltis praemium, plausum date.

1020 merito *add. Gruterus* 1021 tu *add. Havel* 1022
recogito *Gruterus* : cogito *cod.* 1023 audissem me *P* : redisse
me *A* 1025 is *om. P* 1026 huic] hic *P* principium *P*
1030-6 in *A* nihil legitur nisi *primae litterae versuum* 1031 et 1034

FRAGMENTVM DVBIVM *Nonius* 220 pilleus generis masculini.
Plautus Captiuus : pilleum Quem habuit deripuit eumque ad caelum
tollit. *In nomine fabulae erratum esse videtur*

CASINA

ARGVMENTVM

Conservam uxorem duo conservi expetunt.

Alium senex allegat, alium filius.

Senem adiuvat sors, verum decipitur dolis.

Ita ei subicitur pro puella servolus

Nequam, qui dominum mulcat atque vilicum. 5

Adulescens ducit civem Casinam cognitam.

argumentum post prologum P ; usque ad v. 37 deest A 1 con-
servi (vi) *Mueller (Rhein. Mus. 54, 386)* 3 sors senem adiuuat
cod. : trai. Bothe 5 mulcat *cod. (G pro C)*

PERSONAE

OLYMPIO }
CHALINVS } SERVI
CLEVSTRATA MATRONA
PARDALISCA ANCILLA
MYRRHINA MATRONA
LYSIDAMVS }
ALCESIMVS } SENES
CHYTRIO COCVS

SCAENA ATHENIS

CLEOSTRATA *cod.*, *nomen ubique trisyll.*
CITRIO *in tit. III vi A, P n. l. cf. K. Schmidt (Herm. 37, 365)*

PROLOGVS

- Saluere iubeo spectatores optumos,
 Fidem qui facitis maxumí,—et uos Fides.
 si uerum dixi, signum clarum date mihi,
 ut uos mi esse aequos iam inde a principio sciam.
- 5 qui utuntur uino uetere sapientis puto 5
 et qui lubenter ueteres spectant fabulas ;
 anticua opera et uerba quom uobis placent,
 aequom est placere ante (alias) ueteres fabulas :
 nam nunc nouae quae prodeunt comoediae
- 10 multo sunt nequiores quam nummi noui. 10
 nos postquam populi rumore intelleximus
 studiose expetere uos Plautinas fabulas,
 anticuam eius edimus comoediam,
 quam uos probastis qui estis in senioribus ;
- 15 nam iuniorum qui sunt non norunt, scio ; 15
 uerum ut cognoscant dabimus operam sedulo.
 haec quom primum acta est, uicit omnis fabulas.
 ea tēpestate flos poetarum fuit,
 qui nunc abierunt hinc in communem locum.
- 20 sed tamen apsesentes prosunt (pro) praesentibus. 20
 uos omnis opere magno esse oratos uolo
 benigne ut operam detis ad nostrum gregem.
 eicite ex animo curam atque alienum aes *,

PROL.] FIDES *Skutsch* (*Rhein. Mus.* 55, 272) 2 et (item) uos
Ritschl: et (ego) uos *Skutsch*, *hiatum uitantes* (*sed cf. ad v. 23*)
 7 antiquaque *Seyffert* 8 alias *add. Ritschl* 11 rumore
Angelius: rumorem *cod.* 13 antiquam (eam) *Mueller* (*Rhein.*
Mus. 54, 386) 20 prosunt (pro) *Seyffert*: prode sunt *Loewe*
 23 diicite *PE* (*pro* deiicite ?) *vix aēs, quamquam hic prologus anti-*
quitatem affectare uidetur (cf. vv. 7, 13 et versus hiantes): aes (cito) *Pradel*
de praep. p. 534 ex animo curas atque alienum aes eicite *Schoell*

- ne quis formidet flagitatorum suorum :
 25 ludum sunt, ludus datus est argentariis ; 25
 tranquillum est, Alcedonia sunt circum forum :
 ratione utuntur, ludis poscunt neminem,
 secundum ludos reddunt autem nemini.
 aures uociuae si sunt, animum aduertite :
 30 comoediai nomen dare uobis uolo. 30
 Κληρούμενοι uocatur haec comoedia
 graece, latine Sortientes. Diphilus
 hanc graece scripsit, postid rusum denuo
 latine Plautus cum latranti nomine.
 35 senex hic maritus habitat ; ei est filius, 35
 is una cum patre in illisce habitat aedibus.
 est ei quidam seruus qui in morbo cubat,
 immo hercle uero in lecto, ne quid mentiar ;
 is seruus, sed abhinc annos factum est sedecim
 40 quom conspicatust primulo crepusculo 40
 puellam exponi. adit extemplo ad mulierem
 quae illam exponebat, orat ut eam det sibi :
 exorat, aufert ; detulit recta domum,
 dat erae suae, orat ut eam curet, educet.
 45 era fecit, educauit magna industria, 45
 quasi si esset ex se nata, non multo secus.
 postquam ea adoleuit ad eam aetatem ut uiris
 placere posset, eam puellam hic senex
 amat ecclitum, et item contra filius.
 50 nunc sibi uterque contra legiones parat, 50
 paterque filiusque, clam alter alterum :
 pater adlegauit uilicum qui posceret

25 post 26 posuit Geppert 27 neminem poscunt *cod.* : *trai.*
Camerarius 30 *comedia cod.* (i. 7) 32 *deiphilus cod.* 38 *accedit*
A 40 *c. est primo P, codd. schol. Aen.* 10, 615 (i. 8) 45 *facit P*
(cf. ad Amph. 49) 46 *si om. A* (iii. 1) 47 *ea om. P* (iii,
p. 49) 48 [at] *eam P (ex v. 47)* *illic Ritschl* 51 *filius*
(que in marg. in fine versus) P, unde alterumque PE (ii. 4)

- sibi istanc uxorem : is sperat, si ei sit data,
 sibi fore paratas clam uxorem excubias foris ;
 55 filius is autem armigerum adlegavit suom 55
 qui sibi eam uxorem poscat : scit, si id impetret,
 futurum quod amat intra praesepis suas.
 senis uxor sensit uirum amóri operam dare,
 propterea úna consentit cum filio.
 60 ille autem postquam filium sensit suom 60
 eandem illam amare et esse impedimento sibi,
 hinc adulescentem peregre ablegavit pater ;
 sciens ei mater dat operam apsentí tamen.
 is, ne exspectetis, hodie in hac comoedia
 65 in urbem non redibit : Plautus noluit, 65
 pontem interruptit, quí erat ei in itinere.
 sunt hic inter se quos nunc credo dicere :
 ‘quaeso hercle, quíd istuc est ? seruiles nuptiae ?
 seruin uxorem ducent aut poscent sibi ?
 70 nouom attulerunt, quod fit nusquam gentium.’ 70
 at ego aiio id fieri in Graecia et Carthagini,
 et hic in nostra terra in (terra) Apulia ;
 maioreque opere ibi seruiles nuptiae
 quam liberales etiam curari solent ;
 75 id ni fit, mecum pignus si quis uolt dato 75
 in urnam mulsi, Poenus dum iudex siet
 uel Graecus adeo, uel mea caussa Apulus.
 quid nunc ? nihil agitis ? sentio, nemo sitit.
 reuortar ad illam puellam épositiciam :
 80 quam serui summa ui sibi uxorem expetunt, 80

54 uxore *A* 55 is *om. P* adlegat *A* 59 (ea) una
Camerarius 60 sensit filium *P. contra metrum* 62 ablegat
A 63 eius mater ei *P. emendatio negligens* (iv. 3) 66 in
om. A 67 sunt hic quos credo nunc inter se dicere *P* 71
 alio *P* (*pro aiio*; i. 7, 1) id] hoc *P* 72 in (terra) Apulia
scripsi (*cf. Altenburg serm. fed. p. 491*): (terra) in Apula *Scyffert*
 73 opera *P* 79 puellam illam *Pylades*: *fort. il. puerulam*

ea inuenietur et pudica et libera,
 ingenua Atheniensis, neque quicquam stupri
 faciet profecto in hac quidem comoedia.
 mox hercle uero, post transactam fabulam,
 85 argentum si quis dederit, ut ego suspicor, 85
 ultro ibit nuptum, non manebit auspices.
 tantum est. ualete, bene rem gerite, [et] uincite
 uirtute uera, quod fecistis antidhac.

ACTVS I

I. 1 OLYMPIO CHALINVS

OL. Non mihi licere meam rem me solum, ut uolo,
 loqui atque cogitare sine ted arbitro? 90
 quid tu, malum, me sequere? CH. quia certum est mihi,
 quasi umbra, quoquo tu ibis, te semper sequi;
 5 quin edepol etiam si in crucem uis pergere,
 sequi decretumst. dehinc conicito ceterum,
 possisne necne clam me sutelis tuis 95
 praeripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.
 OL. quid tibi negotist mecum? CH. quid ais, inpu-
 10 quid in urbe reptas, uilice hau magni preti?
 OL. lubet. CH. quin ruri es in praefectura tua?
 quin potius quod legatum est tibi negotium, 100
 id curas atque urbanis rebus te apstines?
 huc mihi uenisti sponsam praereptum meam:
 15 abi rús, abi dírectus tuam in prouinciam.
 OL. Chaline, non sum oblitus officium meum:
 praefeci ruri recte qui curet tamen. 105

84 transacta fabula *P* 87 et *om. A* 92 ibis tu te persequi *P*
 97 negoti mecum est *P* 98 hau] hic *P* 102 mihi *om. P*

- ego huc quod ueni in urbem si impetrauero,
 uxorem ut istam ducam quam tu deperis,
 bellam et tenellam Casinam, conseruam tuam, 20
 quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,
 110 ruri incubabo usque in praefectura mea.
 CH. tun illam ducas? hercle me suspensio
 quam tú eius potior fias satiust mortuom.
 OL. mea praedast illa: proin tu te in laqueum induas. 25
 CH. ex sterculino ecfosse, túa illaec praeda sit?
 115 OL. scies hóc ita esse. CH. uae tibi! OL. quot te modis,
 si uiuo, habebó in nuptiis miserum meis!
 CH. quid tu mihi facies? OL. egone quid faciam tibi?
 primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem; 30
 postilla ut semper inprobus nihilique sis,
 120 postid locorum quando ad uillam ueneris,
 dabitur tibi amphora una et una semita,
 fons unus, unum ahenum et octo dolia:
 quae nisi erunt semper plena, ego té implebo flagris. 35
 ita te aggerunda curuom aqua faciam probe
 125 ut postilena possit ex te fieri.
 post autem ruri nisi tu áceruom ederis
 aut quasi lumbricus terram, quod te postules
 gustare quicquam, numquam edepol ieiunium 40
 ieiunumst aequae atque ego te ruri reddibo.
 130 postid, quom lassus fueris et famelicus,
 noctu ut condigne te cubes curabitur.
 CH. quid facies? OL. concludere in fenstram firmiter,
 unde auscultare possis quóm ego illam ausculer: 45

106 si] nisi *P* 107 istant (-nc *B*) *P* 109 ego om. *A*
 110 riure *P* (v. 3) 111 tu *P* 112 satis est *A* 114 sit] est *P*
 (pro erit?) 115 uae tibi *Olympioni* continuat *A* 119 nihilque *P*
 sis] eris *Leo* 120 locorum *A* illam *P* 126 aceruom *quadrissyll.*
suspectum fort. nisi (si) acerbum (eruom) *Seyffert* 129 ieiunium est *P*: inunumst *A* (pro iaiunumst, antiqua forma?) 132 non-
 cludere *A* fenestra *A*: fenestram *P* 133 osculer *P*, usitata forma

quom mihi illa dicet ' mi animule, mi Olympio,
 mea uita, mea mellilla, mea festiuitas, 135
 sine tuos ocellos deosculer, uoluptas mea,
 sine amabo ted amari, meu' festus dies,
 50 meu' pullus passer, mea columba, mi lepus',
 quom mihi haec dicentur dicta, tum tu, furcifer,
 quasi mus, in medio parieti uorsabere. 140
 nunc ne tu te mihi respondere postules,
 abeo intro. taedet tui sermonis.—CH. te sequor.
 55 hic quidem pol certo nil ages sine med arbitro.—

ACTVS II

II. i

CLEVSTRATA PARDALISCA

CL. Opsignate cellas, referte anulum ad me :
 ego huc transeo in proximum ad meam uicinam. 145
 uir si quid uolet me, facite hinc accersatis.
 PA. prandium iusserat senex sibi parari.
 5 CL. st !
 tace atque abi ; neque paro neque hodie coquetur, 149-50
 quando is mi et filio áduorsatur suo
 animi amorisque caussa sui, 152-4
 flagitium illud hominis ! ego illum fame, ego illum siti, 155
 10 maledictis, malefactis amatorem ulciscar,
 ego pól illum probe incommodis dictis angam,
 faciam uti proinde ut est dignus uitam colat,
 Accheruntis pabulum,
 flagiti persequen- 160
 15 tem, stabulum nequitiae.
 nunc huc meas fortunas eo questum ad uicinam.

137 sine uero amari te *A* 142 sermonis tui *P* 145
 uiciniam *A* 146 hinc me ac. *P* 148 st] sta (*in initio versus*
sequen'is) *P* 151 suo aduersatur *A* 158 ut *om. P* dignam *A*
 162 hinc *P* uicinas *P*

sed fori' concrepuit, atque eapse eccam egreditur!
non pol per tempus iter huc mi incepi.

MYRRHINA CLEVSTRATA

ii

- 165-6 My. Sequimini, comites, in proximum me huc. heus uos,
ecquis haec quae loquor audit?
ego hic ero, uir si aut quispiam quaeret.
- 168-9 nam ubi domi sola sum, sopor manus caluitur.
- 170-1 iussin colum ferri mihi? CL. Myrrhina, salue.
- 172-3 My. salue mecator. sed quid tu es tristis, amabo? 5
- 174-5 CL. ita solent omnes quae sunt male nuptae:
176-7 domi et foris aegre quod siet sati' semper est.
nam ego ibam ad te. My. et pol ego isto ad te.
sed quid est quod tuo nunc animo aegrest?
- 180-1 nam quod tibi est aégré, idem mist diuidiae. 10
CL. credo, ecator, nam uicinam neminem amo merito
magi' quam te
nec qua in plura sunt
183^a mihi quae ego uelim.
My. amo te, atque istuc expeto scire quid sit.
- 185-6 CL. pessumis me modis despiciatur domi. 15
My. hem, quid est? dic idem (nam pol hau sati' meo
corde accepi querellas tuas), opsecro.
CL. uir me habet pessumis despiciatam modis,
190 nec mihi ius meum óptinendi optio est.
My. mira sunt, uera si praedicas, nam uiri 20
ius suom ad mulieres optinere hau queunt.

163 ipsa A : ea ipsa P ecca A egreditur foras P (cf. 630)
(? troch. septen.) 164 pol om. A huc om. P : fort. hoc (pron.)
166 loquar P 169 manu scalpitur P 178 istuc codd. 181
diuidue P 182, 183 uno versu exhibet A 182 vel mage 183
sint A 186 [uir] pess. A (cf. v. 189) pro hoc versu vv. 189, 190
ponit P. Credo in recensione aliqua vv. 185-8 eictos fuisse despiciat
uir (?) Leo 187, 188 uno versu A 187 quid est Cleustratae
dat A idem [hoc] P (add. ut neutr. generis esse intellegatur; iv. 2)
189-534 deest A 190 post 186 P

- CL. quin mihi ancillulam ingratiis postulat,
 quae mea est, quae meoeducta sumptu siet,
 uilico suo se dare, 195
 25 sed ipse eam amat. My. opsecro, 195^a
 dice, nam hic nunc licet dicere :
 nos sumus. CL. ita est. My. unde ea tibi est ? 197-8
 nam peculi probam nil habere addecet
 clam uirum, ét quae habet, partum ei hau commode est, 200
 30 quin uiro aut suptrahat aut stupro inuenerit.
 hoc uiri censeo esse omne quidquid tuom est.
 CL. tu quidem aduorsum tuam amicam omnia loqueris.
 My. tace sis,
 stulta, et mi ausculta. noli
 sis tu illic aduorsari, 205
 35 sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi 206-7
 delicuum est.
 CL. satin sana es? nam tuquidem aduorsus tuam istaec rem 208-9
 loquere. My. insipiens,
 semper tu huic uerbo uitato aps tuo uiro. CL. quoi uerbo? 210-2
 My. i foras, mulier.
 CL. st! tace. My. quid est? CL. em! My. quis est,
 quem uides? CL. uir eccum it.
 intro abi, adpropera, age amabo. My. ímpetras, abeo.
 40 CL. mox magis quom otium (ét) mihi et tibi erit, 215
 igitur tecum loquar. nunc uale. My. ualeas.—

iii

L^YSIDAMVS C^LEVSTRATA

- LY. Omnibu' rebus ego amorem credo et nitoribu' nitidis
 anteuenire nec potis 217^a

194 *educta Ital.: educata cod.* 195 *se suo Bothe* 196
dice scripsi: tace cod. 200 *et] set vel sei Seyffert* *commode*
Lipsius: commodi cod. 203 *del. tuam Schoell, ut versus creticus*
fiat 209 *ista cod.* 212 *ci cod. (forma antiqua)* 213 *st] est cod.*
(i, p. 27) 215 *mihi et tibi erit cod. (et mihi erit et tibi J)* 217
itidis cod. (nitidis J)

quicquam commemorari(er) quod plus sali' plusq' leporis
 hodie
 habeat ; coquos equidem nimi' demiror, qui utuntur condi-
 mentis,
 220 eos eo condimento uno (non) utier, omnibu' quod praestat. 5
 nam ubi amor condimentum inierit, quouis placituram
 (escam) credo ;
 neque salsum neque suaue esse potest quicquam, ubi amor
 non admiscetur :
 fel quod amarumst, id mel faciet, hominem ex tristi lepidum
 et lenem.
 hanc ego de me coniecturam domi facio magi' quam ex
 auditis ;
 225 qui quóm amo Casinam, magi' niteo, munditiis Munditiam 10
 antideo :
 myropolas omnis sollicitó, ubiquomque est lepidum unguen-
 tum, unguor,
 ut illi placeam ; et placeo, ut uideor. sed uxor me excru-
 ciat, quia uiuit.
 tristem astare aspicio. blande haec mihi mala res appel-
 landa est.
 uxor mea meaque amoenitas, quid tu agis? CL. abi
 atque apstine manum.
 230 LY. heia, mea Iuno, non decet esse te tam tristem tuo Ioui. 15
 quo nunc abis? CL. mitte me. LY. mane. CL. non
 maneo. LY. at pol ego te sequar.
 CL. opsecro, sanun es? LY. sanus. quam ted amo!
 CL. nolo ames. LY. non potes impetrare. CL. enicas.
 LY. uera dicas uelim. CL. credo ego istuc tibi.

220 non add. *Ital.* (iii. 1) 221 namque *Camerarius* inerit
Ital. escam add. *Seyffert* (iii. 11) vix quouis placiturum cr. 225
 quom *Reiz*: quam *cod.* vel mage niteo *Gulielmius*: inicio (-tio) *cod.*:
 tanto *Seyffert* munditianti deo *cod.* 225 vel mage 226 miro pol
 has *cod.* es *cod.* 227 placeat et *cod.* 228 mala mers *Brix* 229
 manum abi atque abstine *Seyffert*, nam apstine *dactyl.* hoc loco *displacet*
 231 vel mitt' 232 quom *Bothe*, fort. recte (*cf.* 225) 233 enegas *cod.*

- 20 Ly. respice, o mi lepos. CL. nempe ita ut tu mihi es. 235
 unde hic, amabo, unguenta olent? Ly. oh perii! manu-
 festo miser
 teneor. cesso caput pallio detergere.
 ut te bonu' Mercurius perdat, myropola, quia haec mihi
 dedisti.
 CL. eho tu nihili, cana culex, uix teneor quin quae decent
 te dicam,
 25 senectan aetate unguentatus per uias, ignaue, incedis? 240
 Ly. pol ego amico dedi quoidam operam, dum emit un-
 guenta. CL. ut cito commentust!
 ecquid te pudet? Ly. omnia quae tu uis. CL. ubi in
 lustra iacuisti?
 Ly. egone in lustra? CL. scio plus quam tu me arbitrare.
 Ly. quid id est? quid [tu] scis?
 CL. te sene omnium senem (hominem) neminem esse igna-
 uiorem.
 30 unde is, nihili? ubi fuisti? ubi lustratu's? ubi bibisti? 245
 mades mecator: uide palliolum ut rugat! Ly. di me et
 te infelicent,
 sí ego in os meum hodie uini guttam indidi.
 CL. immo age ut lubet bibe, es, disperde rem.
 Ly. ohe, iam' satis uxor est; comprime te; nimium tinnis, 249-50
 35 relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges.
 sed quid ais? iam domuisti animum, potius ut quod uir uelit
 fieri id facias quam aduersere contra? CL. qua de re?
 Ly. rogas?
 super ancilla Casina, ut detur nuptum nostro uilico,
- 236 unguent adolent *cod.* (unguenta olent *J*) 238 qui *Lambinus*
 239 nihil hic anaculix *cod.* 240 senectan *Schoell*: senecta *cod.*,
contra metrum unguentus *PBD*: *corr. B³* 241 commentust
Pylades: commendatus est *cod.* (*cf. v. 240*) *vix dum* [emit] unguenta—
 CL. ut cito commentatust! 242 q. t. u. o *Geppert* 243 tu *del.*
Geppert 244 hominem *vel* senum *add. Spengel* 245 ubi lus-
 tretur ibi (*pro ubi*) bibatur *codd. Nonii* 135 246 mades *Schoell*:
 adest *cod.* 250 tinnis *cod.* 253 quam *Pylades*: [potius] quam
cod. (cf. v. 257; ii. 2)

- 255 seruo frugi atque ubi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo,
 uestimentis, ubique educat pueros quos pariat (sibi), 40
 quam illi seruo nequam des, armigero nili atque improbo,
 quoi hominí hodie peculi nummus non est plumbeus.
 CL. mirum ecastor te senecta aétate officium tuom
 260 non meminisse. LY. quid iam? CL. quia, si facias recte
 aut commode,
 me sinas curare ancillas, quae mea est curatio. 45
 LY. qui, malum, homini scutigerulo dare lubet? CL. quia
 enim filio
 nos oportet opitulari único. LY. at quamquam unicus,
 nihilo magis ille unicus mihi filius quam ego illi pater :
 265 illum mi aequiust quam mé illi quae uolo concedere.
 CL. tu ecastor tibi, homo, malam rem quaeris. LY. subolet, 50
 sentio.
 egone? CL. tu. nam quid friguttis? quid istuc tam cupide
 cupis?
 LY. ut enim frugi seruo detur potius quam seruo improbo.
 CL. quid si ego impetro atque exoro a uilico caussa mea
 270 ut eam illi permittat? LY. quid si ego autem ab armigero
 impetro
 eam illí permittat? atque hóc credo impetrassere. 55
 CL. conuenit. uis tuis Chalinum huc euocem uerbis foras?
 tú eum orato, ego autem orabo uilicum. LY. sane uolo.
 CL. iam hic erit. nunc experiemur nostrum uter sit
 blandior.—
 275 LY. Hercules dique istam perdant, quod nunc liceat dicere.
 ego discrucior miser amore, illa autem quasi ob industriam 60

256 sibi *add. Schoell* 257 [potius] quam *cod.* (*cf. v. 253*) nihili
Merula : nisi *cod.* 258 *vix hodie* 260 *recte Ital.* : certe *cod.*
(cf. Epid. 5) et *PBD* 262 iubet *PE* filio *cum único permu-*
tavit Bothe, proceusmaticum dare lubèt *vitans* 264 ille unicus
Geppert : unicus est ille *cod.* (*i. e. unicus ille?*) 266 sub. sent. *Cleu-*
stratae continuat cod. 267 quid i. tam] nam quid i. *codd. Nonii 308*
(citatio neglegens) 271 (ut) eam *Guietus* vel illic credo
 (me) *Camerarius, Reiz* 272 uuis *cod.* (*i. e. uis*) : uin *Morris (cf.*
ad Bacch. 873) 276 *industria cod.*

mi aduorsatur. subolet hoc iam uxori quod ego machinor :
propter eam rem magis armigero dat operam de industria.

iv

CHALINVS LYSIDAMVS

LY. Qui illum di omnes deaeque perdant ! CH. te uxor
aiebat tua—
me uocare. LY. ego enim uocari iussi. CH. eloquere quid 280
uelis.

LY. primum ego te porrectiore fronte uolo mecum loqui ;
stultitia est ei te esse tristem quouis potestas plus potest.
5 probum et frugi hominem iam pridem esse árbitor. CH.
intellego.

quin, si ita arbitrare, emittis me manu? LY. quin id uolo. 284-5
sed nihil est me cupere factum, nisi tu factis adiuuas.

CH. quid uelis modo id uelim me scire. LY. aúsculta, ego
loquar.

Casinam ego uxorem promisi uilico nostro dare.
10 CH. at tua uxor filiusque promiserunt mihi. LY. scio.
sed utrum nunc tu caelibem te ésse mauis liberum 290
an maritum seruom aetatem degere et gnatos tuos?
optio haec tua est : utram harum uis condicionem accipe.

CH. liber si sim, meo periculo uiuam ; nunc uiuo tuo.
15 de Casina certum est concedere hōmini nato nemini.

LY. intro abi atque actutum uxorem huc euoca ante aedis cito, 295
et sitellam huc tecum ecfero cūm aqua et sortis. CH. sati'
placet.

LY. ego pol istam iam aliquouorsum tragulam decidero.
nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar.
20 ibi ego te et suffragatores tuos ulciscar. CH. attamen
mihi optinget sors. LY. ut quidem pol pereas cruciatu malo. 300

281 porrectiorem frontem (-te E) *cod.* 283 probum et f. h.
Seyffert : pro bone frugi h. *cod.* (*pro* pro bonae frugi homine?)
287 me scire *Merula* : miscere *cod.* eloquar *Mueller, fort. recte*
290 tu nunc *Kaempfer* vel ted -

CH. mihi illa nubet, machinare quidlubet quouis modo.

LY. abin hinc ab oculis? CH. inuitus me uides, uiuam
tamen.—

LY. sumne ego miser homo? satin omnes res sunt aduorsae
mihi?

iam metuo ne Olympionem mea uxor exorauerit 25
305 ne Casinam ducat: si id factum est, ecce me nullum
senem!

si non impetrauit, etiam specula in sórtitust mihi.
si sors autem decollassit, gladium faciam culcitam
eumque incumbam. sed progreditur optume eccum Olympio.

OLYMPIO LYSIDAMVS

V

OL. Vna edepol opera in furnum calidum condito
310 atque ibi torreto me pro pane rubido,
erá, qua istam ópera a me impetres, quod postulas.

LY. saluos sum, salua spes est, ut uerba audio.

OL. quid tu me tua, era, libertate territas? 5
qui si tu nolis filiusque etiam tuos,

315 uobis inuitis atque amborum ingratiis
una libella liber possum fieri.

LY. quid istúc est? quicum litigas, Olympio?

OL. cum eadem qua tu semper. LY. cum uxori mea? 10

OL. quam tu mi uxorem? quasi uenator tu quidem es:
320 dies átque noctes cum cane aetatem exigis.

LY. quid agit, quid loquitur tecum? OL. órat, opsecrat
ne Casinam uxorem ducam. LY. quid tu postea?

OL. negaui enim ipsi me concessurum Ioui, 15
si is mecum oraret. LY. di te seruassint mihi!

303 res *om. cod.* (iii. 1) (*add. J*) 306 specula etiam *Pylades*
in sortitust *Acidalius*: insortita sunt (*st*) *cod.*: in sortist *Camerarius*,
Gaietus 311 qua *Brix*: quam (*quā cod.* (vii. 4) *vel* istanc: istuc
Brix 313 me tua era *Leo*: me uera *cod.* (*pro m&uęra*?) 314
qui *Acidalius*: quid *cod.* (*cf. v. 313*) 318 *vel* uxorem 320
vel ac 321 ait *PE*

- OL. nunc in fermento totast, ita turget mihi. 325
 LY. ego edepol illam mediam dirruptam uelim.
 OL. credo edepol esse, siquidem tu frugi bonae es.
 20 uerum edepol tua mihi odiosa est amatio :
 inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,
 inimici familiares. LY. quid id refert tua ? 330
 unus tibi hic dum propitius sit Iuppiter,
 tu istos minutos caue deos flócci feceris.
 25 OL. nugae sunt istae magnae. quasi tu nescias
 repente ut emoriantur humani Ioues.
 sed tandem si tu Iuppiter sis mortuos, 335
 quom ad deos minores redierit regnum tuom,
 quis mihi subueniet tergo aut capiti aut cruribus ?
 30 LY. opinione melius res tibi habet tua,
 si hoc impetramus, ut ego cum Casina cubem.
 OL. non hercle opinor posse, ita uxor acriter 340
 tua instat ne mihi detur. LY. at ego sic agam :
 coniciam sortis in sitellam et sortiar
 35 tibi et Chalino. ita rem natam intellego :
 necessumst uorsis gladiis depugnarier.
 OL. quid si sors aliter quam uoles euenerit ? 345
 LY. benedice. dis sum fretus, deos sperabimus.
 OL. non ego istuc uerbum empsim tittibilicio ;
 40 nam omnes mortales dis sunt freti, sed tamen
 uidi ego dis fretos saepe multos decipi.
 LY. st! tace parumper. OL. quid uis ? LY. eccum exit foras 350
 Chalinus intus cum sitella et sortibus.
 nunc nos conlatis signis depugnabimus.

326 edepol ego *cod.* (ego edepol J) 335 sis mortuos *Acidalius* :
 sis emortuus *cod.* (pro sies m.?) 337 subueniet *Ital.* : subueniens
cod. 338 opinione melius *Saracenus* : opinionem eius *cod.* (i. 7 ;
 p. 20) habet *Camerarius* : habeat *cod.* 340 vel opino 346
 sperauimus *cod.* 347 empsi cum (pro empsiculen?) tittibi-
 licio *codd. Pauli* 366 (s. tittibilicium) : emisim (vel emissum) tit tibi
 stalitio *cod.* (Stalitio in *personarum nomina se insinuauerat*, e. g. II III
 STALITIO . SENEX . MULIER CLEOS. ; cf. v. 960) : empsim (uno) titt. (?)
Leo 350 parum an parumper *incert. cod.* (vii. 1, p. 91)

CLEVSTRATA CHALINVS LYSIDAMVS vi
 OLYMPIO

CL. Face, Chaline, certioreme quid meum uir me uelit.

CH. ille edepol uidere ardentem te extra portam mortuam.

355 CL. credo ecastor uelle. CH. at pol ego hau credo, sed
 certo scio.

LY. plus artificum est mihi quam rebar: hariolum hunc
 habeo domi.

quid si propius attollamus signa eamusque obuiam? 5

sequere. quid uos agitis? CH. adsunt quae imperauisti
 omnia:

uxor, sortes, situla atque egomet. OL. te uno adest plus
 quam ego uolo.

360 CH. tibi quidem edepol ita uidetur; stimulus ego nunc
 sum tibi,

fodico corculum; adsudascis iam ex metu, mastigia.

LY. tace, Chaline. CH. comprime istunc. OL. immo 10
 istunc qui didicit dare.

LY. adpone hic sitellam, sortis cedo mihi. animum aduertite.
 atqui ego censui apud te posse hoc me impetrare, uxor
 mea,

365 Casina ut uxor mihi daretur; et nunc etiam censeo.

CL. tibi daretur illa? LY. mihi enim—ah, non id uolui
 dicere:

dum 'mihi' uolui, 'huic' dixi, atque adeo mihi dum cupio— 15
 perperam

iam dudum hercle fabulor. CL. pol tu quidem, atque
 etiam facis.

LY. huic—immo hercle mihi—uah! tandem redii uix ueram
 in uiam.

353 certioreme equide *cod.*

354 mortuam *Ritschl*: metuam *cod.*

357 attollamus *J* 361 fodico *Bentley*: eo dico *cod.* (E pro F)

362 c. istum *Pylades*, nam neque comprim(e) istunc neque immo omnino
 placet qui didicit *Lipsius*: quid dicit *cod.* 364 atque *cod.* me
Lambinus: me[cum] *cod.* (iv. 3)

- CL. per pol saepe peccas. LY. ita fit, ubi quid tanto opere 370
expetas.
sed te uterque tuo pro iure, ego atque hic, oramus. CL.
quid est?
- 20 LY. dicam enim, mea mulsa: de istac Casina huic nostro
uilico
gratiam facias. CL. at pol ego neque faciô neque censeo.
LY. tum igitur ego sortis utrimque iam (diribeam). CL.
quis uotat?
- LY. optimum atque aequissimum istuc esse iure iudico. 375
postremo, (si) illuc quod uolumus eueniet, gaudebimus;
25 sin secus, patiemur animis aequis. tene sortem tibi.
uide quid scriptumst. OL. unum. CH. iniquomst, quia
isti prius quam mihi est.
LY. accipe hanc sis. CH. cedo. mane, unum uenit in
mentem modo:
uide ne quae illic insit alia sortis sub aqua. LY. uerbero, 380
men te censes esse? CL. nulla est. habe quietum animum
modo.
- 30 CH. quod bonum atque fortunatum sit mihi—OL. magnum
malum
tibi quidem edepol credo eueniet; noui pietatem tuam.
sed manedum: num ista aut populna sors aut abiegnast tua?
CH. quid tu id curas? OL. quia enim metuo né in aqua 385
summa natet.
LY. eugae! caue. conicite sortis nunciam ambo huc. eccere!
35 uxor, aequa. OL. noli uxori credere. LY. habe animum
bonum.

371 atque ego *cod.*: *trai. Camerarius* 373 *vel* nec 374 *dir.*
add. Schoell (iii. 11) 376 *si add. Camerarius* 378 *vel* *istic est]*
dedit Leo, cui prius displicet p. est quam m. *Sonnenschein* 380 *alias*
oris (alia sors B³) cod. (i. 7). *Testatur sortis Priscianus* 1, 320 382
quod *Camerarius*: quid *cod.* fortunatum [tuum] sit *cod.*: *corr. Quietus*
384 *mane Priscianus* 1, 76: ne *cod.* istaec *codd. Prisciani* 386
Naugae (Auge P^{BD}) Schoell *fort. cate* *amabo cod.* (*cf. v. 393*)

OL. credo hercle, hodie deuotabit sortis si attigerit. LY. tace.

OL. taceo. deos quaeso—CH. ut quidem tu hodie canem et
furcam feras.

390 OL. mihi ut sortito eueniat—CH. ut quidem hercle pedibus
pendeas.

OL. at tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.

CH. quid times? paratum oportet esse iam laqueum tibi. 40

OL. periisti. LY. animum aduertite ambo. OL. taceo.

LY. nunc tu, Cleustrata,

ne a me memores malitiose de hac re factum aut suspices,

395 tibi permitto: tute sorti. OL. perdis me. CH. lucrum
facit.

CL. bene facis. CH. deos quaeso—ut tua sors ex sitella
ecfugerit.

OL. ain tu? quia tute es fugitiuos, omnis te imitari cupis? 45
utinam tua quidem (ista), sicut Herculei praedicant
quondam prognatis, in sortiando sors deliquerit.

400 CH. tú ut liquescas ipse, actutum uirgis calefactabere.

LY. hoc age sis, Olympio. OL. si hic litteratus me sinat.

LY. quod bonum atque fortunatum mihi sit! OL. ita uero, 50
et mihi.

CH. non. OL. immo hercle. CH. immo mihi hercle.

CL. hic uincet, tu uiues miser.

LY. percide os tu illi odio. age, ecquid fit? caue obiexis
manum.

405 OL. compressan palma an porrecta ferio? LY. age ut uis.
OL. em tibi!

CL. quid tibi istunc tactio est? OL. quia Iuppiter iussit
meus.

388 deuobit *cod.* (*pro* deuouebit?) (deuotabit *J*) 389 hodie tu
Mueller 390 sortito *Spengel*: sortitio *cod.* 393 amabo *cod.*
(*cf. v. 386*) 394 suspicere *cod.* (*i. 7*) 398 ista *addidit*
Guictus (*cf. 399*) 399 in *codd. Nonii* 334:
[ista] in *cod.* (*iv. 3*) 402 sit *Pylades*: est *cod.* 404 percide
Turnebus: praecide *cod.* odio *Seyffert*: hodie *cod.* caue *Bothe*:
M. (*personae nota*) ne *cod.*: fort. a! ne 405 rem *cod.* (*hem J*)

- 55 CL. feri malam, ut ille, rusum. OL. perii! pugnis caedor,
Iuppiter.
LY. quid tibi tactio hunc fuit? CH. quia iussit haec Iuno
mea.
LY. patiundum est, siquidem me uiuo mea uxor imperium
exhibet.
CL. tam huic loqui licere oportet quam isti. OL. quur omen 410
mihi
uituperat? LY. malo, Chaline, tibi cauendum censeo.
60 CH. temperi, postquam oppugnatum est os. LY. age, uxor,
nunciam
sorti. uos aduortite animum. prae metu ubi sim nescio.
perii! cor lienosum, opinor, habeo, iam dudum salit,
de labore pectus tundit. CL. teneo sortem. LY. efer 415
foras.
CH. iamne mortuo's? OL. ostende. mea (haec) est. CH.
mala crux east quidem.
65 CL. uictus es, Chaline. LY. quom nos di iuuere, Olympio,
gaudeo. OL. pietate factum est mea atque maiorum meum.
LY. intro abi, uxor, atque adorna nuptias. CL. faciam
ut iubes.
LY. scin tu rus hinc esse ad uillam longe quo ducat? 420
CL. scio.
LY. intro abi et, quamquam hoc tibi aegre est, tamen fac
accures. CL. licet.—
70 LY. eamus nos quoque intro, hortemur ut properent. OL.
numquid moror?—
LY. nam praesente hoc plura uerba (fieri) non desidero.—

410 loqui *Ital.*: loqui [qui] *cod.* 412 nunciam *Camerarius*,
Bentley: [mea] iam nunc *cod.* 413 prae metu *Pistoris*: praebere
tu *cod.* 414 vel opino iam *Pylades*: iam [iam] *cod.* 416
haec *add. Geppert* crux ea est *Camerarius*: crucias *cod.* 417 di
iuuere *Spengel*: diu uiuere *cod.* (v. 12) 418 vel ac ma. meorum
cod. 420 rus hinc *Langen*: ruri *cod.* (vi. 1) 423 fort. hoc praesente,
fauente allitteratione fieri add. Camerarius

CHALINVS

vii

- CH. Si nunc me suspendam, meam operam luserim
 425 et praeter operam restim sumpti fecerim
 et meis inimicis uoluptatem creauerim.
 quid opus est, qui sic mortuos? equidem tamen
 sorti sum uictus, Casina nubet uilico. 5
 atque id non tam aegrest iam, uicisse uilicum,
 430 quam id expetiuisse opere tam magno senem,
 ne ea mihi daretur atque ut illi nuberet.
 ut illé trepidabat, ut festinabat miser!
 ut sussultabat, postquam uicit uilicus! 10
 attat! concedam huc, audio aperiri fores,
 435 mei beneuolentes atque amici prodeunt.
 hinc ex insidiis hisce ego insidias dabo.

OLYMPIO LYSIDAMVS CHALINVS

viii

- OL. Sine módo rus ueniat: ego remittam ad te uirum
 cum furca in urbem tamquam carbonarium.
 LY. ita fieri oportet. OL. factum et curatum dabo.
 440 LY. uolui Chalinum, si domi esset, mittere
 tecum opsonatum, ut etiam in maerore insuper 5
 inimico nostro miseriam hanc adiungerem.
 CH. recessim dabo me ad parietem, imitabor nepam;
 captandust horum clanculum sermo mihi.
 445 nam illorum me alter cruciat, alter macerat.
 at candidatus cedit hic mastigia, 10
 stimulorum loculi. protollo mortem mihi;
 certum est, hunc Accheruntem praemittam prius.

424 suspendam me *Reiz*, cui -pendám *displicet* 432 vel ill'
 434 aperiri *Ital.*: operiri *cod.* foris *Merula*: foras *cod.* (*ant. forma?*)
 435 mei *Mueller*: mihi *cod.* amici *Gulielmius*: ame *cod.* (*pro ame*
ici? iii. 4) 436 hisce *Camerarius*: hic *cod.* 437 ueniat *Came-*
rarius: eueniat *cod.* 443 . . dabo me *cod.* *Festi* 165: retro-
 uorsum cedam *codd.* *Nonii* 145: recessim cedam *cod.* (*conflatum ex*
duabus lectionibus) 447 mortem protollo *Brugmann* (*cf. ad* 424)

- OL. ut tibi ego inuentus sum opsequens ! quod maxime
cupiebas, eius copiam feci tibi. 450
- 15 erit hodie tecum quod amas clam uxorem. LY. tace.
ita me di bene ament ut ego uix reprimo labra
ob istanc rem quin te deosculer, uoluptas mea.
CH. quid, deosculere? quae res? quae uoluptas tua?
credo hercle ecfodere hic uolt uesticam uilico. 455
- 20 OL. ecquid amas nunc me? LY. immo edepol me quam
te minus.
licetne amplecti te? CH. quid, 'amplecti'? OL. licet.
LY. ut, quia te tango, mel mihi uideor lingere!
OL. ultro te, amator, apage te a dorso meo!
CH. illuc est, illuc, quod hic hunc fecit uilicum : 460
- 25 et idem me pridem, quom ei aduorsum ueneram,
facere atriensem uoluerat sub ianua.
OL. ut tibi morigerus hodie, ut uoluptati fui!
LY. ut tibi, dum uiuam, bene uelim plus quam mihi.
CH. hodie hercle, opinor, hi conturbabunt pedes : 465
- 30 solet hic barbatus sane sectari senex.
LY. ut ego hodie Casinam deosculabor, ut mihi
bona multa faciam (clam) meam uxorem ! CH. attatae !
nunc pol ego demum in rectam redii semitam.
hic ipse Casinam deperit. habeo uiros. 470
- 35 LY. iam hercle amplexari, iam osculari gestio.
OL. sine priu' deduci. quid, malum, properas? LY. amo.
OL. at non opinor fieri hoc posse hodie. LY. potest,
siquidem cras censes te posse emitti manu.
CH. enim uero huc aures magi' sunt adhibendae mihi : 475
- 40 iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.
LY. apud hunc sodalem meum atque uicinum mihi

451 tatae *Schoell* 454 deosculere *Meursius* : deosculer *cod.*
455 ecfodere hercle hic uolt credo *cod.* : *trai. Bothe* 465 iis (*i. e.*
his?) *cod.* (hi *J²*) *fort.* opino hi sibi (*s*) c. 468 clam *add. Pius*
(*praec.* -ciam) 473 *vel* opino 474 emitti *Camerarius* : mitti
cod. 475 *vel* mage

locus est paratus : ei ego amorem omnem meum
concredui ; is mihi se locum dixit dare.

- 480 OL. quid eius uxor ? ubi erit ? *LY.* lepide repperi.
mea uxor uocabit huc eam ad se in nuptias, 45
ut hic sit secum, se adiuuet, secum cubet ;
ego iussi, et dixit se facturam uxor mea.
illa hic cubabit, uir ab[i]erit faxo domo ;
- 485 tu rus uxorem duces : id rus hoc erit
tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias. 50
hinc tu ante lucem rus cras duces postea.
satin docte ? OL. astute. CH. age modo, fabricamini,
malo hercle uostro tam uorsuti uiuitis.
- 490 *LY.* scin quid nunc facias ? OL. loquere. *LY.* tene mar-
suppium, 55
abi atque opsona, propera, sed lepide uolo,
molliculas escas, ut ipsa mollicula est. OL. licet.
LY. emito sepiolas, lepadas, lolligunculas,
hordeias,—CH. immo triticeias, si sapis.
- 495 *LY.* soleas. CH. qui quaeso potius quam sculponeas,
quibu' battuatur tibi os, senex nequissime ? 60
OL. uin lingulacas ? *LY.* quid opust, quando uxor domi est ?
ea lingulaca est nobis, nam numquam tacet.
OL. in re praesenti ex copia piscaria
- 500 consulere quid emam potero. *LY.* aequom oras, abi.
argento parci nolo, opsonato ampliter. 65
nam mihi uicino hoc etiam conuento est opus,
ut quod mandauit curet. OL. iamne abeo ? *LY.* uolo.—
CH. tribu' non conduci possum libertatibus

478 omnem amorem *cod.*: *trai. Pylades, nam amorem-meum uix
ferendum* 482 adiuuet (*B*) an adiutet (*PE, fort. recte; cf. v. 580*)
incert. cod. 484 uir aberit *Camerarius*: [si] uir abierit *cod.* 485 hic
Gulielmius 488 satin at tute (*pro astute?*) *et in marg. ut uid.* docte
cod.: s. astu? OL. docte *Bothe* 493 lepidas *cod.* (*etiam codd. Pri-*
sciani 1, 108; *orthographia antiqua?*) lolligunculas *testatur Priscianus*:
lolligiungas *cod.* 496 qui bat. *Gruetius* os tibi *Mueller, rhythmo con-*
sulens 500 abi *Camerarius*: abis *cod.* 502 *fort.* Nunc (*vii. 2*)

quin ego illis hodie comparem magnum malum 505
 70 quinque hanc omnem rem meae erae iam faciam palam.
 manifesto teneo in noxia inimicos meos.
 sed si nunc facere uolt era officium suom,
 nostra omnis lis est. pulchre praeuortar uiros.
 nostro omine it dies; iam uicti uicimus. 510
 75 ibo intro, ut id quod alius condidit coquos,
 ego nunc uicissim ut alio pacto condiam,
 quo id quod paratum est ut paratum ne siet
 sietque ei paratum quod paratum non erat.—

ACTVS III

III. i

LYSIDANVS ALCESIMVS

LY. Nunc amici, áne inimici sis imago, Alcesime, 515
 mihi sciam, nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.
 quare amem me castigare, id ponito ad compendium,
 ‘cano capite’ ‘aetate aliena’ eo addito ad compendium,
 5 ‘quod sit uxor’, id quoque illuc ponito ad compendium.
 AL. miseriorem ego ex amore quam te uidi neminem. 520
 LY. fac uacent aedes. AL. quin edepol seruos, ancillas domo
 certum est ómnis mittere ad té. LY. oh, nimium scite
 scitus es.
 sed facitodum merula per uorsus quod cantat (tu) colas:
 10 ‘cum cibo cum quiqui’ facito ut ueniant, quasi eant Sutrium.
 AL. meminero. LY. em, nunc enim tu demum nullo scito 525
 scitus es.

507 noxa *cod.* 509 pulchre *Pius*: pulchra re *cod.* (v. 3) peruor-
 tam *Langen* 513 quod *Mueller*: quod *cod.* (i. 7, p. 21) 515 *vel*
 amicin 517 curam eme, *cui glossa superscr.* curam exime *cod.*
 522 oh *Seyffert*: eho *cod.* 523 merula per uersus quod *cod.*
 Festi 310 (s. Sutrium): merui aperuorsus quos *cod.*: maconi (*pro*
 menui? n *pro r*) aper uersus quos *T* tu *addidi* (*cf. Class. Rev.* 1892,
 p. 124) 524 cum suo cuique *f. uen. cod. Festi fort. ca. colas*;
 cibo Cum suo cum q. (*de prosodia cf. Men.* 941, *Naev. trag.* 40 R.)

cura, ego ad forum modo ibo: iam hic ero. AL. bene
ambula.

LY. fac habeant linguam tuae aedes. AL. quid ita? LY.
quom ueniam, uocent.

AL. attatae! caedundus tú homo es: nimias delicias facis.

LY. quid me amare refert, nisi sim doctus <ac> dicaculus? 15
530 sed tu caue in quaesitione mihi sis.—AL. usque adero
domi.—

CLEVSTRATA ALCESIMVS

ii

CL. Hoc erat ecastor quod me uir tanto opere orabat meus,
ut properarem arcessere hanc <huc> ad me uicinam meam,
liberae aedes ut sibi essent Casinam quo deducerent.
nunc adeo nequaquam arcessam, <ne illis> ignauissimis
535 liberi loci potestas sit, uetulis ueruecibus. 5

sed eccum égre dicitur, senati columen, praesidium popli,
meu' uicinus, meo uiro qui liberum praehibet locum.
non ecastor uilis emptu'st modius qui uenit salis.

AL. miror huc iam non arcessi in proximum uxorem meam,
540 quae iam dudum, si arcessatur, ornata exspectat domi. 10
sed eccam, opino, arcessit. salue, Cleustrata. CL. et tu,

Alcesime.

ubi tua uxor? AL. intus illa te, si se arcessas, manet;
nam tuo' uir me orauit ut eam isto ad te adiutum mitterem.
uin uocem? CL. sine eam: te nolo, si occupata est. AL.
otium est.

545 CL. nil moror, molesta ei esse nolo; post conuenero. 15

529 ac add. *Kiessling* (iii. 1) fort. nisi si sim vel nisi siem dicax
(-cas PE) uius (uiuus B, uiuis PE) cod. (i pro l) 530 in-
quisitione cod. (i. 5) 531, 532 *inverso ordine cod.: trai. Brix*
531 quod *Camerarius*: [id] quod cod. 532 huc add. *Koch* 534
ne add. *Saracenus*, illis *Koch* 535 accedit A uitulis P 536
<huc> egr. *Schoell* 538 emptu'st *Lambinus*: emptus (om. est)
A: emptus est P (etiam PA) modio *Dousa* 541 opinor codd.
542 illam A: ellam *Seyffert* 543 istuc codd. mitteret A 544
eam te *Goetz*: eamij A: om. P

AL. non ornatis isti apud uos nuptias? CL. orno et paro.

AL. non ergo opus est adiutrice? CL. sati' domist. ubi
nuptiae
fuerint, tum istam conuenibo. nunc uale, atque istanc
iube.—

AL. quid ego nunc faciam? flagitium maxumum feci miser
20 propter operam illius hirqui ínprobí, edentuli, 550
qui hoc mihi contraxit; operam uxoris polliceor foras,
quasi catillatum. flagitium hominis, qui dixit mihi
suam uxorem hanc arcessituram esse; ea se eam négat
morarier.

atque edepol mirum ni subolet iam hoc huic uicinae meae.
25 uerum autem altrouorsum quóm eam mecum rationem puto, 555
si quid eiús esset, esset mecum postulatio.

ibo íntro, ut subducam nauim rusum in puluinaria.—

CL. íám hic est lepide ludificatus. miseri ut festinant senes!
nunc ego illúm nihili, decrepitum meum uirum ueniat uelim,
30 ut eum ludificem uicissim, postquam hunc delusi alterum. 560
nam ego aliquid contrahere cupio litigi inter eos duos.
sed eccum incedit. at, quom aspicias tristem, frugi censeas.

iii LYSIDAMVS CLEVSTRATA

LY. Stultitia magna est, mea quídem sententia,
hominém amatorem ullum ad forum procedere,
in eum diem quoi quod amet in mundo siet; 565
sicut ego feci stultus: contriui diem,

5 dum asto aduocatus quoidam cognato meo;
quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo,
ne me nequiquam sibi hodie aduocauerit.
nam meo quidem animo qui aduocatos aduocet 570

546 nos P 550 improbi {olidi} Palmer, cui hiatus displicet
552 catillae tum T 553 esse del. Acidalius 555 quo A
ratione P 556 esset semel P 557 puluinarium P 559 vel
illunc 565 amat A 568 perdidisse P 570 om. P (iii, p. 50)

- rogitare oportet prius et contariet
 adsitne ei animus necne (ei) adsit quem aduocet : 10
 si neget adesse, exanimatum amittat domum.
 sed uxorem ante aedis eccam. ei misero mihi !
 575 metuo ne non sit surda atque haec audiuerit.
 CL. audiui ecastor cum malo magno tuo.
 LY. accedam propius. quid agis, mea festiuitas? 15
 CL. te ecastor praestolabar. LY. iamne ornata rest?
 iamne hanc traduxti huc ad nos uicinam tuam
 580 quae te adiutaret? CL. arcessiui, ut iusseras.
 uerum hic sodalis tuos, amicus optumus,
 nescioquid se sufflauit uxori suae : 20
 negauit posse, quoniam arcesso, mittere.
 LY. uitium tibi istuc maxumum est, blanda es parum.
 585 CL. non matronarum officiumst, sed meretricium,
 uiris alienis, mi uir, subblandirier.
 i tú atque arcesse illam : ego intus quod factost opus 25
 uolo accurare, mi uir. LY. propera ergo. CL. licet.
 iam pol ego huic aliquem in pectus inician metum ;
 590 miserrumum hodie ego hunc habebō amasium.—

ALCESIMVS LYSIDAMVS

iv

- AL. Viso huc, amator si a foro rediit domum,
 qui me atque uxorem ludificatust, larua.
 sed eccum ante aedis. ad te hercle ibam commodum.
 LY. et hercle ego ad te. quid ais, uir minimi preti?
 595 quid tibi mandauit? quid tecum orauit? AL. quid est? 5
 LY. ut bene uociuas aedis fecisti mihi,
 ut traduxisti huc ad nos uxorem tuam !
 satin propter te pereo ego atque occasio?
 AL. quin tu suspendis te? nemp' tute dixeras

571 percontariet *Pylades, cui prius displicet* 572 ei *add.*
Scyffert 578 res est *codd.* : res *Bothe* 579 huc *om. A*
 585 officiumst] [parum] est officium *P*(iv. 3) 587 factust *A* 590
 hunc ego habeo *P* 594 At (Atque *PE*) ego hercle *P* 599 sus-
 pendes *P*

- 10 tuam arcéssituram esse uxorem uxorem meam. 600
 LY. ergo arcessiuisse ait sese, et dixisse te
 eam nón missurum. AL. quin eapse ultro mihi
 negavit eiús operam se morarier.
 LY. quin eapse me adlegavit qui istam arcesserem.
- 15 AL. quin nihili facio. LY. quin me perdis. AL. quin 605
 benest,
 quin etiam diu morabor, quin cupiō tibi—
 LY. quin—AL. aliquid aegre facere. LY. quin faciam lubens.
 numquam tibi hodie 'quin' erit plus quam mihi.
 AL. quin hercle di te perdant postremo quidem !
- 20 LY. quid nunc? missurusne es ad me uxorem tuam? 610
 AL. ducas, easque in maxumam malam crucem
 cum hác cum ístac, cumque amica etiam tua.
 abi et aliud cura, ego iam per hortum iussero
 meam istuc transire uxorem ad uxorem tuam.—
- 25 LY. nunc tu mi amicus es in germanum modum. 615
 qua ego hunc amorem mi esse aui dicam datum
 aut quot ego umquam erga Venerem inique fecerim,
 quoi sic tot amanti mi obuiam eueniant morae?
 attat !

30 quid illúc clamoris, opsecro, in nostrast domo? 620

V PARDALISCA LYSIDAMVS

- PA. Nulla sum, nulla sum, tota, tota occidi,
 cor metu mortuomst, membra miseræ tremunt,
 nescio unde auxili, praesidi, perfugi
 mi aut opum copiam comparem aut expetam :
 5 tanta factu modo mira miris modis 625

600 uxorem *semel P* 602 eapsaltro *A* 605 Qui ni. *P ut vid.*
 613 aliquid *A* 616 aui] aut *P* (vi, p. 86) 617 quid *Gro-*
novius (quod *codd.*): quod *tuetur Thulin de conunctivo* p. 137 618
 tot *om. A* eueniunt *A* 620 nostra domo est *P* 625 factu
Scioppius: factis *codd.* miris] ueris *P*

intus uidi, nouam atque integram audaciam.
caue tibi, Cleustrata, apscede ab ista, opsecro,
ne quid in te mali faxit ira percita.

eripite isti gladium, quae suist impos animi.

630 Ly. nam quid est quod haec huc timida atque exanimata 10
exsiliuit?

Pardalisca! PA. perii! unde méae usúr pant aures sonitum?

Ly. respice modo ad me. PA. o ere mi—Ly. quid tibi
est? quid timida es? PA. perii.

Ly. quid, periisti? PA. perii, ét tu periisti. Ly. a, perii?
quid ita?

PA. uae tibi! Ly. immo istuc tibi sit. PA. ne cadam,
amabo, tene me.

635-6 Ly. quidquid est, eloquere mi cito. PA. contine pectus, 15

637-8 face uentum, amabo, pallio. Ly. timeo hoc negoti quid siet,

639-40 nisi haec meraclo se uspiam percussit flore Liberi.

PA. optine auris, amabo. Ly. i in malam a me crucem!
pectus, auris, caput teque di perduint!

nam nisi ex te scio, quidquid hoc est, cito, hoc 20

iam tibi istuc cerebrum dispercutiam, excetra tu,

645 ludibrio pessuma adhuc quae me habuisti.

646-7 PA. ere mi—Ly. quid uis mea me ancilla? PA. nimium
saeuis. Ly. numero dicis.

sed hoc quidquid est eloquere, in pauca confer:

quid intus tumulti fuit? PA. scibis, audi. 25

650 malum pessumumque hic modo intús—apud nos

tua ancilla hoc pacto exordiri coëpit,

quod haud Atticam condecet disciplinam.

628 ira] *vix* hir 630 exiluit [foras] *P* (*cf.* 163) (? *pro* f. e.)
631 *vix* usuripant m. sonum *A*, *vocabulum vix* *Plautinum* 632
vel med o *om.* *P* 633 Quid] Qui *A* ita] tibi *P* 634
istuc] uae *A* necadamabo *P* 635 loquere *A* 638 negotium
quid est *P*, *contra metrum* 640 mera glose *P* (*non* *PA* *ut vid.*):
meraco se *A* percursit *P* libico *P* (*etiam* *PA*) 641 a me
om. *P* 643 est cito] scito *P* (i. 3) hoc *om.* *P* 644 exc.
tu] execrata *P* 646 mea me (tu?) *A*: mea *P*, *cod.* *Fest* 170
648 loquere *P* refer *P* 652 attica *A*

- LY. quid est id? PA. timor praepedit dicta linguae.
- 30 LY. possum scire ego istuc ex te quid negoti est? PA. dicam.
tua ancilla, quam tu tuo uilico uis 655
dare uxorem, ea intus—LY. quid intus? quid est?
PA. imitatur malarum malam disciplinam,
uiro quae suo interminatur: uitam—
- 35 LY. quid ergo? PA. ah—LY. quid est? PA. intere-
meré—ait uelle uitam,
gladium—LY. hem! PA. gladium—LY. quid eum gladium? 660
PA. habet. LY. ei misero mihi! quid eum habet?
PA. insectatur omnis domi per aedis
nec quemquam prope ad se sinit adire:
- 40 ita omnes sub arcis, sub lectis latentes
metu mussitant. LY. occidi atque interii! 665
quid illic obiectumst mali tam repente?
PA. insanit. LY. scelestissimum me esse credo.
PA. immo si scias dicta quae dixit hodie.
- 45 LY. istuc expeto scire. quid dixit? PA. audi.
per omnis deos et deas deierauit, 670
occisurum eum hac nocte quicum cubaret.
LY. men occidet? PA. an quippiam ad te attinet?
LY. uah!
PA. quid cum ea negoti tibist? LY. Peccaui: illuc 673-4
dicere, uilicum, uolebam.
- 50 PA. sciens de uia in semitam degredere. 675
LY. num quid mihi minatur? PA. tibi infesta solist
plus quam quouquam. LY. quámobrem? PA. quia se des
uxorem Olympioni,
neque se tuam nec suam neque uiri uitam sinere in crasti- 678-80
num protolli: id huc

654 [quid est] possum *P* (*ex v.* 653; *iv.* 3) 655 tu *om.* *P*
658 suo quae inter minatur *P* interminatur *an* -etur *incert.* *A*
663 sese *Bothe* fort. sinet 665 vel interiiuram 666 maltiam
(-litiam) *P* 670 delerauit se *A* 671 occisuram *A* (*i.* 9) 672
men] me *P* 675 degredire *Bentley* 676 nam *A* 678-81
fines mutilati P (*propter laceratam paginam in PA*; *iii.* 8) 678 nec
[se] suam *P* sinere in] sin *P*

missa sum tibi ut dicerem,

682-3 ab ea uti caueas tibi. LY. perii hercle ego miser! PA. 55
dig(nu's tu).

LY. neque est neque fuit me senex quisquam amator
685 adaeque miser. PA. ludo ego hunc facete;
nam quae facta dixi omnia huic falsa dixi:
era atque haec dolum ex proximo hunc protulerunt,
ego hunc missa sum ludere. LY. heus Pardalisca! 60
PA. quid est? LY. est—PA. quid? LY. est quod uolo
exquirere ex te.

690 PA. moram offers mihi. LY. at tu mihi offers maerorem.
sed etiamne habet nunc Casina gladium?
PA. habet, sed duos. LY. quid, duos? PA. altero te
occisurum ait, altero uilicum hodie. 65

LY. occisissimus sum omnium qui uiuont.
695 loricam induam mi optimum esse opinor.
quid uxor mea? non adit atque ademit?
PA. nemo audet prope accedere. LY. exoret. PA. orat:
negat ponere alio modo ullo profecto, 70
nisi se sciat uilico non datum iri.

700 LY. atqui ingratiis, quia non uolt, nubet hodie.
nam qur non ego id perpetrem quod coëpi,
ut nubat mihi—illud quidem uolebam,
nostro uilico? PA. saepicule peccas. 75

LY. timor praepedit uerba. uerum, opsecro te,
705 dic med uxorem orare ut exoret illam
gladium ut ponat et redire me intro ut liceat. PA. nuntiabo.

681 dicerem] di P (dicam B³) 682 ut *codd.* dignu's tu
Schoell: dig—vel dig—u A: om. P: vel dignu' tu (*septenar.*) 688
huc P 689 ex] a P 691 sed *adhaeret priori versui A* 693
occisuram A (i. 9) 695 vel opino 696 <an> non *Weise, cu*
meâ (in pausa) displicet adimit P (*pro ademit?*) 699 Ni P 700
atque P 701 nam qur] numquam A 702 uolebam *codd. Prisciani* I, 104: [dicere] uolebam A: uolebam [non sed] P (iv. 1)
703 saepiuscule *Priscianus, gloss. Plant.* 704 te A *ut uid.*: om. P
(*cf.* 738) 706 lic. (*om. ut*) A

LY. et tu orato. PA. et ego orabo. LY. at blande orato,
 ut soles. sed audin?

80 si cefexis hoc, soleas tibi dabo et anulum in digito 708-12
 aureum et bona pluruma.

PA. operam dabo.

LY. face ut impetres.

PA. eo nunciam,

715

nisi quippiam

85 remorare me.

LY. abi et cúra.

redit eccum tandem opsonatu meus adiutor, pompam ducit.

vi OLYMPIO CHYTRIO LYSIDAMVS

OL. Vide, fur, ut sentis sub signis ducas! CHY. qui uero 720
 hi sunt sentes?

OL. quia quod tetigere, ilico rapiunt, si eás ereptum, ilico
 scindunt:

ita quoquo adueniunt, ubi ubi sunt, duplici damno dominos
 multant.

CHY. heia! OL. attat! cesso magnifice patriceque amicirier
 atque ita ero meo ire aduorsum.

5 LY. bone uir, salue. OL. fateor. LY. quid fit? OL. tu 724-5
 amás: ego essurio et sitio.

LY. lepide excuratus incessisti. OL. aba, hodie * * * * *

LY. mane uero, quamquam fastidis. OL. fui fui! foetet
 tuo' mihi sermo.

LY. quae res? OL. haec res. etiamne astas? enim uero
 πράγματά μοι παρέχεις.

707 audi A 708-12 *per pauca leguntur* A 710 digitum
 Mueller 717 rememorare me P 719 opsonatum eius P 720
 signum P quid A hi om. P 722 illi damno melius resonet
 domnos 723 patricieque A amiceque ita P (ac in marg. ut
 vid., unde ac ante ire B, om. PE; ii. 4) 725 ego et esurio *Ioachi-*
 mus, cui hiatus ego | es. displicet 726 post hodie nihil habet P, 15
 fere litteras quarum ultimae . . . | us A -fort. (sum Sardanapallus) 727
 ey ey P (i. e. fy fy) (E pro F): . . . | A (edepol cdd.; an foe foe?)

- LY. dabo tibi
- 729^a μέγα κακόν,
- 730 ut ego opinor, nisi resistis. OL. ὦ Ζεῦ,
potin a me abeas,
nisi me uis
- 732^a uomere hodie?
- LY. mane. OL. quid est? quis hic est homo? 15
- 734-6 LY. eru' sum. OL. quis erus? LY. quouis tu seruo's. OL.
seruos ego? LY. ac meu'. OL. non sum ego liber?
memento, memento. LY. mane atque asta. OL. omitte.
LY. seruos sum tuós. OL. optumest. LY. opsecro te,
Olympisce mi, mi pater, mi patrone. OL. em,
- 740 sapis sáne. 20
- 740^a LY. tuo' sum equidem.
OL. quid mi opust seruo tam nequam?
LY. quid nunc? quam mox recreas me?
OL. cena modo si sit cocta.
- 744-5 LY. hisce ergo abeant. OL. propere cito íntro íte et cito 25
deproperate.
- 746-7 ego iam intus ero, facite cenam mihi ut ebria sit.
sed lepide nitideque uolo, nil moror barbarico bliteo.
- 749-50 stasne etiam? i sis, ego hic habeo. numquid est ceterum
quod morae sit?
- LY. gladium Casinam intus habere ait,
qui me ac te interimat. 30
OL. scio. sic sine habere;
nugas agunt: noui

729 om. tibi P (etiam P^A) 730 vel opino 732 me uis]
meus A 733 homo est P 738 te om. P (cf. 704) 739 mi (semel)
pater A em Lysimacho dat A 741 seruo opus est P 744-9
initia mutilata P (propter laceratam paginam in P^A; cf. ad v. 766)
744, 745 hisce om. P pr. cito] pr. Citrio Schoell properate A
746, 747 ego om. P facito Geppert, fort. recte cena A est P
748 sed om. P bliteo] ritu P 749, 750 stasne] ne P habito
P siet A ut vid. 751 gladium om. P 752 interimat]
inuitat P

	ego illas malas merces.	754 ^a
	quin tu i modo mecum	755
35	domum. LV. at pol malum metuo.	755 ^a
	i tu modo, perspicito prius	
	quid intus agatur.	756 ^a
	OL. tam mihi mea uita	
	tua quam tibi carast.	757 ^a
40	uerum i modo. LV. si tu iubes,	
	em ibitur tecum.	758 ^a

ACTVS IV

IV. i

PARDALISCA

	PA. Nec pol ego Nemeae credo neque ego Olympiae	
	neque usquam ludos tam festiuos fieri	760
	quam hic intus fiunt ludi ludificabiles	
	seni nōstro et nostro Olympioni uilico.	
5	omnes festinant intus totis aedibus,	
	senex ín culina clamat, hortatur coquos :	
	'quin agitis hodie? quin datis si quid datis?'	765
	properate, cenam iám esse coctam oportuit.'	
	uilicus is autem cum corona, candide	
10	uestitus, lautus exornatusque ambulat.	
	illaec autem armigerum ilico exornant duae	
	quem dent pro Casina nuptum nostro uilico.	770
	sed nimium lepide dissimulant, quasi nil sciant	
	fore huius quod futurumst; digne autem coqui	
15	nimi' lepide ei rei dant operam, ne cenet senex,	
	aulas peruortunt, ignem restinguont aqua :	

756 prior *A* (in initio v. sequentis. Itidem iubes in initio v. 758^a)
 757 iam *P* 757^a quam tua *P* 758 i om. *P* (i. 4) 758^a em
 ib.] inibitur *P* 766-71 fines mutilati *P* (cf. ad v. 744) 766
 iam om. *A* (iii. 1) oportuit] oppo *P* 767 is] hic *P* 768
 laute *P* ut vid. 769 illae *codd.* incubiculo armigerum ornant
 (om. duae) *P* 770 nostro uil.] nōstra *P* 771 quasi nil sciant
 om. *P* 773 rei om. *A* (iii. 1)

775 illarum oratu faciunt ; illae autem senem
 cupiunt extrudere incenatum ex aedibus,
 ut ipsae solae uentris distendant suos.
 noui ego illas ambestrices : corbitam cibi
 comesse possunt. sed aperitur ostium. 20

LYSIDAMVS PARDALISCA

ii

780 LY. Si sapitis, uxor, uos tamen cenabitis,
 cena ubi erit cocta ; égo ruri cenauero.
 nam nouom maritum | et nouam nuptam uolo
 rus prosequi, noui hominum mores maleficos,
 ne quis eam abripiat. facite uostro animo uolup. 5

785 sed properate istum atque istam actutum emittere,
 tandem ut ueniamus luci ; ego cras hic ero.
 cras habuero, uxor, ego tamen conuiuuium.
 PA. fit quod futurum dixi : incenatum senem
 foras extrudunt mulieres. LY. quid tu hic agis ? 10

790 PA. ego eo quo me ipsa misit. LY. ueron ? PA. serio.
 LY. quid hic specularé ? PA. nil equidem speculor. LY. abi:
 tu hic cunctas, intus alii festinant. PA. eo. —
 LY. abi hinc sis ergo, pessumarum pessuma.
 iamne abiit illaec ? dicere hic quiduis licet. 15

795 qui amat, tamen hercle, si essurit, nullum essurit.
 sed eccúm progreditur cum corona et lampade
 meu' socius, compar, commaritus uilicus.

OLYMPPIO LYSIDAMVS

iii

OL. Age tibicen, dum illam educunt huc nouam nuptam
 foras,

776 incenam (-em *B*¹ ut *vid.*) *P*
 estrices *codd.* corbitant tibi *P*
vix <me> et 785 mittere *A*
 hic *Acidalius* : hinc *P*, *A n. l.*

778 ambestrices *Loman* ; ambas
 779 comes esse *P* 782
 786 <rus> luci *Mueller* 792
 797 socerus *P*

suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hyme-
naeo mi.

LY. OL. hymen hymenaeae o hymen ! 800

LY. quid agis, mea salus? OL. essurio hercle, atque adeo
hau salubriter.

5 LY. at ego amó. OL. at ego hercle nihili facio. tibi amor
pro cibost,
mibi iaiunitate iam dudum intestina murmurant.

LY. nam quid illaéc nunc tam diu intus remorantur reme-
ligines?

quasi ob industriam, quanto ego plus propero, procedit 805
minus.

OL. quid si etiam t̄sit̄ offendam hymenaeum, si qui citius
prodeant?

10 LY. censeo, et ego te adiut̄abo in nuptiis communibus.

LY. OL. hymen hymenaeae o hymen !

LY. perii hercle ego miser ! dirrumpi cantando hymenaeum
licet :

illo morbo quo dirrumpi cupio, non est copiae. 810

OL. edepol ne tu, sí equos esses, esses indomabilis.

15 LY. quo argumento? OL. nimi' tenax es. LY. num me
expertu's uspiam?

OL. di melius faciant ! sed crepuit' ostium, exitur foras.

LY. di hercle me cupiunt seruatum.

799 miw A: meio P (in initio versus sequentis in P et fort. etiam in A), credo, pro mi (mei) ω (i. e. LY. OL.; cf. ad Pers. 858): vix mi. CANTOR. o (troch. septen.) 801-6 fines mutilati vel temere suppleti P (propter laceratam paginam in P^A; cf. ad v. 818) 801 hau salubriter] haud sicio (-tio) P 802 nihil P pro cibost] pericli P 803 inanitate P, iamnunitate ut vid. A 804 remoratur P remeligines om. P 805 procedit] tanto P (v. 1) 806 offendam (om. si) P: suffundam Leo: is o. Schoell si qui c. p. om. P 807 adiuuabo A 809 hymenaeo cantando A 810 copia P 812 quod A (vix antiqua orthographia) 813 exit A

CHALINVS PARDALISCA OLYMPIO iv
 LYSIDAMVS CLEVSTRATA

CH. iam oboluit Casinus proci.

815-6 PA. Sensim super attolle limen pedes, noua nupta ;
 sospes iter incipe hoc, uti uiro tuo
 semper sis superstes,

819-20 tuaque ut potior pollentia sit uincasque uirum uictrixque sies, 5
 821-2 tua uox superet tuomque imperium: uir te uestiat, [tu] uirum
 despolies.

noctuque et diu ut uiro subdola sis,
 opsecro, memento.

825 OL. malo máxumo suo hercle ilicó, ubi tantillum peccassit.

LY. tace. OL. non taceo. LY. quae res? OL. mala 10
 malae male monstrat.

LY. facies tun hanc rem mi ex parata inparatam? id
 quaerunt, id uolunt, haec ut infecta faciant.

PA. age Olympio, quando uis, uxo-

830 rem accipe hanc ab nobis.

OL. date ergo, daturae si umquam estis hodie uxorem. 15

LY. abite intro. PA. amabo, integrae atque imperitae huic
 impercito. OL. futurum est.

PA. ualete. OL. ite iám. LY. ite. CL. iam ualete.—

835 LY. iamne apsessit uxor? OL. domist, ne time. LY. euax!
 nunc pol demum ego sum liber. 20

meum corculum, melculum, uerculum. OL. heus tu,

malo, si sapis, cauebis ;

meast haec. LY. scio, sed meus fructust prior.

815 superatolle *A*, unde supera (quod uix Plautinum est) tolle *edd.*
 [mea] noua *A* (iv. 2) 817 incipere *P* 818-27 initia mutilata aut
 temere suppleta *P* (cf. *adv.* 801) 819 tuaque] atque *P* 821 tua uox
om. P tu delevi, metri causa 823 noctuque *om. P* sies *P* 825
 malo *om. P* tantulum *P* 826 tace *om. P* mala male male *P*:
 male malae (*om. mala*) *A* monstrant *A* 827 facies tu *A*: *om. P*
 mihi rem *Bothe* 828 id *alt. om. P* 829, 832 *PA.*] vel *CL.*
 831 uxorem [mihi] *A* (iv. 2) uxorem *del. Bothe* 834 Valete ite iam
 ualete *sine pers. P*: iam *alt. Lysidamo dat Dousa* *CL.*] vel *PA.*
 838 sapiens *A* 839 prior est *Bothe, cui prior displicet*

- OL. tene hanc lampadém. LY. immo ego hanc tenebo. 840
 25 Venu' multipotens, bona multa mihi
 dedisti, huius quom copiam mi dedisti. OL. o
 corpusculum malacum!
 mea uxore—quae res?
 LY. quid est? OL. institit plantam 845
 30 quasi luca bos. LY. tace sis,
 nebula haud est mollis aequae atque huius test pectust.
 OL. edepol papillam bellulam—ei misero mihi!
 LY. quid est? OL. péctus mi icit non cubito, uerum ariete.
 LY. quid tu ergo hanc, quaeso, tractas tam dura manu? 850
 35 at mihi, qui belle hanc tracto, non bellum facit.
 uah! OL. quid negotist? LY. opsecro, ut ualentulast!
 paene exposiuit cubito. OL. cubitum ergo ire uolt.
 LY. quin imus ergo? OL. i, belle belliatula.—

ACTVS V

V. i MYRRHINA PARDALISCA CLEVSTRATA

- MY. Acceptae bene et commode eximus intus 855
 ludos uisere huc in uiam nuptialis.
 numquam ecastor ullo die risi adaeque,
 neque hoc quod relicuom est plus risuram opinor.
 5 PA. lubet Chalinum quid agat seire, nouom nuptum cum
 nouo marito.
 MY. nec fallaciam astutiorem ullu' fecit 860

840 hanc t.] iam t. *P* (*pro* illam t.?) 841 multa bona *A*: bonam
 uitam *P* (*cf. Pers.* 734 bonam uita *pro* bona multa) 842 o *om. P*
 842-3 o. c. m. *Lysidamo dant alii* 843 melliculum *P* (*cf. v.* 837,
ubi melliculum P) 844-51 *finis mutilati P* (*propter paginam*
laceratam in P^A. Cf. ad v. 864) 844 quae res *om. P* 845
 insistit *A* planta *Fleckeisen* 846 luca bos] iocabo *P* tace
 sis *om. P* 847 aequae *om. P* (iii. 1) pec. *om. P*: pectus est
Geppert 848 ed. pa. b.
Lysidamo continuant alii 849 icit] agit *P* (*pro* igit? *G pro*
 C) uerum ariete *om. P* 850 dura manu *om. P* 851 bellum
 (ual-?) facit *A*: *om. P* 852-4 OL.] LY. alii LY.] OL. alii 852
 uaha (*Olympionis*) in *fine prioris versus P* quid [id] *A* 854 qui
 nimis *P* bella bellatula (*om. i*) *P* (i. 4) 856 uia *P* 858 *vel* opino

poeta atque ut haec est fabre facta ab nobis.

CL. optunso ore nunc peruelim progredi
senem, quo senex nequior nullu' uiuit.

* * * * nisi illum quidem

10

865 nequiores esse arbitrare qui praebet illi locum.

* * * * <te> nunc praesidem

uolo hic, Pardalisca, esse, qui hinc exeat

eum ut * * ludibrio habeas. PA. lubens fecero

* * et solens.

15

870-1 CL. * * spectato hinc omnia : intus quid agant

<loquere. MY.> pone med, amabo. CL. et ibi licet audacius

quae uelis libere proloqui. MY. tace,

nostra foris crepuit.

OLYMPIO MYRRHINA CLEVSTRATA ii
PARDALISCA

875 OL. Neque quo fugiam neque ubi lateam neque hoc
dedecu' quo modo celem
scio, tantum erusatque ego flagitios superauimu' nuptiis nostris,
ita nunc pudeo atque ita nunc paueo atque ita inridiculo
sumus ambo.

sed ego insipiens noua nunc facio : pudet quem priu' non
puditumst umquam.

operam date, dum mea facta itero : est operae pretium 5
auribus accipere,

880 ita ridicula auditu, iteratú ea sunt quae ego intus turbaui.

862-71 *paucissima servata in A* 864-71 *initia mutilata aut
temere suppleta P (cf. ad v. 844)* 864 nisi Brix : ne P, A n. l.
865 n. a. e. q. l. p. illi P, A n. l. : *traieci* (Journ. Phil. 26, 298) 866
te add. Valla 867 uolo A : om. P (spat.) 869 uolens Preuss
(A n. l.) : *vix* sciens (cf. ad Epid. 237) 870 intus quid intus a. PE,
A n. l. 872 loquere *addidi* an tibi? audacius licet : *traieci*
873 uis P MY.] vel PA. (cf. ad v. 874) 874 uestra A 876
frus P (F pro E) 877 ita tert. om. A inridiculum P 878
que P puditum umquam est P 879 opera d. P pretium om.
P 880-90 *fines (linearum, si non versuum) mutilati aut temere
suppleti P (cf. ad v. 901)* 880 turbaui] tu P

- ubi intro hanc nouam nuptam deduxi, recta uia in conclaue
 abduxi.
 sed tamen tenebrae ibi erant tamquam in puteo; dum
 senex abest 'decumbe' inquam.
 conloco, fulcio, mollio, blandior,
 10 ut prior quam senex nup<tias perpetrem).
 tardus esse ilico coepi, quoniam * * * * 885
 respecto identidem, ne senex * * *
 inlecebram stupri principio eam sauium posco *,
 reppulit mi manum,
 15 neque enim dare sibi
 sauium me siuit. 888^a
 enim iam magis adpropero, magi' iam lubet in Casinam 889-90
 inruere *
 cupio illam operam seni surruperé, forem óbdo, ne senex me
 opprimeret.
 CL. agedum, tu adi hunc. PA. opsecro, ubi tua noua
 nuptast?
 20 OL. perii hercle ego! manifesta res [est]. PA. omnem 893-5
 in ordinem
 fateri ergo aequom est. quid intus agitur? quid agit
 Casina?
 satin morigera est? OL. pudet' dicere. PA. memora or- 897-8
 dine, úti occeperas.
 OL. pudet hercle. PA. age audacter. 899
 900
 <post>quam decubuisti, ind' uolo. memora[re] quid est fáctum?
 25 OL. flagitium est. PA. caebunt qui audierint faciant.

882 in puteo dum *om.* P nex (*non PA*) abste decumbe in (*non PA*) (decumbem *PE*) P adęst *A* 883 blandior *om.* P 884-956
 deficit *A.* locum lacerum habet *P.* per spatia plerumque lacunis indicatis
 884 nuptias perpetrem *Schoell* 887 inlecebram *cod.* 888 fort.
 neque <ea> enim (*cret. dim.*) 889, 890 iam magis *Bothe*: iam
 magis [iam] *cod.* vel mage 893-5 est *del. Geppert*: rest *Schoell* o.
 ordine *Ital.* 896 aegum *cod.* (*G pro C*) 897 dicere me | (*spat.*)
 mora *cod. pro* dicere | (*personae nota*) memora 898 ut *cod.* 901-8
 initia mutilata *P* (cf. ad v. 880) 901 post quam decubuisti *Lam-*
binus: uam debuisti *cod.* memora *scripsi ut fiat versus Reizianus*

OL. * * * hoc magnumst. PA. (rem) perdis. quin tu
pergis? OL. ubi

904-5 * * * * us suptus porro.

PA. quid? OL. babae!

906^a PA. quid? OL. papae!

PA. * * * est? OL. oh, erat maxumum. 30

(ferrum né) haberet metui : id quaerere occipi.

dum gladium quaero ne habeat, arripio capulum.

910 sed quom cogito, non habuit gladium, nam esset frigidus.

PA. eloquere. OL. at pudet. PA. num radix fuit? OL.
non fuit. PA. num cucumis?

OL. profecto hercle non fuit quicquam holerum, 35
nisi, quidquid erat, calamitas profecto attigerat numquam.

ita, quidquid erat, grande erat.

915-6 PA. quid fit denique? edissera. OL. ibi appello, 'Casi-
na,' inquam,

917-8 'amabo, mea uxorcula, quae uirum tuom sic me spernis?

nimis tu quidem hercle inmerito 40

920 meo mi haec facis, quia mihi te expetiui.'

illa hau uerbum facit et saepit ueste id qui estis (mulieres).

ubi illum saltum uideo opsaeptum, rogo ut altero sinat ire.

uolo, ut obuortam, cubitis im * * * * * *

ullum mittit e* * * * * * * * * * * * 45

925 surgo, ut in eam in * * * * * * * * * * *

atque illam in * * * * * * * * * * *

My. perlepide narrat * * * * * * * * *

OL. sauium * * * * * * * * * * *

ita quasi saetis labra mihi compungit barba * * * 50

903 *vel* magnust (*c. g.* pudor) rem *addidi* 908 f. n. *suppl.*
Schoell post occipi *vel* versus *vacuus* *vel* *spatium* in *cod.* 909
quaero (habeat nec)ne habeat, arripio capulum (?) *Leo* arripio *inter*
spatia *PE* 910 esse *cod.* 915 i. a. C. in. *Bothe*: ubi a. Casinam
inquit *cod.* (? *pro* Casina inquit *corr. in marg.* inquam) ('abi') inquit
Schoell 917 mea *Ital.*: me *cod.* fort. sic me sperni' u. t. (*gly-*
conic.) 921-8 *finis mutilati P* (*cf. ad v. 941*) 921 illam *cod.* mul.
add. Loman 922 fort. ut (ea) al. sin adire *cod.* 929 labram
sequente spatio cod.

continuo in genua ut astiti, pectus mihi pedibus percutit. 930
 decido de lecto praecipis : supsilis, optundit os mihi.
 inde foras tacitus profugiens exeo hoc ornatu quo uides,
 ut senex hoc eodem poculo quo ego bibi biberet. PA.
 optume est.
 55 sed ubi est palliolum tuom? OL. hic intu' reliqui.
 PA. quid nunc? satin lepide adita est uobis manu'? OL. 935
 merito.
 sed concrepuerunt fores. num illa me nunc sequitur?

iii

L Y S I D A M V S C H A L I N V S

LY. Maxumo ego ardeo flagitio
 nec quid agam meis rebu' scio,
 nec meam ut uxorem aspiciam
 contra oculis, ita disperii ; 940
 5 omnia palam sunt probra,
 omnibus modis occidi miser.
 * * * * * ita manifesto faucibus teneor
 * * * (nec) quibus modis purgem scio me meae uxori
 * * * * * (at)que expalliatu sum miser, 945
 10 * * * * * (cla)ndestinae nuptiae.
 * * * * * censeo
 * * * * * mihi optimum est.
 intro ad uxorem meam
 sufferamque ei meum tergum ob iniuriam. 950
 15 sed ecquis est qui homo munus uelit fungier
 pro me? quid nunc agam nescio, nisi ut 952-3
 improbos famulos imiter ac domo fugiam.

930 ut astiti *Scyffer* : astituti *cod.* 931 preceps *cod.* 932
 profugiens *Redslob* : proficiens *cod.* sex eo cor natu *cod.* : *corr.*
Ital., *Palmerius* 935 addita *cod.* 936 illaec me huc (?) *Leo*
 941-8 *initia mutilata P* (*cf. ad v. 921*) 941 omnia *Camerarius* :
 nia *cod.* 945 (scipionem perdidit atque) *suppl. Schoell* 946 clande-
 stinae *J* 949 ea dux uxorem meam *cod.*, *ceteris perditis* : *suppl. codd.*
Nonii 397 : intro eam ad u. m. *Schoell* 950 riam (*ceteris perditis*) *cod.* :
 sufferamque et meum tergum ob iniuriam *codd. Nonii* (s. sufferre)

- 955-6 nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.
 nugas istic dicere licet? uapulo hercle ego inuitus tamen
 etsi malum merui. 20
- 959-60 hac dabo protinam et fugiam. CH. heus! asta ilico, amator.
 961-2 LV. occidi! reuocor: quasi non audiam, abibo.

CHALINVS LYSIDAMVS CLEVSTRATA iv
 MYRRHINA OLYMPIO

- CH. Vbi tu és, qui colere mores Massiliensis postulas?
 nunc tū si uīs subigitare me, probast occasio.
- 965 redi sis in cubiculum; periisti hercle. age, accede huc modo.
 nunc ego tecum aequom arbitrum extra considium captauero.
 LV. perii! fusti defloccabit iam illic homo lumbos meos. 5
 hac iter faciundumst, nam illac lumbifragiumst obuiam.
 CL. iubeo te saluere, amator. LV. ecce autem uxor obuiamst:
 970 nunc ego intér sacrum saxumque sum nec quo fugiam scio.
 hac lupi, hac canes: lupina scaeua fusti rem gerit;
 hercle opinor permutabo ego illuc nunc uerbum uetus: 10
 hac ibo, caninam scaeuam spero meliorem fore.
 MY. quid agis, dismarite? CL. mi uir, unde hoc ornatu aduenis?
 975 quid fecisti scipione[m] aut quod habuisti pallium?
 MY. in adulterio, dum moechissat Casinam, credo perdidit.
 LV. occidi! CH. etiamne imus cubitum? Casina sum. 15
 LV. i in malam crucem!
 CH. non amas me? CL. quin responde, tuo quid factum
 est pallio?
 LV. Bacchae hercle, uxor—CL. Bacchae? LV. Bacchae
 hercle, uxor—MY. nugatur sciens,

955 capulis *cod.* 957 *accedit A* vel isti: istuc *P* 959, 960 p.
 (me) et *Ital.*, sed cf. *Seyffert (Berl. Phil. Woch.* 18, 577) *stalicio P*
 (cf. v. 347) 961 occide *P* (pro -ei) 964 ueis *P* (forma antiqua)
 965 peristi . . . huc (ceteris perditis) *P* 966-72 *om. P* (propter laceratam
 paginam in *PA*; cf. ad v. 983) 966 vel consilium 967 perii
 flocco habebit iam *codd.* Nonii 7 (s. defloccare) (? pro perii, perii, de-
 floccabit iam) 972 vel opino 974 dismarite vel bismarite *A*: tu
 marite *P* ornatu hoc *P* 975 scipione *Lambinus*: scipionem *codd.*
 977 occidit *P* i *om. P* (i. e. in'?) (nullum pers. spat. *A*) 978 q.
 respondes t. an *MY.* q. responde. *CL.* t. *incert. A* 979 [ergo] hercle
P (priori loco) (iv. 3)

nam ecastor nunc Bacchae nullae ludunt. Ly. oblitus fui, 980
 sed tamen Bacchae—CL. quid, Bacchae? (Ly.) sin id
 fieri non potest—
 20 CL. times ecastor. Ly. egone? mentire hercle. CL. nam
 palles male.

ñ quid me uę uş am me roęas ?
 * * * * * maļę ı * * * * mihi
 * * * * * ęratulor. 985
 * * * * * qu * * * şenex
 25 hō * * * * * on * * u
 * * * * * uņç Caşınuşt | — |
 qui hıç * * * lem frus řam dış 989-90
 (OL.) qui etiam me miserum famosum fecit flagitiis suis.

Ly. non taces? OL. non hercle uero taceo. nam tu
 maxumo
 30 me opsecrauisti opere Casinam ut poscerem uxorem mihi
 tui amoris caussa. Ly. ego istuc feci? OL. immo Hector 994-5
 Ilius—
 Ly. te quidem oppresset. feci ego istaec dicta quae uos
 dicitis?
 CL. rogitas etiam? Ly. si quidem hercle feci, feci nequiter.
 CL. redi modo huc intro: monebo, si qui meministi minus.
 35 Ly. hercle, opinor, potius uobis credam quod uos dicitis.
 sed, uxor, da uiro hanc ueniam (mi); Myrrhina, ora Cleu- 1000
 stratam;
 si umquam posthac aut amasso Casinam aut ocepso modo,

981 inid P 982 [haud] mentire P pa(lle)s A: pa (ceteris
 perd.) P 983-91 om. P (cf. ad v. 966) in A paucissima le-
 guntur praeter 991 983 (non pudet te? Ly. Quid mentiri usu
 sit? CL. Et)am me roęas? Schoell ex vestigiis litterarum in A
 992 maxime P 993 opere] ob (seq. lacuna) P 994, 995
 Hector Ilius schol. Aen. 1, 268, Palmer (Hermath. 12, 83): hectore
 illius P: ecastor ilius A (i. 8) 996 te q. o. Olympioni continuant alii
 998 si quidem P: si quid Bothe 999 vel opino 1000 da
 om. A uero A mi addidi (seq. my-)

ne ut eam amasso, sí ego umquam adeo posthac tale ad-
 misero,
 nulla caussast quin pendentem me, uxor, uirgis uerberes.

MY. censeo ecástor ueniam hanc dandam, (Cleustrata). 40

CL. faciam ut iubes.

1005 propter eam rem hanc tibi nunc ueniam minu' grauate pro-
 spero,

hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam.

LY. non irata's? CL. non sum irata. LY. tuaen fide credo?

CL. meae.

LY. lepidiorem uxorem nemo quisquam quam ego habeo
 hanc habet.

CL. age tu, redde huic scipionem et pallium. CH. tene, si 45
 lubet.

1010 mihi quidem edepol insignite factast magna iniuria :
 duobus nupsi, neuter fecit quod nouae nuptae solet.

spectatores, quod futurumst intus, id memorabimus.

haec Casina huius reperietur filia esse ex proxumo
 eaque nubet Euthynico nostro erili filio.

50

1015 nunc uos aequomst manibus meritis meritam mercedem dare :
 qui faxit, clam uxorem ducet semper scortum quod-uolet ;
 uerum qui non manibus clare quantum poterit plauserit,
 ei pro scorto supponetur hircus unctus nautea.

1002 eamasso *A* 1004 Cleustrata *addidi* (iii. 2) 1005 [rem]
 uen. *P* (iv. 3) 1006 ni *P* 1007 tuae *P* 1008 nemo
 uxorem *A* quisquam *om. A* 1009 si *Bothe* : se *A* ; *om. P*
 1010 insigne te *P* (*pro -neite* ?) 1012 sqq. *Pardaliscæ dat Schoell*
 1016 flaxit *P* ducat *P* uole *P* 1017 que *P* proterit plus
 erit *P*

FRAGMENTVM taedeo 'in Casina Plauti legimus,' *Cledonius* 5, 58 *K.*

CISTELLARIA

ARGUMENTVM

Comprimit adulescens Lemnius Sicyoniam.
Is redit in patriam, et gnatam generat nuptiis.
Sicyonia aequè parit puellam. hanc servolus
Tollit atque exponit, et ex insidiis aucupat.
5 Eam sublatam meretrix alii detulit.
Lemno post rediens ducit quam compresserat
Lemnique natam [de]spondet adulescentulo
Amore capto illius proiecticiae.
Requirens servos reperit quam proiecerat.
10 Itaque lege et rite civem cognitam
Alcesimarchus, ut erat nactus, possidet.

i Lem. Sic. *Ital.* : lemnius liconiam *cod.* 2 nuptus *cod.* (u *pro*
ii) 7 *vix* Lemniq' spondet *Bothe* : despondit *cod.*

PERSONAE

SELENIVM MERETRIX
GYMNASIVM MERETRIX
LENA
AVXILIVM DEVS (PROLOGVS)
ALCESIMARCHVS ADVLESCENS
THYNISCVS (?) SERVVS
SENEX
LAMPADIO SERVVS
MELAENIS LENA
PHANOSTRATA MATRONA
HALISCA ANCILLA
DEMIPHO SENEX

SCAENA SICYONE

LENA] SYRA LENA *Studemund* (*ex Festo* 301, 352), *sed*
cf. Herm. 40, 244
THYNISCVS *Schoell* (*cf. ad* 283)

ACTVS I

I. i SELENIVM GYMNASIVM LENA

SEL. Quom ego antehac te amaui et mi amicam esse creui,
mea Gymnasium, et matrem tuam, tum id mihi hodie
aperuisti, tu atque haec : soror si mea esses,

qui magi' potueris mi honorem ire habitum,

5 nescio, nisi, ut meus est animus, fieri non posse arbitror ; 5
ita omnibus relictis rebus mihi frequentem operam dedistis.
eo ego uos amo et eo á me magnam iniistis gratiam.

Gy. pol isto quidem nos pretio tanti est ; facile est fre-
quentare

tibi utilisque habere :

10 ita in prandio nos lepide ac nitide 10
accepisti apud te, ut semper meminerimus.

SEL. lubenti[que] edepol animo factum et fiet a me,
quae uos arbitr(ab)or uelle, ea ut expetessam.

LE. quod ille dixit, qui secundo uento uectus est tranquillo
mari,
15 uentum gaudeó,—ecastor ad ted, ita hodie hic acceptae sumus 15
suauibus modis,
nec nisi disciplina apud te fuit quicquam ibi quin mihi
placeret.

SEL. quid ita, amabo? LE. raro nimium dabat quod bibe-
rem, id merum infuscabat.

Gy. amabo, hicine istuc decet? LE. iusque fasque est : 19, 20

1 Quom] quia *cod. Varronis de L. L.* 7, 98 3 aperuistis *J* 4
vel mage potueritis *PE* 8 t. est f. est *scripsi* : facile est *cod.* :
tanti est *cod. Varronis, qui tamen interpretatur 'facile est curare ut adsi-*
mus' 9 *uersuum divisionem confirmare uidetur Varro haberi*
B³ 12 que *del. Bothe* 13 arbitror *Camerarius* expetessam
Gronovius : expetes *cod.* 14 mare *cod. (cum cod. Charisii 61 et 137)*
15 *ic cod.* hic *om. B* 18 *fort. dab. bibere, nam inf. displicet*

nemo alienus hic est. SEL. merito uostro amo uos, 20
 quia me colitis, [et] magni facitis. LE. decet pol, mea
 Selenium,

hunc esse ordinem beniuolentis inter se
 beneque amicitia utier,

25 ubi istas uideas summo generé gnatas, summatis matronas,
 ut amicitiam colunt atque ut eam iunctam bene habent 25
 inter se.

si idem istuc nos faciamus, si [idem] imitemur, ita tamen
 uix uiuimus
 cum inuidia summa. suarum opum nos uolunt esse indi-
 gentis.

29, 30 nostra copia nil uolunt nos potesse
 suique omnium rerum nos indigere,
 ut sibi simus supplices. 30

eas si ádeas, abutum quam aditum malis, ita nostro ordini
 palam blandiuntur, clam, si occasio usquam est,

35 aquam frigidam subdole suffundunt.
 uiris cum suis praedicant nos solere,
 suas paelices esse aiunt, eunt depressum. 35

quia nos libertinae sumus, et ego et tua mater, ambae
 meretrices fuimus : illa té, ego hanc mihi educaui

40 ex patribus conuenticiis. neque ego hanc superbiai
 caussa pepuli ad meretricium quaestum, nisi ut ne éssurirem.
 SEL. at satius fuerat eam uiro dare nuptum potius. LE. heia! 40

haec quidem ecastor cottidie uiro núbit, nupsitque hodie,
 nubet mox noctu : numquam ego hanc uiduam cubare siui.

45 nam si haec non nubat, lugubri fame familia pereat.

Gy. necesse est quo tu me modo uoles ésse ita esse, mater.

22 et del. Spengel, Sjögren de part. cop. p. 104 magnis cod.
 (magni J) 27 imitatur cod.: corr. Camerarius idem delevi
 (iv. 3), nam uiuimus bisyll. (anap. tetram.) displicet 29, 30 nil
 Pylades : nihilo cod. 33 si eas Mueller 39 vel ted 40 con-
 ticus cum uent suprascr. cod. (u pro ii) neque ego Ital. : ego neque
 cod. 41 pepuli Spengel : repuli cod. 45 lucubre cod. (C pro
 G) (vix adverb.)

45 LE. ecastor hau me paenitet, si ut dicis ita futura es.
 nam si quidem ita eris ut uolo, numquam hac aetate fies
 semperque istam quam nunc habes aetatulam optinebis,
 multisque damno et mihi lucro sine meo saepe eri' sumptu. 50
 Gy. di faxint! LE. sine opera tua di horunc nil facere
 possunt.

50 Gy. equidem hercle addam operam sedulo; sed tu inter
 istaec uerba,
 meus oculus, mea Selenium,—numquam ego te tristiozem
 uidi esse. quid, cedo, te opsecro, tam abhorret hilaritudo?
 neque munda adaeque es, ut soles (hoc sis uide, ut petiuit 55
 suspirium alte) et pallida es. eloquere utrumque nobis,
 55 et quid tibi est et quid uelis nostram operam, ut nos
 sciamus.

noli, opsecro, lacrumis tuis mi exercitum imperare.

SEL. misera excrucior, mea Gymnasium: male mihi est,
 male maceror;
 doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine. 60
 quid dicam, nisi stultitia mea me in maerorem rapi?

60 Gy. indidem unde oritur facito ut facias stultitiam sepe-
 libilem.

SEL. quid faciam? Gy. in latebras apscundas pectore
 penitissimo.
 tuam stultitiam sola facito ut scias sine aliis arbitris.

SEL. at mihi cordolium est. Gy. quid? id unde est tibi 65
 cor? commemora opsecro;
 quod neque ego habeo neque quisquam alia mulier, ut
 perhibent uiri.

48 hac aetate *Seyffert*: haecate *cod.* (*i. e.* haec a te, *fortasse recte*
 haec, *i. e. tanquam ego*, a te): Hecala aetate *Schoell* 51 nihil di
 horunc *PE* 52 hercle *suspectum* (*cf. Gellius* 11, 6): ei rei *Redslob*
 inter] aufer *Ussing* 57 uelis *Ital.*: uelit *cod.* 59 Mis. exc.
Mueller (*Rhein. Mus.* 54, 387): Mea exc. *cod.* (vii. 5): Med excrucio
Leo 61 mea(met) me *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 387) rapi
Gudelmus: rapit *cod.* 63 condas pectori *cod.* *Charisii* 190
 65 cor *Bentley*: cordolium *cod.*

SEL. si quid est quód doleat, dolet ; si áútem non est—tamen 65
hoc hic dolet.

GY. amat haec mulier. SEL. eho an amare occipere ama-
rum est, opsecro ?

GY. namque ecastor Amor et melle et felle est fecundissimus ;
70 gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

SEL. ad istam faciem est morbus qui me, mea Gymnasium,
macerat.

GY. perfidiosus est Amor. SEL. ergo in me peculatum facit. 70

GY. bono animo es, erit isti morbo melius. SEL. confidam fore,
si medicus ueniat qui huic morbo facere medicinam potest.

75 GY. ueniet. SEL. spissum istuc amanti est uerbum 'ueniet,'
nisi uenit.

sed ego mea culpa et stultitia peius misera maceror,
quom ego illum unum mi exoptaui quicum aetatem degerem. 75

LE. matronae magi' conducibilest istuc, mea Selenium,
unum amare et cúm eo aetatem exigere quoi nuptast semel.

80 uerum enim meretrix fortunati est oppidi simillima :
non potest suam rem optinere sola sine multis uiris.

SEL. hoc uolo agatis. qua accersitae caussa ad me estis 80
eloquar.

nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier,
opsecutast, gessit morem oranti morigerae mihi,

85 ut me, quém ego amarem grauiter, sineret cúm eo uiuere.

LE. stulte ecastor fecit. sed tu enumquam cum quiquam
uiro

consueuisti? SEL. nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine, 85
nec pudicitiam imminuit meam míhi quisquam alius. LE.
opsecro,

67 siquidem *corr.* siquid est *PE* 70 *accedit A ; pauca leguntur*
vv. 70-6 gustu *P, A n. l.* 77 quom] quia *P* unum *om. A (iii. 11)*
aetate P 78 *vel* mage 80-5 *priores versuum partes leguntur A*
82 hoc nu— *A* 84 *vel* morigere obsecuta est de ea re gessit
(gessi *PE*) morem morigere mihi *P* 88 neque pudicitiam meam
mi[hi] alius quisquam imminuit. LE. opsecro *P*

quó is homo insinuauit pacto se ad te? SEL. per Dionysia
 mater pompam me spectatum duxit. dum redeo domum, 90
 conspicillo consecutust clanculum me usque ad fores.
 90 inde in amicitiam insinuauit cum matre et mecum simul
 blanditiis, muneribus, donis. Gy. mihi istunc uellem homi-
 nem dari,
 ut ego illum uorsarem! SEL. quid opust uerbis? con-
 suetudine
 coepi amare contra ego illum, et ille me. LE. o méa 95
 Selenium,
 adsimulare amare oportet. nam si ames, extempulo
 95 melius illi multo quém ames consulas quam rei tuae.
 SEL. at ille conceptis iurauit uerbis apud matrem meam
 mé uxorem ducturum esse: ei nunc alia ducendast domum,
 sua cognata Lemniensis, quae habitat hic in proxumo. 100
 nam eum pater eius subegit. nunc mea mater iratast mihi,
 100 quia non redierim domum ad se, postquam hanc rem rescii-
 uerim,
 eum uxorem ducturum esse aliam. LE. nihil amori in-
 iuriumst.
 SEL. nunc te amabo ut hanc (hic unum) triduom hoc solum
 sinas
 esse et hic seruare apud me. nam ad matrem accersita sum. 105
 LE. quamquam istuc mihi erit molestum triduom, et dam-
 num dabis,
 105 faciam. SEL. faci' benigne et amice. sed tu, Gymnasium mea,

90-9 *initia et ultima leguntur A* 91 *conspicio— A* 93 *Gy.]*
 LE. *Bothe* istum hominem uellem *P* 95 *vel ill' me— (ser-*
uone interrupto) Schoell selenium [quid est (quidē)] *P* (? *pro* qui
 aēs, *i. e.* qui ames, *var. lect. marginal. ad quem ames, v. 97*) 97 *qu'i*
 ames *A* 101 *pater eius]* (pat)eru(s) *A* *vel subigit* 102
 hanc] eam *P* 103 *amore P* nihil amore iniuriust *Dousa*
 104 *tu (te?) P* hic unum triduom hoc *Kampmann, Seyffert: hi et*
quadrante spatio— c A: triduom (-ium PE) hoc P (om. hic unum)
 106-45 *paucissima, in initiis fere, leguntur A, paulo plura tantum* 120-2
 et 142-5 106 *mihi istud PE*

si me apsentē Alcesimarchus ueniet, nolito acriter
 eum inclamare : ut ut erga me est meritus, in cordi est tamen.
 110 sed, amabo, tranquille : ne quid quod illi doleat dixeris.
 accipias clauis : si quid tibi opus erit prómpto, promito.
 ego uolo ire. Gy. ut mi exciuiſti lacrumas ! SEL. Gym- 110
 nasium mea,
 bene uale. Gy. cura te, amabo. sicine inmundā, opseco,
 ibis ? SEL. inmundas fortunas aequom est squalorem sequi.
 115 Gy. amiculum hoc sustolle saltem. SEL. sine trahi, quom
 egomet trahor.
 Gy. quando ita tibi lubet, uale atque salue. SEL. si possim
 uelim.—
 Gy. numquid me uis, mater, intro quin eam ? ecastor mihi 115
 uisa amare. LE. istoc ergo auris grauitē optundo tuas,
 ne quem ames. abi intro. Gy. numquid me uis ? LE. ut
 ualeas. Gy. uale.—

L E N A

ii

120 LE. Idem mihist quod magnae parti uitium mulierum
 quae hunc quaestum facimus : quae ubi saburratae sumus,
 largiloquae extemplo sumu', plus loquimur quam sat est.
 nam illanc ego olim, quae hinc flens abiit, paruolam
 puellam proiectam ex angiportu sustuli. 5
 125 adulescens quidam hic est adprime nobilis
 [quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia
 quiaque adeo me compleui flore Liberi,
 magi' libera uti lingua conlibitum est mihi,

109 ut ut *Pylades* : et ut *cod.* vel med in] mi *Camerarius*
 111 accipe has *Mueller* opus tibi *Mueller* erit *Ital.* : [est] erit
cod. (iv. 3) promptu *cod.* 119 neque meas *P* (nequem ames
J), *A n. l.* 120 idem mihist q— *A* : idem mihi magnae quod parti
 est *P* 121 nunc q. faciemus *P* 122 sumus] et *A* (v. 1)
 124 ex *del. Bothe*, cui puellam displicet 125 cum 130-2 *sed.*
Windischmann. 'eo consilio adiecti sunt ut *Auxilii oratio omitti posset,*
Leo 126-9 *om. A.* *Sunt amplificatio versuum* 120 *sq.* 126 quia
 sum onusta *Camerarius* : quasi sum honesta *cod.* 128 vel mage

- 10 tacere nequeo misera quod tacito usus est].
 Sicyone, summo genere ; ei uiuit pater. 130
 is amore misere hanc deperit mulierculam,
 quae hinc modoflens abiit. contra amore eum haec perdata est.
 eam meae ego amicae dono huic meretrici dedi,
 15 quae saepe mecum mentionem fecerat,
 puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi, 135
 recens natum, eapse quod sibi supponeret.
 ubi mihi potestas primum euenit, ilico
 feci ei ius ei quod me orauit copiam.
 20 postquam eam puellam a me accepit, ilico
 eandem puellam peperit quam a me acceperat, 140
 sine opstetricis opera et sine doloribus,
 item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt sibi.
 nam amatorem aibat esse peregrinum sibi
 25 suppositionemque eius facere gratia.
 id duae nos solae scimus, ego quae illi dedi 145
 et illa quae a me accepit—praeter uos quidem.
 haec sic res gesta est. si quid usus uenerit,
 meminisse ego hanc rem uos uolo. ego abeo domum.—

iii

AUXILIUM

- Av. Vtrumque haec, et multiloqua et multibiba, est anus.
 satin uix reliquit deo quod loqueretur loci, 150
 ita properauit de puellae proloqui
 suppositione. quod si tacuisset, tamen
 5 ego eram dicturus, deu', qui poteram planius.
 nam mihi Auxilio est nomen. nunc operam date,
 ut ego argumentum hoc uobis plane perputem. 155
 fuere Sicyoni iam diu Dionysia.

132 perdata est] deperit *A* 134 fecerit *P*, *A n. l.* 138 *vel*
 med 144 suppositionem eius rei *P* 145 scimus solae *A* 146-
 232 *deest A* 150 logi *Scyffert* 154 est Auxilio *Camerarius*,
cui hiatus mihi | Au. displicet

- mercator uenit huc ad ludos Lemnius,
 isque hic compressit uirginem, adulescentulus, 10
 (ui), uinulentus, multa nocte, | in uia.
- 160 is ubi malam rem scit se meruisse, ilico
 pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit,
 ubi habitabat tum. illa quam compresserat
 decumo post mense exacto hic peperit filiam. 15
 quoniam reum eius facti nescit qui siet,
- 165 paternum seruom sui participat consili,
 dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem.
 is eam proiecit. haec puellam sustulit.
 ill' clám opseruauit seruos (qui eam proiecerat) 20
 quo aut quas in aedis haec puellam deferat.
- 170 ut eampse uos audistis confiterier,
 dat eam puellam meretrici Melaenidi,
 eaque educauit eam sibi pro filia
 bene ac pudice. tum illic autem Lemnius 25
 propinquam uxorem duxit, cognatam suam.
- 175 ea diem suom obiit, facta morigera est uiro.
 postquam ille uxori iusta fecit, ilico
 huc commigrauit; duxit uxorem hic sibi
 eandem quam olim uirginem hic compresserat, 30
 et eam cognoscit esse quam compresserat;
- 180 illa illi dicit eius se ex iniuria
 peperisse gnatam | atque eam se seruo ilico
 dedisse exponendam. ille extemplo seruolum
 iubet illum eundem persequi, si qua queat 35
 reperire quae sustulerit. ei rei nunc suam
- 185 operam usque adsiduo seruos dat, si possiet

159 ui *add. Parvus* m. (de) n. *Pradel de praep.* p. 531 (hic)
 in *Redslob* 162 tum habitabat *Guetus*, cui habitabát *displicet*.
Gellius 3. 16, 2 *uerba adfert a* tum illa *incipiens*, unde ubi tum habitabat.
 tum illa *Schoell* 168 q. e. p. *supplevit Camerarius* (iii. 11) 176
 quam *add. Ital.* 179 et] ut *Waise* 181 gn. eamque *Pylades fort.*
 seruolo (v. 8) 183 eundem illum *Niemöller de pron.* 'ipse' p. 43

meretricem illam inuenire quam olim tollere,
 quom ipse exponebat, ex insidiis uiderat.
 40 nunc quod relicuom restat uolo persoluere
 ut expungatur nomen, ne quid debeam.
 adulescens hic est Sicyoni : ei uiuit pater. 190
 is amore proiecticiam illam deperit
 quae dudum flens hinc abiit ad matrem suam,
 45 et illa hunc contra, qui est amor suauius.
 ut sunt humana, nihil est perpetuom datum.
 pater adulescenti dare uolt uxorem ; hoc ubi 195
 mater rescuiuit, iussit accersi eam domum.
 haec sic res gesta est. bene ualete et uincite
 50 uirtute uera, quod fecistis antidhac ;
 seruate uostros socios, ueteres et nouos,
 augete auxilia uostris iustis legibus, 200
 perditae perduellis, parite laudem et lauream,
 ut uobis uicti Poeni poenas sufferant.—

ACTVS II

II. i

ALCESIMARCHVS

AL. Credo ego Amorem primum apud homines carnuficinam
 commentum.
 hanc ego de me coniecturam domi facio, ni foris quaeram,
 qui omnis homines supero, antideo cruciabilitibus animi. 205
 iactor, crucior, agitor,
 5 stimulator, uorsor
 in amoris' rota, miser exanimor,
 feror, differor, distrahor, diripior,
 ita nubilam mentem animi habeo. 210

192 dum *cod.* (dudum *J*) 197 haec res gesta sic est *cod.* : *corr.*
Bothe 200 uictis l. *PE* 201 laudeam (-dem *J*) et l. *cod.*
 202 ut *Ital.* : et *cod.* 204 ne *Ital.* foras *cod.* 205
 ant. *Hermann* : [atque] ant. *cod.* (*cf.* ad *Aul.* 784) 210 nul-
 lam *PE*

- 211-2 ubi sum, ibi non sum, ubi non sum, ibi est animus,
ita mi omnia sunt ingenia ; 10
quod lubet, non lubet iam id continuo,
215 ita me Amor lassum animi ludificat,
fugat, agit, appetit, raptat, retinet,
217-8 lactat, largitur : quod dat non dat ; deludit :
modo quod suasit, (id) dissuadet, 15
220 quod dissuasit, id ostentat.
maritumis moribu' mecum expetitur :
ita meum frangit amantem animum ;
neque, nisi quia miser non eo pessum,
mihi ulla abest perditio permissis. 20
225 ita pater apud uillam detinuit
me hos dies sex ruri continuos,
227-8 neque licitum interea est meam amicam uisere (misero).
estne hoc miserum memoratu ?
(frag. 1)
230 nudiussextus

* * *

ALCESIMARCHVS SERVVS

* * *

frag. 11) (AL.) potine tú homo facinus facere strenuom? (SER.)
aliorum adfatim est
qui faciant. sane ego me nolo fortem perhiberi uirum.

* * *

SER. sed quid istúc? AL. mala multa dici mihi uolo.
SER. qua gratia?

213 ingenia sunt *cod.*: *trai. Spengel* 217-8 iactat *cod.*
quod et deludit *del (?) Leo, ut dimeter fiat* 219 id *add. Reiz*
dissuadet *Pylades*; dissuasit *cod.* 221 experitur *Ital. (cf. Pradel*
de praef. p. 515) 224 *fort. nulla* 227-8 *misero add. Schoell*
230 *sq. plus sescenti versus perierunt in P (duo quaterniones in PA ?),*
ex quibus in A servati sunt vv. 233-491, ubi inter v. 145 et 232 quinque
folia periisse videntur frag. 1 gloss. Plant. frag. 11 Gellius 6,
7, 3 (s. affatim) 233 *incipit A; inter v. 229 et 233 interiisse videntur*
versus X istuc AL. mala multa dici Leo: istum(a)m(i)adigi
cod. (i. e. is tum . . . adigi?)

- AL. quia uiuo. SER. facile id quidem edepol possum, si tu
uis. AL. uolo.
- SER. at enim ne tu exponas pugnos tuos in imperio meo. 235
- AL. numquam edepol faciam. SER. fidem da. AL. do, non
facturum esse me.
- sed ego primum, tot qui ab amica abesse potuerim dies,
sum nihili. SER. nihili hercle uero es. AL. * perditē,
quae me amaret contra. SER. dignus hercle es infortunio.
- AL. ei me (tot tam) acerba facere in corde! SER. frugi num- 240
quam eris.
- AL. praesertim quae coniurasset mecum et firmasset fidem,
SER. neque deos neque homines aequom est facere tibi
posthac bene.
- AL. quae esset aetatem exactura mecum in matrimonio,
SER. compedis te capere oportet neque eas umquam ponere.
- AL. quae mihi esset commendata et meae fide concredita, 245
SER. hercle te uerberibus multum caedi oportere arbitrō.
- AL. quae mellillam me uocare et suauium solitast suom.
SER. ob istuc unum uerbum dignu's deciens qui furcam feras.
- AL. egomet laetor. sed quid auctor nunc mihi es? SER.
dicam tibi:
- supplicium illi des, suspendas te, ne tibi suscenseat. 250
- AL. quian * * * * *
- SER. quid tu ergo (timebas) nam? * * te manuleo
- * ue (amica ne te caiet) * * * *
- * * *

235 pugno os metuo *Leo* 237 tot *Leo*: εο *sequente personae*
spatio cod. ut uid. potuerim *Leo*: au.irem *A* eo, quia ab *Seyffert.*
auderem (sex) dies *Schoell* 238 (cu)ιδροριαροπεριτε *cod.*: (quam
ego amarem) perditē *Leo* 239 ercle ercle es *cod.* 240 ei me . . .
. . . αερβα *cod.*: restituit *Leo* *post versum* 242 *anticipatur v.* 245
suo loco rediens (ii. 6) 243 mecum exactura mecum *cod.* (iv. 3)
244 compeceis *cod.* 245 meam (? *pro* meam in) fidem concrediti
in v. anticipato cod. 249 laetor *suspectum* 252 quid tu
ergo — name — te manuleo *cod.*: quid? tu amicam times, ne te manuleo
caiet? *Fulgentius Virgil. contin., ad Aen. 7 in.* 253-72 nihil nisi
vestigia litterarum apparet in cod.: *post v. 266, ultimum huius scaenae*
versum, duo folia amissa sunt

ALCESIMARCHVS GYMNASIVM SERVVS

* * *

273 (AL.) quid si amo? * * (GY.) * est amor

* * atque illam quam <te> amare intellego

275 * * si conclusos uos <me> habere in carcere

* * * amoris noctesque et dies

ni emortuos * * * * *

mihi numquam quisquam * * *

(GY.) immo maxumus.

280 nam qui amant stulte atque inmodeste atque inprobe

281 * * * * * * -ne ament.

283 (AL.) un * * anus. Th(yni)sce, ubi tu es? SER.

ecce me.

AL. i, adfer mihi arma <SER. arma? AL.> et lorica

adducito.

285 SER. lorica adducam? * * * <add>ucere.

AL. i, curre, equom adfer. SER. peri, herele hic insanit

miser.

AL. abi atque hastatos multos, multos uelites,

multos cum multis—nil moror precario.

ubi sunt quae iussi? SER. sanus hic non est satis.

290 GY. manu esse credo nocitum, quom illaec sic facit.

SER. utrum deliras, quaeso, an astans somnias,

qui equom me adferre iubes, lorica adducere,

multos hastatos, postid multos uelites,

multos cum multis? haec tu peruorsario

295 mihi fabulatu's. AL. dixi ego istaec, opsecro?

SER. modo quidem herele haec dixisti. AL. non praesens

quidem.

SER. praestigiator es, siquidem hic non es atque ades.

283 vel ua Thynisce Schoell 284 suppl. Schoell 285 sententia
 apparet ex Pseud. 711 286 equom cod. peri del. Studemund (iv. 3)
 290 facit an facis incert. cod. 292 equom cod. 293 vel post id
 294 peruorsario (vel -semodo) cod. 296 vel dixi 297 es del.
 Studemund, cui praestigiator-es displicet

Gy. uideo ego te Amoris ualide tactum toxico,
adulescens; eo te magi' uolo monitum. AL. mone.

Gy. caue sis cum Amore tu umquam bellum sumpseris. 300

AL. quid faciam? Gy. ád matrem eiius deuenias domum,
expurges, iures, ores blande per precem
eamque exores ne tibi suscenseat.

AL. expurigabo hercle omnia ad raucam rauim.

* * *

S E N E X G Y M N A S I V M

* * *

SEN. prohibet diuitiis maxumis, dote altili atque opima.

(frag. III)
305

* * *

mulierculam exornatulam. * quidem hercle scita.
quamquam uetus cantherius sum, etiam nunc, ut ego opinor,
adhinnire equolam possum ego hanc, si detur sola soli.

Gy. nimis opportune mi euenit rediisse Alcesimarchum;

nam sola nulla inuitior solet esse. SEN. me uocato 310

ne sola sis: ego (te)cum (ero, uolo) ego agere, ut tú agas
aliquid.

Gy. nimi' lepide (ex)concinnauit hasce aedis Alcesimarchus.

SEN. ut quo(m Ven)us adgreditur, (place)t! lepidumst
amare semper.

Gy. uenerem meram haec aede's olent, quia amator ex-
poliuit.

SEN. non mo(do i)psa lepidast, commode quoque hercle 315
fabulatur.

sed quom dicta huius interpretor, haec herclest, ut ego opinor,
meum quaé corrumpit filium. suspiciost eam esse,
utpote quam numquam uiderim; de opinione credo.

299 vel mage 304 Experiurauí cod. Festi 274 hercle codd.
Nonii 164: hercles cod.: her . . . cod. Fest. inter 304 et 306 duo folia
amissa in cod. frag. III Nonius 72 (s. altile) 306 (situ)e cod.:
(et est) Leo: (itast) Scyffert fort. scite q. h. scitam 307, 316
vel opino 311 suppl. Studemund 312 suppl. Studemund
313 ut quo uša der(i)d(e'tur t cod.: suppl. Lco 315
suppl. Studemund 318 ut pote quam Scyffert: ut postquam cod.

nam hasce aedis conductas habet meu' gnatus, haec ubi astat :
 320 hoc hanc eam esse opiniost ; nam haec illum nominavit.
 quid si adeam atque appellem?—mali damnique inlecebra,
 salue.

Gy. * * * * * uapulabis.

323 SEN. * * * * * apud te.

* * * *

330 * * * * * Gy. intrabo,
 nam meretricem astare in uia solam prostibuli sanest.

* * *

341 malum aufer, bonum mihi opus est

362 * * * * * Gy. * * * quid uis.

SEN. uolo ex te scire, quidquid est meu' (filius quod fe)cit,
 quid égo usquam male feci tibi (aut m)eu' quisquam, id
 edissera,

365 quam ob rem me meumque filium cum (matr)e remque
 nostram

habes pérditui et praedatui? Gy. miser errat, ut ego dixi.

lepidast materies, ludam ego hunc, nam occasio uidetur.

potin operam (in)ique equidem malam * * * innocenti?

SEN. sed (opsecro) te, nullu'nest tibi amator alius quisquam?

370 Gy. nisi tuo' modo unus filiust, quem quidem égo amem
 alius nemo est.

SEN. at * Gy. nil moror : damno sunt (tui) mihi (simil)es.

322 qu — nu . . . e uapulabis *cod.* : quisquis tu es, si mihi dixeris
 nec recte, uapulabis *Seuffert* 323 — are . . . uolo (*vel* niclo)
 apud te *cod.* 324-62 nihil nisi vestigia litterarum apparet
 330 *Nonius* p. 423 (s. prostibulum) : intro bonam (intra bonam *vel*
 intro abonam) meretricem astare in uia solam prostibula sane est
 intro abeo nam *Bothe* prostibuli *Mercerus* 341 *Nonius* 482
 (s. opus est illam rem) : niçias (*i. e.* incias?) m(a)lum — || Bonu —
apparent in cod. 363 *suppl. Studemund* 364 *suppl. Seuffert*
 365 cum (quom) matre rem *Studemund* : quom . . . erem *cod.* 366
 praedatui. Gy. miser *Studemund* : praec . . . uij . . . ser *cod.* 368
 inique *Leo* : neque *Schoell* 369 *suppl. Studemund* 370 restituit
Studemund (*qui* filius *mavult*) : nisi meus modo unus filius? Gy.
 quem *Leo* 371 atecça — *cod.* : at ego (alios credo) *Seuffert* : *fort.*
 at eccam (âliam praedam) t. m. s. *suppl. Schoell*

SEN. quid * (Gy.) uisne est is arbitratus?

(frag. iv)
373

(Gy.) datores
negotioli bellissimi senices soletis esse?

L E N A G Y M N A S I V M

* * *

LE. me respondere postulas? iniurium est.
stipulari semper me ultro oportet a uiris,
eum quaestum facio, nil uiris promittere.

(frag. v)
375

siquidem imperes pro copia, pro recula

(frag. vi)

LE. quin is, si itura es? nimium is uegrandi gradu.

(frag. vii)

Gy. pol ad cubituram, mater, magi' sum exercita
fere quam ad cursuram. eo sum tardiuscula.

(frag. viii)
380

meminere officium suom. (frag. ix)

[nam] ita mustulentus uentus naris attigit.

(frag. x)

capillo scisso atque excissatis auribus

(frag. xi)

quae quasi carnuficis angiporta purigans

(frag. xii)
384

372 fort. quid (si capiamus arbitrum?) restituit Schoell 373
 sqq. unum folium in A perit et sequentis prior pagina frag. iv
 Priscianus 1, 111 (s. negotiolum) et 279 (s. senicis) datores bellissimi
 [uos] negotioli senicis (bellissimos negotioliis phoenices) soletis esse :
 corr. Bothe frag. v Priscianus 1, 388 (s. stipulor) 376 uires
 codd. frag. vi Priscianus 1, 107 (s. recula) frag. vii Festus 372
 (s. uegrande) qui nisi itures cod. frag. viii Nonius 198 (s. cursura)
 379 vel image 380 accursura codd. frag. ix Nonius 499 (s. accus.
 pro genet.) frag. x Nonius 63 (s. mustulentum) et 415 (s. ventus)
 ita codd. 415 : nam ita codd 63 uentus codd. 415 : estus (aestus)
 codd. 63 (cf. Lindsay 'Non Marc.' p. 63) naris obtigit codd. 415
 frag. xi Nonius 108 (s. excissatum) - excissatis Meursius frag. xii
 Nonius 190 (s. angiportus gen. neutri) purgigans codd. (cf. Aul.
 753 purgant pro purigant)

405 non quasi nunc haec sunt hic, limaces liuidae,
febricul(osae, mi)serae amicae, | osseae,
diobolares, schoeniculae, miraculae,
408 cum extertis talis, cum todillis crusculis

* * *

SELENIVM ALCESIMARCHVS MELAENIS

* * *

449 SEL. molestus es.
450 AL. meae issula sua (aede)s egent. ad me (sine ducam).
SEL. aufer manum.
AL. germana mca sororcula. SEL. repudio te frater-
culum.
AL. tum tu igitur, mea matercula. ME. repudio te puer-
culum.
AL. opsecro te—SEL. ualeas. AL. ut sinas—SEL. nil moror.
AL. expurgare me.
SEL. (oppressas). AL. sine dicam—(ME.) sati' sapit mihi
tuis peiuriis.

385 incipit A 385-404 nihil nisi vestigia litterarum apparet
391 fuisse — illo modo 392 u — es negent 394 — guḡla . qui
teris an anguilla (illa?) 396 — tculus fui 403 q . . . q — m
darent 405 totum versum praebet Varro de L. L. 7, 64 (s. limax):
nil nisi sunt lima(ces aut) liuidae apparet in cod. 406 suppl. Schoell
amicisae (?) Leo: amiculae Schoell 407 d(i)bolare(s scho)
enicalae miracula cod. interpretationem adfert Varro: diouolares
'a binis obolis,' scenicolae 'a schoeno,' miraculae 'a miris, i.e. mon-
stris'
408 cum extertis ta(lis e)um todellis cruribus cod.: Festus
329 — raculae cum extertis — (extortis Paulus 52; 353): extortis
Priscianus I, 103 (qui testatur crusculis): vel extrittis todillis Festus
352 (s. todii) (cf. corp. gloss. 5, 624, 39): todinis Priscianus, cro[co]-
tillis Paulus 52 (s. cro[co]tillum: 'valde exile'): sodellis Festus 301
(s. succrotilla vox) 409-49 nihil nisi vestigia litterarum apparet
420 at die illa — 422 dei me (om)nes — 423 illae — 424
haec sustulit, post — 425 circumcur — 427 qua — disti
— um loquor 444 — ris modis inter vv. 444 et 449 unum
folium periisse videtur 449-83 pauca servata sunt 450 issula restit.
Schoell cett. suppl. Leo 451 Priscianus I, 105 (germana mea
sororcula) 452 Priscianus I, 103 (tum tu igitur mea matercula)
puerculum (?) Leo: fraterculum cod. (v. 4) 453 vel expurigare quo
fit versus iambicus, sed displicet opsecrö 454 SEL. (vel ME.) oppressas
scripsi: o . . . r . . . sa . cod., ut operosam (-oss-) quadret cett. restit. Schoell

(AL. úera. ME. sí ea sunt,) at nunc non potis est. AL. 455
 supplicium uolo
 polliceri. SEL. at mihi aps te accipere non lubet. AL. em
 om(nia)
 patior iur(e. ho)c illel uolup est neque tis misereri
 decet.
 quemquam hominem. SEL. inter * * uerba dare * 458-9
 non illa * * qui frangant foedera 460
 AL. at ego nec do neque te amittam hodie, nisi quae uolo 463
 tecum loqui
 das mihi operam.

MELAEINIS ALCESIMARCHVS

ME. potin ut mihi molestus ne sis? AL. quin id (est 465
 no)men mihi,
 omnes mortales (uocant Mole)stum. *
 ME. quo * * opsecro. AL. at fru(stra opsecras.)
 quia sine omni * die suom. AL. dabo 469
 ius iurandum. * * 470
 ME. at ego nunc (ab) illó mihi (caueo) iure iurando (tuo);
 similest ius iurandum amantum quasi ius confusicium.
 nescia(s) *
 . * nugas agis. 474
 AL. supplicium dabo * 477
 quo modo ego *
 * (ME.) quia es nanctus nouam,

455 uer . . . şita şunt a(t nu)nc *cod.* : *restitui* potest *cod.* 456
 polliceri *ante* uolo (*v.* 455) *in cod.* : *huc transposui, nam polliceri-uolo*
displacet em omnia *restit. Studemund* 456, 457 SEL.] *vel* ME.
 457 *suppl. Leo* 460 ME. pol mihi qui firma (sancta *Leo*) [qui] frangant
Schoell 463 at ego nec do *Leo* : aę . . . ne do *cod.* neque ter
 . . itam ho(di)ę *cod.* : *supplevit Studemund* 465, 466 quin ed
 mem mihi Omnes mortales u . ç ştu — : *suppl. Schoell*
 467 *fort.* quo (uolo ire, sine med ire, te) ops. 469 qui . sine (o)mm
cett. restit. Studemund 471 *suppl. Schoell* *vel* illoc 472
 şimil . . . ius iurandum am quę . . . us . onfusicium *cod.* : *sup-*
plevit Studemund

480 quae * quaedam quasi tu nescias.
 * AL. di deaque illam perdant pariter !
 * umquam, si hoc fallo. ME. nil moror
 * ⟨fa⟩sum fallis, eo * at fides.

postremo, si mihi dedisses uerba, dis numquam dares.

485 AL. quin equidem illam duc⟨am⟩ ux⟨orem⟩. ME. ducas,
 si *

nunc hoc si tibi commodumst, quae *
 AL. instruxi illi aurum atque uestem. (ME.) *
 siquidem amabas, proin * illi instrui.
 sed sino. iam hoc mihi responde quod ⟨ego⟩ te rogo ⟨ocius⟩.

490 ins⟨truxisti⟩ *
 tibi ita ut uoluisti * (AL.) quod uolo.

ME. eo facetu's quia tibi aliaſt sponsa locuples Lemnia. 25
 habeas. neque nos factione tanta quanta tu sumus
 neque opes nostrae tam sunt ualidae quam tuae ; uerum
 tamen

495 hau metuo ne ius iurandum nostrum quisquam culpitet :
 tu iam, si quid tibi dolebit, scies qua doleat gratia.
 AL. di me perdant—ME. quodcumque optes, tibi uelim 30
 contingere.

AL. sei illam uxorem duxero umquam, mihi quam despondit
 pater !

ME. et me, si umquam tibi uxorem filiam dedero meam.

500 AL. patierin me peierare ? ME. pol te aliquanto facilius
 quam me meamque rem perire et ludificari filiam.
 abi, quaere ubi iuri iurando tuo sit satias supſidi : 35
 hic apud nōs iam, Alcesimarche, confregisti tesseram.

481 p̄riter *vix ferendum* : pariliter *Schoell* : pariter ⟨atque me *vel*
 te⟩ *Seyffert* 485 *suppl. Studemund* si d⟨i tibi duint⟩ *Stude-*
mu id 487 uestem *Skutsch* : uis — *cod.* 489 quod ego te *restit.*
Studemund rogo ocius *Redslob* 490 *suppl. Leo* 492 *acce-*
di? *P* 498 mihi umquam quam *P* 500 paterin me periurare *A* :
 periurare (? *pro* -ren) me patiere *P* pol te] atque *P* 502
 alibi *A* querere *P* iuris iurandi tui *ut vid.* *A* satis sit *P*

AL. face semel periculum. ME. feci saepe, quod factum queror.

AL. redde mihi illam. ME. inter nouam rem uerbum usur- 505
pabo uetus :

‘quod dedi datum non uellem, quod relicuomst non dabo.’

40 AL. non remissura es mihi illam? ME. pro me responsas
tibi.

AL. non remittes? ME. scis iam dudum omnem meam
sententiam.

AL. satin istuc tibi in corde certumst? ME. quin ne com-
mentor quidem.

[non edepol <ego> istaec tua dicta nunc in auris recipio. 510

AL. non? hem, quid agis igitur? ME. animum aduerte
iam, ut quid agam scias.]

45 AL. at ita me di deaque, superi atque inferi et mediox-
umi,

itaque me Iuno regina et Ioui’ supremi filia

itaque me Saturnus eiis patruos—ME. ecastor pater.

AL. itaque me Ops opulenta, illius auia—ME. immo mater 515
quidem.

AL. Iuno filia et Saturnus patruos et summus Iuppiter—

50 tu me delenis, propter te haec pecco. ME. perge dicere.

AL. anne etiam quid consultura sis sciam? ME. perge
eloqui.

non remittam. definitumst. AL. enim uero ita me Iup-
piter

itaque me Iuno itaque Ianus ita—quid dicam nescio. 520

iam scio. immo, mulier, audi, meam ut scias sententiam.

504 sepe feci *P* 507 responsa *P* 509 certumst in corde *A*
ne *Seuffert*: e *A* (*praec.* n): ego *P* (*seq. co.*) 510-1 *om. A post*
518 *transposuit Seuffert* (*Berl. Phil. Woch.* 1896, p. 844) 510
ego *add. Schoell* 511 q. agam *Rost*: quid (quod *PE*) agas *cod.*
512 atque *om. codd. Prisciani* 1, 62 514 patruus eius *P ec. p.*]
et summus pater *A* (*ex v. 516*) 516 *Melaenidi continuat Ussing*
filia Iuno *A* Iuppiter] pater *Bentley* [*cf. ad v. 514*] 518 a. ut
etiam *P* (*pro a. e. ut?*) sis sciam *om. A* ME. perge] es perge *A*
520 itaque Ianus] et saturnus *P* (*ex v. 516?*)

- di me omnes, magni minutique et etiam patellarii, 55
 faxint ne ego ⟨dem uiuae⟩ uiuos sauium Selenio,
 nisi ego teque tuamque filiam aequae hodie opruncauero,
 525 poste autem cum primo luci cras nisi ambo occidero,
 et equidem hercle nisi pedatu tertio omnis efflixero,
 nisi tu illam remittis ad me. dixi quae uolui. uale. -- 60
 ME. abiit intro iratus. quid ego nunc agam? si redierit
 illa ad hunc, ibidem loci res erit: ubi odium occeperit,
 530 illam extrudet, tum hanc uxorem Lemniam ducet domum.
 sed tamen ibo et persequar: amans ne quid faciat, cauto opust.
 postremo, quando aequa lege pauperi cum diuite 65
 non licet, perdam operam potius quam carebo filia.
 sed quis hic est qui recta platea cursum huc contendit
 suum?
 535 et illud paueo et hoc formido, ita tota sum misera in metu.

LAMPADIO

ii

- LA. Anum sectatus sum clamore per uias,
 miserrumam habui. ut illaec hodie quot modis
 moderatrix ⟨linguae⟩ fuit atque inmemorabilis!
 quot illi blanditias, quid illi promisi boni,
 540 quot admoeniui fabricas, quot fallacias 5
 in quaestione! uix exsculpsi ut diceret,
 quia ei promisi doliurn uini dare.

PHANOSTRATA LAMPADIO MELAENIS iii

PH. Audire uocem uisa sum ante aedis modo
 mei Lampadisci serui. LA. non surda es, era:

522 minuti et etiam A: minutique et P deficit A 523
 lacunam spatio notat B: ⟨dem⟩ Ital., ⟨uiuae⟩ Bothc, Benoist:
 ⟨oppingam⟩ Schoc! senio cod. (selenio J) 524 te. tu. f. meque cod.,
 sed filiam verb. dactylicum in quarto pede vix ferendum: corr. Scyffert:
 vix teq' meq' tu. f. 525 postea cod. 526 efflixero omnis tertio
 Leo 530 tum Dissaldeus: cum cod. 531 amens B¹, sed
 nequid vix ferendum sed tamen amens ne quid faciat cauto
 opust. ibo et persequar Leo 534 huc Ital.: hic cod. 535
 vel illuc 538 linguae add. Ussing 539 vel illic

recte audiuiſti. PH. quid agis hic? LA. quod gaudeas. 545
 PH. quid id eſt? LA. hinc ex hiſce aedibus paullo prius
 5 uidi exeuntem mulierem—PH. illam quae meam
 gnatam ſuſtulerat? LA. rem tenes. PH. quid poſtea?
 LA. dico ei quo pacto eam ab hippodromo uiderim
 erilem noſtram filiam ſuſtollere. 550
 extimuit tum illa. ME. iam horret corpus, cor ſalit.
 10 nam mihi ab hippodromo memini adferri paruolam
 puellam eamque me mihi ſupponere.
 PH. age perge, quaeso. ánimus audire expetit
 ut geſta res ſit. ME. utinam audire non queas. 555

* * *

LA. pergo illa(m onerare) dictis: ‘illaec ted anus
 15 fortu(nis ex ſecundis ad mi)ſoras uocat.
 nam illaec tibi nutrix eſt, ne matrem censeas.
 ego te reduco et uoco ad (ſúmmas) ditias,
 ubi tu locere in luculentam familiam, 560
 und’ tibi talenta magna uiginti pater
 20 det dotis; non enim hic ubi ex Tuſco modo
 tute tibi indigne dotem quaeras corpore.’
 PH. an, amabo, meretrix illa eſt quae illam ſuſtulit?
 LA. immo meretrix fuit; ſed ut ſit, de ea re eloquar. 565
 iam perducebam illam ad me ſuadela mea:
 25 anus ei amplexa eſt genua plorans, opſecrans
 ne deſerat ſe: eam ſuam eſſe filiam,
 ſeque eam peperiffe ſancte adiurabat mihi.
 ‘iſtanc quam quaeris’ inquit ‘ego amicae meae 570
 dedi, quae éducaſet eam pro filiola ſua;
 30 et uiuit’ inquit. ‘ubi ea eſt?’ inquam extempulo.
 PH. ſeruate di med, opſecro! ME. at me perditis.

547 uidei *cod.* (*antiqua forma*) 550 filiam noſtram *cod.*: *trai.*
Bothe 555 res geſta *cod.*: *trai. Guictus* *vix* ſiet *lacunam*
codices non indicant 556, 557 *ſpatia relicta in cod.*; *poſt alios ſup-*
plevit Schoell 559 reuoco *Pylades* (ſummas) *Brix*: (auitas)
Schoell 565 meretrix *del. Bothe* *rhythmi cauſa* 567 ei
 (quom) *Seyffert* 573 *vel me (ita cod.)*

PH. quoi illam dedisset exquisisse oportuit.

575 LA. quaesiui, et dixit meretrici Melaenidi.

ME. meum elocutust nomen, interii <oppido>!

LA. ubi elocuta est, ego continuo [anum] interrogo ; 35

'ubi habitat?' inquam 'duce ac demonstra mihi.'

'auecta est' inquit 'peregre hinc habitatum.' ME. obsipat

580 aquolam. LA. 'quo auecta est, eo sequemur. sicine

agi' nugas? periisti hercle, <ni> * *

* * * <non hercle> hoc longe destiti 40

instare usque adeo donec se adiurat anus

iam mihi monstrare. PH. át non missam oportuit.

585 LA. seruatur. sed illaec se quandam aibat mulierem

suam beneuolentem conuenire etiam prius,

commune quacum id esset sibi negotium. 45

et scio uenturam. ME. me indicabit, et suas

589-90 ad meas miseras † alias faciem consciam †.

PH. quid nunc uis facere me? LA. intro abi atque animo
bono es.

uir tuo' si ueniet, iube domi opperier,

ne in quaestione mihi sit, si quid eum uelim. 50

ego ad ánum recurro rusum. PH. Lampadio, opsecro,

595 cura. LA. perfectum ego hoc dabo negotium.

PH. deos téque spero.—LA. eosdem ego—uti abeas domum.

ME. adulescens, asta atque audi. LA. men, mulier, uocas?

ME. te. LA. quid negoti est? nam occupatus sum am- 55
pliter.

ME. quis istic habitat? LA. Demipho dominus meus.

600 ME. nempe istic est qui Alcesimarcho filiam

suam despondit in diuitias maxumas?

574 quo *cod.* 576 oppido *suppl. Pylades* 577 anum *del. Acidalius*

578 dic *Becker* 581, 582 peristine hercle hoc longe dedisti *cod.,*

cott. om. (iii. 11) peristi *Pylades* (iv. 3) ni <mihi dixeris Vbi habitat

nunc. non hercle> hoc *Schoell* destiti *Ital.*: dedisti *cod.* 584 iam]

eam *Pylades* 588 indicauit *cod.* 589, 590 alias <adiunget mala||

Seleniumque fraudis) faciet consciam *Schoell* (*fort.* Seleniumque

fallae; iii. 11) 593 in q. *Camerarius*: quaestionem *cod.*

- LA. is ipsust. ME. eho tu, quam uos igitur filiam
 60 nunc quaeritatis alteram? LA. ego deicam tibi:
 non ex uxore natam, uxoris filiam.
- ME. quid istuc est uerbi? LA. éx priore muliere
 nata, inquam, meo ero est filiá. ME. certe modo
 huius, quae locuta est, quaerere aibas filiam.
- 65 LA. huius ergo quaero. ME. quo modo igitur, opsecro,
 haec est prior quae nupta nunc est? LA. conteris
 tu tua me oratione, mulier, quisquis es. 610
 medioxumam quam duxit uxorem, ex ea
 nata est haec uirgo Alcesimarcho quae datur.
- 70 ea uxór diem obiit. iam scis? ME. teneo istuc satis.
 sed ego illud quaero confragosum, quo modo
 prior pósterior sit et posterior sit prior? 615
 LA. prius hanc compressit quam uxorem duxit domum,
 priu' grauida facta est priu'que peperit filiam;
 75 eam póstquam peperit, iussit paruam proici:
 ego eam proieci. ália mulier sustulit.
 ego inspectaui. érus hanc duxit postibi. 620
 eam núnc puellam filiam eiús quaerimus.
 quid nunc supina susum caelum conspicias?
- 80 ME. i nunciam istuc quo properabas, nil moror.
 nunc intellexi. LA. dis hercle habeo gratiam,
 nam ni intellexes, numquam, credo, amitteres.-- 625
 ME. nunc mihi bonae necessust esse ingratiis,
 quamquam esse nolo. rem palam esse intellego:
- 85 nunc egomet potius hanc inibo gratiam
 ab illis quam illaec me indicet. ibo domum,
 atque ad parentes redducam Selenium.— 630

602 *vel* ipse [est] 605 uerbis *cod.* 606 filia est *Camerarius*
 certe *Camerarius*: certo *cod. contra morem Plautinum* 608 ego
cod. ut vid. 615 et *del. Merula* 619 aliena *Schoell* 620
 duxit erus hanc *Schoell* 623 *Ei cod. (antiqua forma)* 626 *vel*
 necessumst 630 *reduco B*

ACTVS III

MELAENIS SELENIUM ALCESIMARCHVS III. 1

ME. Rem elocuta sum tibi omnem ; sequeren, mea Selenium,
 ut eorum quoniam esse oportet te sis potius quam mea?
 quamquam inuita te carebo, ánimum ego inducam tamen
 ut illud (quod minu' méam) quam túam in rem bene con-
 ducat consulam.

635 nam hic crepundia insunt, quibu'cum te illa olim ad me 5
 detulit,

quae mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius.
 accipe hanc cistellam, Halisca. ágedum pulta illas fores.
 dic me orare ut aliquis intus prodeat propere ocius.

639-40 AL. recipe me ad te, Mors, amicum et beniuolum. SEL.
 mater mea,
 periimus miseraé. AL. utrum hac me feriam an ab laeua 10
 latus?

ME. quid tibi est? SEL. Alcesimarchum non uides? ferrum
 tenet.

AL. ecquid agis? remorare. lumen linque. SEL. amabo,
 áccurrite,

ne se interemat. AL. o Salute mea salus salubrior,
 645 tu nunc, si ego uolo seu nolo, sola me ut uiuam facis.

ME. hau uoluisti istuc seuerum facere. AL. nil mecum tibi, 15
 mortuos tibi sum : hanc ut habeo certum est non amittere ;
 nam hercle iam ad me adglutinandam totam decretum est
 dare.

631 sequerem (sequere me B³) mea *cod.* : sequere hac me *Seuffert*
 633 (in) an. *Mueller (Rhein. Mus. 54, 387)* 634 *suppl. Seuffert* :
 ut il. tuam quod quam meam in rem *Mueller ibid.* 637 has liscas
cod. post nomen aliquid intercidisse (ab s(ed) incipiens) propter v.
 713 sq. comicit *Seuffert* 641 hac me] hacine *Brix* 642 tenet
Bothe : tenenst *cod. ut vid., fort. recte* 645 sola me an me soia
incert. cod. 646 istunc *cod.* 648 adglutinandum *cod.* (-am f)

ubi estis, serui? ocludite aedis pessulis, repagulis.

ibo, hánc ego tetulero intra limen.—ME. abiit, apstulit 650
 20 mulierem. ibo, persequar iam illum intro, ut haec ex me
 sciat
 eadem, sei possum tranquillum facere ex irato mihi.

ACTVS IV

IV. i

LAMPADIO PHANOSTRATA

LA. Nullam ego me uidisse credo magis anum excruciablem
 quam illaec est: quae dudum fassast mihi, quaene infitias eat?
 sed eccam eram uideo. sed quid hoc est, haec quod cistella 655
 hic iacet

cum crepundiis? nec quemquam conspicio alium in uia.

5 faciundum est puerile officium: conquiniscam ad cistulam.

PH. quid agis, Lampadio? LA. haec cistella numnam
 hinc ab nobis domo est?

nam hinc ab ostio iacentem sustuli. PH. quid nuntias

super anu? LA. scelestiorem in terra nullam esse alteram; 660
 omnia infitiare iam, quae dudum confessa est mihi.

10 nam hercle ego (quam) illam anum inridere me ut sinam,
 satiust mihi

quouis exitio interire. PH. di, ópsecro uostram fidem—

LA. quid deos ópsecras? PH. seruate nos. LA. quid est?

PH. crepundia

haec sunt, quibu'cum tu extulisti nostram filiolum ad necem. 665

LA. sanane es? PH. haec sunt profecto. LA. pergin?

PH. haec sunt. LA. si mihi

15 alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.

650 ibo] ilico *Ussing* 652 sei (*corr.* set) *cod. ut vid.* (sic *B*³,
 sed *B*¹*V**J*, set *vel* sit *E*¹) 657 conquiniscam *testatur Nonius* 84:
 quomque mei sciam *cod.* (*pro* quomqueneiscam?) 661 infitiatur
 Pius: *fort.* infitiarei iam *Schoell*: ea *cod.* 662 quam *add.*
Seyffert 664 uos *cod.* (nos *J*)

PH. non ecastor falsa memoro. LA. nam, opsecro, unde
haec gentium?
aut quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum, quasi
670 dedita opera, in tempore ipso? PH. Spes mihi sancta subueni.

HALISCA LAMPADIO PHANOSTRATA ii

HA. Nisi quid mi opi' di dant, desperii, neque unde auxilium
expetam hábeo.

itaque petulantia mea me animi miseram habet.

quae in tergum meum ne ueniant male formido,
si éra mea sciat tam socordem esse quam sum.

675 quamne in manibus tenui atque accepi hic ante aedis 5
cistellam, ubi ea sit nescio, nisi ut opinor

loca haec circiter mi excidit.

mei hómines, mei spectatores, facite indicium, si quis uidit,
quis eam apstulerit quisue sustulerit et utrum hac an illac
iter institerit.

680 non sum scitior quae hos rogem aut quae fatigem, 10
qui semper malo muliebri sunt lubentes.

nunc uestigia hic si qua sunt noscitabo.

nam si nemo hac praeteriit, postquam intro abiui,

cistella hic iaceret. quid hic? perii, opinor,

685 actum est, ilicet me infelicem et scelestam! 15

nulla est, neque ego sum usquam. perdita perdidit me.
sed pergam ut coépi tamen, quaeritabo.

668 falsa *Camerarius*: e ais a *cod.* (E pro F, I pro L) 669 An
Seyffert 670 subueni *Scioppius*: subuenit *cod.* 671 dent (*B*³ ut *vid.*)
an dant (*P*^{BD}) *incert. cod.* auxilium (*B*) an auxilii (*P*^E) *incert. cod.*
<ego> habeo *Ritschl* 672 <et> pet. *Schoell* (*anap.*); in fine idem
intercidisse coniecit velut et nequitia angit (*cf. v. 673 ueniant, quae in*
fine tituli scaenae scripta esse possunt (ii. 5) 674 mea <me> *Mueller*
676, 684 *vel opino* 677 h. c. exc. mihi *cod.*: *traieci* (*nam circiter*
vix ferendum): c. exc. h. mi *Schoell* (*anap.*) 678 mi h. mi *cod.* (*sed*
cf. Lindsay 'Lat. Lang.' 7. 12) 679 Quis *Bothe*: Siquis *cod.* *vel*
quisv: quis *Bothe* 682 siquia *cod. ut vid.* (*vix recte*) 683 prae-
teriit hac *Fleckeisen* abii *cod.* 684 perii *Spengel*: periiit *cod.*
685 *vel sic distingue* ilicet. me

- nam et íntus pauéo et foris formi-
 -do, ita nunc utrubique metus me agitat, 688^a
 20 ita sunt homines misere miseri.
 ille nunc laetus est, quisquis est, qui illam habet, 690
 quae neque illa illi quicquam usui et mihi esse potest :
 sed memet moror quom hoc ago setius.
 Halisca, hoc age, ad térram aspice et despice,
 25 oculis inuestiges, astute augura.
 LA. era. PH. hém ! LA. est—PH. quid est ? LA. haec est. 695
 PH. quis ? LA. quoi haec excidit cistella.
 PH. certe eccam : locum signat, ubi ea excidit : apparet.
 HA. sed is hac iit, hac socci uideo
 uestigium in puluere, persequar hac.
 30 in hoc iam loco cum altero constitit. hic
 meis turba oculis modo se obiecit : 699^a
 neque prosum iit hac : hic stetit, hinc il- 700
 -lo exiit. hic concilium fuit. 700^a
 ad duos attinet, liquidumst. attat !
 35 singulum uestigium uideo. 701^a
 sed is hac abiit. contemplabó. hinc huc iit, hinc nusquam
 abiit.
 actam rem ago quod periit, periit : meum corium (cum)
 cistella.
 redeo intro. PH. mulier, (mane,) mane. sunt qui uolunt
 tē conuentam.

689 ita *Schoell* : illo *cod.* (ex v. 690?) vel sic *distingue* ita s. h.,
 m. m. 690-1 vel *barch.* (Ill' . . . habet, quae Neque . . . potis est)
 691 et *Scyffert* : est *cod.* vel mi ess' potest esse potest] exitio est
Leo 692 *segnius Ussing* 693 *fort. age delend.* (iv. 3) 694 in-
 uestiges (*B¹*) an inuestigies (*P^{BD}*) *incert. cod.* : in uestigiis *Schoell* (*gly-*
conic.) 695 LA. est PH. *del. Camerarius* quis (est) *Spengel* 696
 eccam *Pylades* : eccum *cod.* : est eum *Leo* locum *Pylades* : locus
cod. 698 an persequor ? nam persequar *inuitatum* 700
 illuc *cod.* 701 liquidumst *Schoell* : liqui sunt (st) *cod.* (unde liquis
PE) 701^a uideo uestigium *cod.* (vix iam. *dim.*) 702 con-
 templabor *cod.* 703 peperit periit *cod.* cum *add. Valla* 704
 vix (o) mu. (mane) *add.* (?) *Leo*, 'nisi intro trisyllabum'

- 705 HA. quis me reuocat? LA. bona femina et malu' masculus
uolunt te.
- HA. (bona femina et malu' masculus uolunt me.) postremo 40
ille
plus qui uocat scit quod uelit quam ego quae uocor. re-
uortor.
- ecquem uidisti quaerere hic, amabo, in hac regione
cistellam cum crepundiis, quam ego hic amisi misera?
- 710 nam dudum ut accucurrimus ad Alcesimarchum, ne se
uita interemeret, tum * * * * more excidisse. 45
- LA. cistellam haec mulier (perdidit. tace)amus, era,
parumper.
- HA. disperii misera! quid ego erae dicam? quae me opere
tanto
seruare iussit, qui suos Selenium parentes
- 715 facilius posset noscere, quae erae [meae] supposita est parua,
quam quaedam meretrix ei dedit. LA. nostram haec rem 50
fabulatur,
hanc scire oportet filia tua ubi sit, signa ut dicit.
- HA. nunc eam uolt suae matri et patri, quibu' nata est,
reddere ultro.
mi homo, opsecro, alias res geris, ego tibi meas res mando.
- 720 LA. istuc ago, atque istic mihi cibus est, quod fabulare,
sed inter rém agendam istam erae huic respondi quod 55
rogabat.
nunc ad te redeo: si quid est opu', dice et impera tu.
quid quaeritabas? HA. mi homo | et mea mulier, uos saluto.
PH. et nos te. sed quid quaeritas? HA. uestigium hic
requiro,

706 *addidi* 708 quaerere] tollere *Valla* 710 accucurrimus
cod. (cf. *Merc.* 201 occurri *PCD* pro occucurri; iii. 3) 711 uitam (-ta
J) (*adhaeret versui* 710) interemerit *cod.* *amissorum verborum*
spatia relicta et hic et in ceteris scaenae lacunis tum eam mihi opinor
Leo 712 *suppl. Seyffert* 713 erae *Guietus*: ea erae *cod.* ut *uid.*
(ea era *B*¹, meae erae *B*³) (iv. 3) 715 meae *del. Ital.*, nam qu(ae)
erae *mēae displicet* 722 et impera tu *Schoell*: impetra et tu *cod.*
(? *pro* impetra. HA. et tu): impetratumst *Leo* 723 o mi h. *Langen*

- qua aufugit quaedam * -aestio. (L.A.) quid id? quidnam est? 725
 60 HA. alienum (concinнат malum) et maerorem familiarem.
 LA. mala mers, era, haec et callida est. PH. ecastor ita
 uidetur.
 LA. imitatur nequam bestiam et damnificam. PH. quemnam,
 amabo?
 LA. inuoluolum, quae in pampini folio intorta implicat se :
 itidem haec exorditur sibi intortam orationem. 730
 65 quid quaeritas? HA. cistellula hinc mi, adulescens, euolauit.
 LA. in caueam latam oportuit. HA. non edepol praeda
 magna.
 LA. mirum quin grex uenaliu in cistella infuerit una.
 PH. sine dicat. LA. si dicat quidem. PH. age loquere [tu]
 quid ibi infuerit.
 HA. crepundia una. LA. est quidam homo qui illam ait se 735
 scire ubi sit.
 70 HA. at pol ille a quadam muliere, si eam monstret, gratiam
 ineat.
 LA. at sibi ille quidam uolt dari mercedem. HA. at pol
 illa quaedam,
 quae illam cistellam perdidit, quoidam negat esse quod det.
 LA. at enim ille quidam o(peram bonam magis) expetit
 quam argentum.
 HA. at pol illi quoidam mulieri nulla opera gratuita est. 740
 75 PH. commodo loquela tua tibi nunc prodes. confitemur
 cistellam habere. HA. at uos Salus seruassit! ubi ea nunc
 est?
 PH. saluam eccam. sed ego rem meam magnam confabulari

725 vel aestic (PE) cod. 726 suppl. Schoell, Leo 728
 maleficam codd. Isidori Orig. 12, 5, 9 quin nam cod. (pro quen-
 nam?) 731 cistellam cod. (pro cistella, i. e. cistelula?), unde cis-
 tella mi h. Seyffert hic cod. (hinc J) 734 tu del. Leo inerit
 Schoell 736 vel mulieri 739 quoi damo (-mu?) ante lacunam
 cod. : suppl. Seyffert quam argentum expetit : trai. Leo : q. a. ex-
 petessit Seyffert 740 quidam cod. 741 comoda J loquela
 Redstob (Liter. Centralbl. 1895, p. 1761) : loquelam cod. commodule
 quaedam Leo tua] tu Ussing: fort. tut' prodens cod.

tecum uolo : sóciam te mihí adopto ad meam salutem.

745 HA. quid istúci negoti est ? aut quis es ? PH. ego sum illius
mater,
quae haec gestitauit. HA. hicine tu ergo habitas ? PH. 80
hariolare.

sed quaeso, ambages, mulier, mitte atque hoc age.
eloquere, unde haec sunt tibi, cito, crepundia.

HA. mea haec erilis gestitauit filia.

750 LA. mentiris, nam mea gestitauit, non tua.

PH. ne obloquere. LA. taceo. PH. mulier, perge dicere. 85
ubi ea est quae gestitauit ? HA. hic in proxumo.

PH. istic quidem edepol mei uiri habitat gener.

LA. ne obloquere rusus. PH. perge porro dicere.

755 quot annos nata dicitur ? HA. septemdecim.

PH. mea est. LA. east : u(t numer)us annorum attulit. 90

HA. quid ? qua(esti partem dimid)iam quaero meam.

LA. at po(l ego, quoniam tres) sunt, quaero tertiam.

PH. quod quaeritabam, filiam inueni meam.

760 HA. aequom est (reponi) per fidem quod creditum est,
ne bene merenti sit malo benignitas. 95

nostra haec alumna est, tua profecto filia :

et redditura est tuam tibi, et ea gratia

domo profecta est. ceterum ex ipsa, opsecro,

765 exquaeritote : ego serua sum. PH. aequom postulas.

HA. illius égo istanc esse malo gratiam. 100

sed istanc cistellam te opsecro ut reddas mihi.

PH. quid fit, Lampadio ? LA. quod tuom est teneas tuom.

PH. at me huius miseret. LA. sic faciundum censeo :

770 da isti cistellam et intro abi cum istac semul.

745 quis est *cod.* 753 *vel* Isti habitabat *Schoell Lampadionis*
verba (in gener desinentia!) intercidisse credit Camerarius 756 suppl.
Camerarius : uiuam n. Leo 757 suppl. Schoell 758 suppl.
Schoell : at po(l ego, quom duae ad)sunt Ussing 760 rep. suppl.
Leo 762 alumna Valla : calumnia cod. post hunc v. lacunam
sign. Seyffert 766 istanc esse Camerarius : istam necesse cod.
770 *vel* da istic

105 PH. tibi auscultabo. tene tu cistellam tibi,
 abeamus intro. sed quid (est) nomen tuae
 dominae? HA. Melaenis. PH. i prae, iam ego te sequar.—

ACTVS V

V. i

DEMIPHO LAMPADIO

DE. Quid hoc negoti est, quod omnes homines fabulantur
 per uias
 mihi esse filiam inuentam? et Lampadionem med in foro 775
 quaesiuisse aiunt. LA. ere, unde is? DE. ex senatu. LA.
 gaudeo
 tibi mea opera liberorum esse amplius. DE. enim non placet.
 5 nil moror aliena mi opera fieri pluris liberos.
 sed quid istuc est? LA. propera ire intro huc ad adfinem
 tuom,
 filiam tuam iam cognosces intus. ibidem uxor tua est. 780
 abi cito. DE. praeuorti hoc certumst rebus aliis omnibus.—

CATERVA

Ne exspectetis, spectatores, dum illi huc ad uos exeant :
 10 nemo exhibit, omnes intus conficient negotium.
 ubi id erit factum, ornamenta ponent; postidea loci
 qui deliquit uapulabit, qui non deliquit bibet. 785
 nunc quod ad uos, spectatores, relicuom relinquitur,
 more maiorum date plausum postrema in comoedia.

772 est *add. Studemund* 775 filiam mihi esse *Ussing* et]
 etiam *Schoell* me *cod.* 776 undi is *PBD* 777 enim *Bothe* :
 etenim *cod.* 779 ad finem *cod.* (ad affinem *J*)

CVRCVLIO

ARGVMENTVM

Curculio missu Phaedromi it Cariam,
Vt petat argentum. ibi eludit anulo
Rivalem. scribit atque obsignat litteras.
Cognoscit signum Lyco, ubi vidit, militis :
Vt amicam mittat, pretium lenoni dedit. 5
Lyconem miles ac lenonem in ius rapit.
Ipsus sororem, quam peribat, repperit,
Oratu cuius Phaedromo nuptum locat.

1 missu *Gulielmus*: missus *cod.* it <in> *Pylades* 2 ibi <ille>
Camerarius

PERSONAE

PALINVRVS SERVVS
PHAEDROMVS ADVLESCENS
LEAENA ANVS
PLANESIVM VIRGO
CAPPADOX LENO
COCVS
CVRCVLIO PARASITVS
LYCO TRAPEZITA
CHORAGVS
THERAPONTIGONVS MILES

SCAENA EPIDAVRI

ACTVS I

PALINVRVS PHAEDROMVS

I. i

PA. Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras
cum istoc ornatu cumque hac pompa, Phaedrome?

PH. quo Venu' Cupidoque imperat, suadetque Amor :
si media nox est siue est prima uespera,

5 si statu', condictus cum hoste intercedit dies, 5
tamen est eundum quo imperant ingratiis.

PA. at tandem, tandem—PH. tandem es odiosus mihi.

PA. istuc quidem nec bellum est nec memorabile :
tute tibi puer es, lautus luces cereum.

10 PH. egon ápicularum opera congestum non feram 10
ex dulci oriundum melculo dulci meo?

PA. nam quo te dicam ego ire? PH. si tu me roges,
dicam ut scias. PA. si rogitem, quid respondeas?

PH. hoc Aesculapi fanum est. PA. plus iam anno scio.

15 PH. huic proximum illud ostiumst oculissimum. 15
salue, ualuistin? PA. ostium oclusissimum,

caruitne febris te heri uel nudiustertius
et heri cenauistine? PH. deridesne me?

PA. quid tu ergo, insane, rogitas ualeatne ostium?

20 PH. bellissimum hercle uidi et taciturnissimum, 20
numquam ullum uerbum muttit : quom aperitur tacet,
quom illa noctu clanculum ad me exit, tacet.

I hoc *cod. Charisii* 112, *codd. Diom.* 441 : hac *cod.* 3 cupi-
doque *codd. Nonii* 421, *schol. Verg. A.* 4, 194 ; cupido *cod.* imperant
Pylades suadet *B¹, schol. Verg.* 6 imperant *cod. Festi* 314 :
imperat *cod.* 10 egon] ego nam *codd. Prisciani* 1, 107 con-
gestum opera *Bothe* 11 melliculo *cod. (cf. Cas. 837 melliculum*
pro melculum P) 12, 13 si . . . scias *Palinuro continuat cod., ut vid.*
13 si (ego) *Boscher 'de Curc.'* 4 15-16 Huic . . est ocul. ost.
Amicae (ex Fest. 178) (PA. mihi uidetur oclus.) PH. Salue . . (usque)
ocul. ost. *Goetz* 15 ostiumst *Fleckeisen* : ostium *cod. oculis-*
simum *Festus* 178 (*cf. Paulus Diac.*) : oclusissimum *cod. (ex v. 16)*
22 cumque *Pylades, cui hiatus quom | illa displicet : an et quom? (praec. et)*

- PA. numquid tu quod te aut genere indignum sit tuo
facis aut inceptas facinus facere, Phaedrome?
- 25 num tu pudicae quoipiam insidias locas 25
aut quam pudicam oportet esse? PH. nemini;
nec me ille sirit Iuppiter! PA. ego item uolo.
ita tuom conferto amare semper, si sapis,
ne id quod ames populus si sciat, tibi sit probro.
- 30 semper curato ne sis intestabilis. 30
PH. quid istúc est uerbi? PA. caute ut incedas uia:
quod amas amato testibus praesentibus. 32
PH. quin leno hic habitat. PA. nemo hinc prohibet nec
uotat
quin quod palam est uenale, si argentum est, emas.
- 35 nemo ire quemquam publica prohibet uia; 35
dum ne per fundum saeptum facias semitam,
dum ted apstineas nupta, uidua, uirgine,
iuuentúte et pueris liberis, ama quídlubet.
- PH. lenonis hae sunt aedes. PA. male istis euenat!
- 40 PH. qui? PA. quia scelestam seruitutem seruiunt. 40
PH. obloquere. PA. fiat maxumé.—PH. etiam taces?
PA. nempe obloqui me iusseras. PH. at nunc uoto.
ita uti occépi dicere: ei ancillula est.
PA. nempe huic lenoni qui hic habitat? PH. recte tenes.
- 45 PA. minu' formidabo, ne excidat. PH. odiosus es. 45
eam uólt meretricem facere. éa me deperit,
ego autem cum illa facere nolo mutuom.
PA. quid ita? PH. quia proprium facio: amo pariter simul.
PA. malu' clandestinus est amor, damnumst merum.

23 generi *cod.* 26 esse oportet *cod.*: *trai. Pylades (cf. Journ. Phil. 26, 295)* 27 sirit *Muretus*: sinit *cod.* 32 post 31
cod. (ii. 6): *transposuit Bothe* 31 amato *Camerarius*: ama
cod. 33 hinc *Ital.*: huic (*PE*) an hic (*B*) *incert. cod.* 36
faciat *Fleckeisen* 43 ita *Muretus*: id *cod.*: sed ita *Rcis* 44
habet *Bothe* 45 excidat *Lambinus*: exedat *cod.* (*pro* excedat,
antiqua orthographia) 46 <at> ea *Fleckeisen*, cui hiatus in pausa
displicet

- 50 PH. est hercle ita ut tu dicis. PA. iamne ea fert iugum? 50
 PH. tam a me pudica est quasi soror mea sit, nisi
 si est osculando quippiam inpudicior.
 PA. semper tu scito, flamma fumo est proxuma;
 fumo comburi nil potest, flamma potest.
- 55 qui | e nuce nuculeum esse uolt, frangit nucem: 55
 qui uolt cubare, pandit saltum sauiis.
 PH. at illa ést pudica neque dum cubitat cum uiris.
 PA. credam, pudor si quoiquam lenoni siet.
 PH. immo ut illam censes? ut quaeque illi occasiost
- 60 surrupere se ad me, ubi sauium oppegit, fugit. 60
 id eo fit, quia hic leno, (hic qui) aegrotus incubat
 in Aesculapi fano, is me excruciat. PA. quid est?
 PH. alias me poscit pro illa triginta minas,
 alias talentum magnum; neque quicquam queo
- 65 aequi bonique ab eo impetrare. PA. iniuriu's 65
 qui quod lenoni nulli est id ab eo petas.
 PH. nunc hinc parasitum in Cariam misi meum
 petitum argentum a meo sodali mutuom.
 quod si non adfert, quo me uortam nescio.
- 70 PA. si deos salutas, dextrouorsum censeo. 70
 PH. nunc ara Veneris haec est ante horunc fores;
 me inferre Veneri uoui iaientaculum.
 PA. quid? te antepones Veneri iaientaculo?
 PH. me, té atque hosce omnis. PA. tum tu Venerem uo-
 mere uis.
- 75 PH. cedo, puere, sinum. PA. quid facturu's? PH. iam 75
 scies.

anus hic solet cubare custos ianitrix,

55 e nuce qui (?) *Leo* nuculeos *codd. Macrobbii* 3, 18, 14 (se)
 esse *Mueller (Rhein. Mus. 54, 388)* post v. 60 lacunam sign. *Bosscher*
 'de *Curc.*' 8 61 hic qui *add. Leo* l. hic (nunc) *Mueller l. c.*
 fort. (nunc) inc. 65 iniurium est *cod.* 66 qui] quid *PBD*

73 iaientaculi *codd. Nonii* 126 76 cubat *ut vid. cod.* (cubitare *B¹*
ut vid., vix B³)

nomen Leanaest, multibiba atque merobiba.

PA. quasi tu lagoenam dicas, ubi unum Chium
solet esse. PH. quid opust uerbis? uinosissima est;

80 eaque extemplo ubi (ubi) uino has conspersi fores, 80
de odore adesse me scit, aperit ilico.

PA. eine hic cum uino sinus fertur? PH. nisi neuis.

PA. nolo hercle, nam istunc qui fert adflictum uelim;
ego nobis [af]ferri censui. PH. quin tu taces?

85 si quid super illi fuerit, id nobis sat est. 85

PA. quisnam istic fluuiust quem non recipiat mare?

PH. sequere hac, Palinure, me ad fores, fi mi opsequens.

PA. ita faciam. PH. ágite bibite, festiuae fores;
potate, fite mihi uolentes propitiae.

90 PA. uoltisne oliuas, [aut] pulpamentum, [aut] capparim? 90

PH. exsuscitate uostram huc custodem mihi.

PA. profundis unum: quae te res agitant? PH. sine.
uiden út aperiuntur aedes festiuissimae?

num muttit cardo? est lepidus. PA. quin das sauium?

95 PH. tace, occultemus lumen et uocem. PA. licet. 95

ii LEAENA PHAEDROMVS PALINVRVS

LE. Flos ueteris uini meis naribus obiectust,
eius amor cupidam me húc prolicit per tenebras. 96^a-97

ubi ubi est, prope me est. éuax, habeo! 97^a

salue, anime mi, Liberi lepos.

5 ut ueteri' uetu' tui cupida sum! 98^a

nam omnium unguentum odor prae tuo nautea est,

tu mihi stacta, tu cinnamum, tu rosa, 100

tu crocinum et casia es, tu telinum, 101-2

nam ubi tu profusu's, ibi ego me peruelim sepultam. 103-4

77 est leene *cod.*: *trai. Fleckeisen* 80 ubiubi *scripsi*: ubi *cod.*:
ubi (ego) *Guietus* 84 n. ferri *Bentley*: *fort. adferri n.* 90
aut *utrumque del. Muretus* 93 ut *del. Bentley, rhythmica causa*
98^a uetus tui (*vel tis*) *Spengel*: uetusti *cod.* 100 stacte *cod.*
(*cf. Most. 309 stacte pro stacta*) 102 telinum, *sup. scr. ptellium*
(*i. e. bdellium*), *cod.*

- 105 sed quom adhuc naso odos opsecutust meo, 10
 da uicissim meo gutturi gaudium.
 nil ago tecum : ubi est ipsus ? ipsum expeto
 tangere, inuergere in me liquores tuos,
 sine, ductim. sed hac abiit, hac persequar.
- 110 PH. sitit haec anu'. PA. quantillum sitit? PH. modica 15
 est, capit quadrantal.
- 110^a PA. pol ut praedicas, uindemia haec huic anu non satis est
 soli.
- 110^b canem esse hanc quidem magi' par fuit : sagax nasum habet.
 LE. amabo.
 quoa uox sonat procul ?
 PH. censeo hanc appellendam anum.
 adibo. redi et respice ad me, Leaena. 20
- 113^a LE. imperator quis est ?
 PH. uinipollens lepidus Liber,
 115 tibi qui screanti, siccae, semisomnae
 adfert potionem et sitim sedatum it.
 LE. quam longe a med abest ? PH. lumen hoc uide. 25
 LE. grandiozem gradum ergo fac ad me, opsecro.
 PH. salue. LE. egon salua sim, quae siti sicca sum ? PH. at
 119^a iam bibes. LE. diu fit.
 120 PH. em tibi, anus lepida.
 120^a LE. salue, oculissime homo.
 PA. age, ecfunde hoc cito in barathrum, propere prolue cloa- 30
 cam.
 PH. tace. nolo huic male dici. PA. faciám igitur male
 potius.
 LE. Venus, de paullo paullulum hic tibi dabo hau
 lubenter.

107 es *Buecheler* 108 suos *Ital.* 109 sine *cod.* *Prisciani* 2,
 75 : sino *cod.* 110 anus haec sitit *cod. Festi* 258 110^a haec
del. Leo, qui anui (ita cod.) n. sat est mavult 110, 110^a *post v. 98^a*
posuit Buecheler : post 104 Acidalius 110^b *vel mage* 113 *lena*
cod. 114 *vel uini pollens (anap.)* 116 sitim (iam) *Buecheler,*
ut fiat integer tetram. 122 *fort. faciamne* 123 hoc *edd.*

- nam tibi amántes propitiantes uinum dant potantes
omnes, mihi hau saepe [e]ueniunt tales hereditates. 125
- 35 PA. hoc uide ut ingurgitat inpura in se merum auariter, 126-7
faucibu' plenis.
- PH. perii hercle ! huic quid primum dicam nescio. PA. em 128-9
istuc, quod mihi dixti.
- PH. quid id est? PA. periisse ut te dicas. PH. male tibi 130
di faciant ! PA. dic isti.
- LE. ah ! PA. quid est? ecquid lubet? LE. lubet. PA.
etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te.
- PH. tace. PA. noli, taceo. écce autem bibit arcus, pluet 131^a
credo hercle hodie.
- 40 PH. iamne ego huic díco? PA. quid dices? PH. me
periisse. PA. age dice. PH. anus, audi.
hoc uolo scire te : perditus sum miser.
- LE. at pol ego oppido seruata.
sed quid est? quid lubet perditum dicere 135
te esse? PH. quia id quod amo careo.
- 45 LE. Phaedrome mi, ne plora, amabo.
tu me curato ne sitiam, ego tibi quod amas iam huc ad-
ducam.—
- PH. tibine ego, si fidem seruas mecum, uineam pro aurea
statua statuam,
quae tuo gutturi sit monumentum. 140
- qui me in terra aequae fortunatus erit, si illa ad me bitet,
50 Palinure? PA. edepol qui amát, si egét, adfcitur misera
aerumna.
- PH. non ita res est, nam confido parasitum hodie aduenturum
cum argento ad me. PA. magnum inceptas, si id éxspectas
quod nusquamst.

124 propitiantes *Bothe*: propinantes *cod.* propit. amantes *Fleckeisen*
pot. dant *cod.*: *trai. Fleckeisen*: p. danunt *edd.* 125 homines *et in*
mg. 'vel omnes' *cod.* ueniunt *scripsi, ne anapaestus claudat hemi-*
stichium: euenunt *Fleckeisen, dubia forma* 132 *vel huic* 135 *vel*
quod l. (*PE*) 142 *emat cod. (amat J)* mis. *adf. cod.*: *trai. Goetz*:
mis. *adfligitur Skutsch (Rhein. Mus. 54, 483)* (ere) aer. *Buecheler*

145 PH. quid si adeam ad fores atque occentem? PA. si lubet,
neque uóto neque iubeo,
quando ego te uideo immutatis moribus esse, ere, atque
ingenio.

PH. pessuli, heus pessuli, uos saluto lubens, 55
uos amo, uos uolo, uos peto atque opsecro,
gerite amanti mihi morem, amoenissimi,
150 fite caussa mea ludii barbari,
sussilite, opsecro, et mittite istanc foras
quae mihi misero amanti ebibit sanguinem. 60
hoc uide ut dormiunt pessuli pessumi
nec mea gratia commouent se ocius!
155 re spicio nihili meam uos gratiam facere.
sed tace, tace! PA. taceo hercle equidem. PH. sentio sonitum.
tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt. 65

LEAENA PALINVRVS PLANESIUM iii
PHAEDROMVS

LE. Placide egredere et sonitum prohibe forium et crepitum
cardinum,
ne quae hic agimus eru' percipiat fieri, mea Planesium.
160 mane, suffundam aquolam. PA. uiden út anús tremula
medicinam facit?
eapsemerum condidicit bibere, foribus dat aquam quam bibant.
PL. ubi tu's qui me conuadatu's Veneriis uadimoniis? 5
sisto ego tibi me et mihi contra itidem ut sistas suadeo.
PH. adsum; nam si apsim, hau recusem quin mihi male
sit, mel meum.
165 PL. anime mi, procul <a me> amantem abesse hau con-
sentaneumst.

150 ludii *Saraccnus*: ludi *cod.* (*i.e.* lydii) 155 *vel* specio 156
st *Muretus* (i. 8, p. 27) equidem *Fleckeisen*: quidem *cod.* 158
forum *cod.* 159 quae] quod *PBD* 161 aquam *suspectum*
163 <tu te> ut *Fleckeisen*, sed ego tibi placet: <te> ut *Ital.* 165 a
me *add. Mueller (Rhein. Mus. 54, 388)* mi <me> *Ital.*

- PH. Palinure, Palinure ! PA. eloquere, quid est quod Palinurum uoces ?
- 10 PH. est lepida. PA. nimi' lepida. PH. sum deus. PA. immo homo hau magni preti.
- PH. quid uidisti aut quid uidebis magi' dis aequiparabile ?
- PA. male ualere te, quod mi aegrest. PH. male mi morigeru's, tace.
- PA. ipsu' se excrúciat qui homo quod amat uidet nec 170 potitur dum licet.
- PH. recte obiurgat. sane hau quicquamst magi' quod cupiam iam diu.
- 15 PL. tene me, amplectere ergo. PH. hoc etiam est quam ob rem cupiam uiuere. quia te prohibet eru', clam [ero] potior. PL. prohibet? nec prohibere quit nec prohibebit, nisi mors meum animum aps te abalienauerit.
- PA. enim uero nequeo durare quin ego erum accusem meum : 175 nam bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est ;
- 20 uerum totum insanum amare, hóc est—quod meus eru' facit.
- PH. sibi sua habeant regna reges, sibi diuitias diuites, sibi honores, sibi uirtutes, sibi pugnas, sibi proelia : dum mi apstineant inuidere, sibi quisque habeant quod 180 suum est.
- PA. quid tu ? Venerin peruigilare te uouisti, Phaedrome ?
- 25 nam hoc quidem edepol hau multo post luce lucebit. PH. tace.
- PA. quid, taceam ? quin tu is dormitum ? PH. dormio, ne occlamites.
- PA. tuquidem uigilas. PH. at meo móre dormio : hic somnust mihi.
- PA. heus tu, mulier, male mereri de inmerente incitia est. 185

168, 171 *vel* *mage* 171 iam *Gulielmius* : tam *cod.* 173 clam
 ero *po. cod.* : ero *del. Guietus, metri causa, neque ablatiuus casus*
ferendus 178 *Lactantius div. inst.* 5, 12, 11 sua sibi habeant
 regna reges, suas diuitias diuites (ut loquitur Plautus)

- PL. irascere, si te edentem hic a cibo abigat. PA. ilicet!
 pariter hos perire amando uideo, uterque insaniunt. 30
 uiden ut misere moliuntur? nequeunt complecti satis.
 etiam dispertimini? PL. nulli est homini perpetuom bonum :
 190 iam huic uoluptati hoc adiunctumst odium. PA. quid ais,
 propudium?
 tun etiam cum noctuinis oculis 'odium' me uocas?
 ebiola persolla, nugae. PH. tun meam Vénerem uituperas? 35
 quod quidem mihi polluctus uirgis seruos sermonem serat?
 at ne tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo.
 195 em tibi male dictis pro istis, dictis moderari ut queas.
 PA. tuam fidem, Venu' noctuuigila! PH. pergin etiam,
 uerbero?
 PL. noli, amabo, uerberare lapidem, ne perdas manum. 40
 PA. flagitium probrumque magnum, Phaedrome, expergefacis:
 bene monstrantem pugnis caedis, hanc amas, nugas meras.
 200 hoccine fieri, ut inmodestis hic te moderes moribus?
 PH. auro contra cedo modestum amatorem : a me aurum
 accipe.
 PA. cedo mihi contra aurichalco quof ego sano seruiam. 45
 PL. bene uale, ocule mi, nam sonitum et crepitum clau-
 strorum audio,
 aeditumum | aperire fanum. quo usque, quaeso, ad hunc
 modum
 205 inter nos amore utemur semper surrupticio?
 PH. minime, nam parasitum misi nudiusquartus Cariam
 petere argentum, is hodie hic aderit. PL. nimium con- 50
 sultas diu.

189 -tīmini in tertio pede vix ferendum nullum Leo homini est
 (-nist) *Ussing* 192 ebiola's *Goetz* : cui ébriola displicet persole
 (i. e. persollae) *PBD* 193 Quem *Lambinus* Quid? istum mihi
Goetz 198 magnum flagitium probrumque *PE* 200 hic] fort.
 sic modereris *cod.* haud modereris *Langen* : te hic m. *Camerarius*
 204 aeditumumne *Boscher* (iam) ap. fauum! *Seyffert* (*Berl. Phil.*
Woch. 1896, p. 846) 205 utimur *cod.* (pro utemur? i. 3)

PH. ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum numquam
sinam

in domo esse istac, quin ego te liberalem liberem.

PL. facito ut memineris. tene etiam, priu' quam hinc abeo, 210
saiium.

PH. siquidem hercle mihi regnum detur, numquam id potius
persequar.

55 quando ego te uidebo? PL. ém istoc uerbo uindictam para :
sí amas, eme, ne rogites, facito ut pretio peruincas tuo.

bene uale.—PH. iamne ego relinquer? pulchre, Palinure,
occidi.

PA. egoquidem, qui et uapulando et somno pereo. PH. 215
sequere me.—

ACTVS II

II. i

CAPPADOX PALINVRVS

CA. Migrare certumst iam nunc e fano foras,
quando Aesculapi ita sentio sententiam
ut qui me nihili faciat nec saluom uelit.
ualetudo decrescit, adcrecit labor ;

5 nam iam quasi zona liene cinctus ambulo, 220
geminos in uentre habere uideor filios.
nil metuo nisi ne medius dirrumpar miser.

PA. si recte facias, Phaedrome, auscultes mihi
atque istam exturbes ex animo aegritudinem.

10 paues parasitus quia non rediit Caria : 225
adferre argentum credo ; nam si non ferat,
tormento non retineri potuit ferreo
quin reciperet se huc essum ad praesepem suam.

CA. quis hic est qui loquitur? PA. quoisiam uocem ego audio?

228 suam *testantur Charisius 59, Nonius 218* : suum *cod.*

- 230 CA. estne hic Palinurus Phaedromi? PA. quis hic est homo 15
cum conlatiuo uentre atque oculis herbeis?
de forma noui, de colore non queo
nouisse. iam iam noui: leno est Cappadox.
congre diar. CA. salue, Palinure. PA. o scelerum caput,
235 salueto. quid agis? CA. uiuo. PA. nempe ut dignus es? 20
sed quid tibi est? CA. lien énicat, renes dolent,
pulmones distrahuntur, cruciatur iecur,
radices cordis pereunt, hiraé omnes dolent.
PA. tum te igitur morbus agitat hepaticiarius.
240 CA. facile est miserum inridere. PA. quin tu aliquot dies 25
perdura, dum intestina exputescunt tibi,
nunc dum salsura sat bonast: si id feceris,
uenire poteris intestinis uilius.
CA. lien dírectust. PA. ambula, id lieni óptimumst.
245 CA. aufer istaec, quaeso, atque hoc responde quod rogo. 30
potin cóniecturam facere, si narrem tibi
hac nocte quod ego somniaui dormiens?
PA. uah! solus hic homost qui sciat diuinitus.
quin coniectores a me consilium petunt:
250 quod eis respondi, ea omnes stant sententia. 35

COCVS PALINVRVS CAPPADOX ii
PHAEDROMVS

- Co. Palinure, quid stas? quin depromuntur mihi
quae opu' sunt, parasito ut sit paratum prandium
quom ueniat? PA. mane sis, dum huic conicio somnium.
Co. tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.
255 PA. fateor. Co. abi, déprome. PA. age tu interea huic 5
somnium
narra, meliorem quam ego sum suppono tibi.

230 esne *cod.* (estne *J*) 236 liene negat *cod.* *Varronis de L. L.* 7,
60: lien necat *cod.* 239 v. 244 post hunc posuit *Acidalius*. huic loco
Goetz ascribit verba *Sereni Sammonici* v. 425 'dulcia Plautus ait grandi
minus apta lieni' 242 salsura an saltura *incert. cod.* 244
dierectust *Camerarius*: dieructus *cod.* 253 ueniet *B ante corr.*

nam quod scio omne ex hoc scio. CA. operam ut det.

PA. dabit.—

CA. facit hic quod pauci, ut sit magistro | opsequens.

da mi igitur operam. Co. tam etsi non noui, dabo.

10 CA. hac nocte in somnis uisus sum uiderier 260

procul sedere longe a me Aesculapium,
neque eum ad me adire neque me magni pendere
uisumst. Co. item alios deos facturos scilicet :
sane illi inter se congruunt concorditer.

15 nihil est mirandum melius si nihil fit tibi, 265

namque incubare satius te fuerat Ioui,
qui tibi auxilio in iure iurando fuit.

CA. siquidem incubare uelint qui peiierauerint,
locu' non praeberi potis est in Capitolio.

20 Co. hoc animum aduerte : pacem ab Aesculapio 270

petas, ne forte tibi eueniat magnum malum,
quod in quiete tibi portentumst. CA. bene facis.
ibo atque orabo.—Co. quae res male uortat tibi!—

PA. pro di immortales, quem conspicio? quis illic est?

25 estne hic parasitus qui missust in Cariam? 275

heus Phaedrome, exi, éxi, éxi, inquam, ocius!

PH. quid istíc clamorem tollis? PA. parasitum tuom
uideo currentém ellum usque in platea ultima.
hinc auscultemus quid agat. PH. sane censeo.

iii CVRCVLIO PHAEDROMVS PALINVRVS

Cv. Date uiam mihi, noti [atque] ignoti, dúm ego hic 280
officium meum

257 *vel det? (interrogative)* 258 s. magistero *Leo: vix*
magistró sit *fort. ut magistróst opsequens!* 260 *tuerier*
Lambinus 'scripturae veteris obscura vestigia secutus' (an codicis T?):
uidere ego (?) *Leo* 265 sit *PE* 267 *auxilium B* 271 *vel*
fort' euenat Fleckeisen 274-6 *coquo continuat cod.* 274 *ante hunc*
v. scaenae initium perisse credit Fleckeisen quis *Pylades, Seyffert (Berl.*
Phil. Woch. 13, 278): qui cod. 276 *heus (exi) Camerarius* 277
quid *Ital. : qui cod.* 278 *uide occurrentem cod.* *eccillum Mueller,*
cui hiatus ante ellum displicet 280 *atque del. Bentley (cf. ad Aul. 784)*

facio : fugite omnes, abite et de uia secedite,
ne quem in cursu capite aut cubito aut pectore offendam
aut genu.

ita nunc subito, propere et celere obiectumst mihi negotium,
nec (usquam) quisquamst tām opulentus, qui mi opsistat 5
in uia,

285 nec strategus nec tyrannus quisquam nec agoranomus
nec demarchus nec comarchus nec cum tanta gloria,
quin cadat, quin capite sistat in uia de semita.
tum isti Graeci palliati, capite operto qui ambulat,
qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis, 10
290 constant, conferunt sermones inter sese drapetae,
opstant, opsistunt, incedunt cum suis sententiis,
quos semper uideas bibentes esse in thermopolio,
ubi quid surrupuere : operto capitulo calidum bibunt,
tristes atque ebrioli incedunt : eos ego si offendero, 15
295 ex unoquoque eorum crepitum éxciam polentarium.
tum isti qui ludunt datatim serui scurrarum in uia,
et datores et factores omnis subdam sub solum.
proin sese domi contineant, uitent infortunio.

PH. recte hic monstrat, si imperare possit. nam ita nunc 20
mos uiget,

300 ita nunc seruitiumst : profecto modus haberi non potest.

Cv. ecquis est qui mihi commostret Phaedromum genium
meum?

ita res subita est, celeriter mi hoc homine conuento est opus.

PA. té ille quaerit. PH. quid si adeamus? heus Curculio,
te uolo.

Cv. quis uocat? quis nominat me? PH. qui te conuentum 25
cupit.

281 decedite *Ritschl* 284 nec usquam q. *scripsi* : nusquam q.
Lange 288 istic *cod.* (iv. 4) 290 se *cod.* (cf. 298)
292 hermopolio *cod.* 294 egō (nunc) *Goetz* 295 extiam
crepitum *cod.* : *traí. Schoell* : excutiam cr. *Camerarius* 298 se *cod.*
(cf. 290) infortunio *Popma* : infortunia *cod.* (i. 9) 302 hoc
del. Fleckeisen (iv. 3) : eo *Brix*

- Cv. hau magis cupis quam ego te cupio. PH. o mea 305
 opportunitas,
 Curculio exoptate, salue. Cv. salue. PH. saluom gaudeo
 te aduenire. cedo tuam mi dexteram. ubi sunt spes meae?
 eloquere, opsecro hercle. Cv. eloquere, té opsecró, ubi
 sunt meae?
- 30 PH. quid tibist? Cv. tenebrae oboriuntur, genua inedia
 succidunt.
 PH. lassitudine hercle credo. Cv. retine, retine me, opsecro. 310
 PH. uiden ut expálluit? datin isti sellam, ubi adsidat, cito
 et aqalem cum aqua? properatin ocius? Cv. animo
 male est.
 PA. uin aquam? Cv. si frustulenta est, da, opsecro hercle,
 opsorbeam.
- 35 PA. uae capiti tuo! Cv. opsecro hercle, facite uentum ut
 gaudeam.
 PA. maxume. Cv. quid facitis, quaeso? PA. uentum. 315
 Cv. nolo equidem mihi
 fieri uentulum. PH. quid igitur [uis]? Cv. esse, ut uentum
 gaudeam.
 PA. Iuppiter te dique perdant! Cv. perii, prospicio parum,
 gramarum habeo dentes plenos, lippiunt fauces fame,
 40 ita cibi uaciuitate uenio lassis lactibus.
 PH. iám edes aliquid. Cv. nolo hercle aliquid: certum 320
 quam aliquid mauolo.
 PA. immo si scias reliquiae quae sint! Cv. scire nimi'
 lubet
 ubi sient, nam illis conuentis sane opus est meis dentibus.
 PH. pernam, abdomen, sumen suis, glandium—Cv. ain tu
 omnia haec?

305 magi' <me> *Fleckeisen* 308 te obsecro <hercle> *Bothe*
 311 uide ut *Pylades* palluit *V*, *usitatio* forma 316 fort. uent.
 fieri, nam uentulum non ferendum uis del. *Bentley* 318 gramarum
Buecheler: os amarum cod. (*O pro G*, s. *pro r*) 323 sueris *Scaliger*,
 cui suis displicet vel ain

in carnario fortasse dicis. PH. immo in lancibus, 45
 325 quae tibi sunt parata, postquam scimus uenturum. Cv. uide
 ne me ludas. PH. ita me amabit quám ego amo ut ego
 hau mentior.
 sed quod te misi, nihilo sum certior. Cv. nihil attuli.
 PH. perdidisti me. Cv. inuenire possum, si mi operam datis.
 postquam tuo iussu profectus sum, perueni in Cariam, 50
 330 uideo tuom sodalem, argenti rogo uti faciat copiam.
 scires uelle gratiam tuam, nóluit frustrarier,
 ut decet uelle hominem amicum amico atque opitularier :
 respondit mihi paucis uerbis, atque adeo fideliter,
 quod tibi est item sibi esse, magnam argenti—inopiam. 55
 335 PH. perdis me tuis díctis. Cv. immo seruo et seruatum uolo.
 postquam mihi responsumst, abeo ab illo maestus ad forum
 med illo frustra aduenisse. forte aspicio militem.
 adgredior hominem, saluto adueniens. ‘salue’ inquit mihi,
 prendit dexteram, seducit, rogat quid ueniam Cariam ; 60
 340 dico me illo aduenisse animi caussa. ibi me interrogat,
 ecquem in Epidauro Lyconem tarpezitam nouerim.
 dico me nouisse. ‘quid? lenonem Cappadocem?’ adnuo
 uisitasse. ‘sed quid eum uis?’ ‘quia de illo emi uirginem
 triginta minis, uestem, aurum ; et pro is decem eó accedunt 65
 minae.’
 345 ‘dedisti tu argentum?’ inquam. ‘immo ápud tarpezitam
 situm est
 illum quem dixi Lyconem, atque ei mandauí, qui anulo
 meo tabellas opsignatas attulisset, ut daret
 operam ut mulierem a lenone cum auro et ueste abduceret.’

325 scimus *PBD* 327 quod *Guietus* : quo *cod.* 328 possim
PE 334 idem *Niemoeller* (PH. quid? Cv.) magnam *Mueller*, cui
hiatus ante inopiam (παρὰ προσδοκ., pro copiam) *displicet* 337 *post*
hunc versum intercidisse certiore militis denotationem credit Seyffert
 339 *prehendit dextram cod. (i. e. praeh-?)* 344 *eo accedunt (?)*
Guietus : *coaccedunt cod.* 345 *dedistin Fleckeisen*, cui *dedisti-tu*
non placet immo (inquit) *Pylades*

- 70 postquam hoc mihi narrauit, abeo ab illo. reuocat me ilico,
uocat me ad cenam ; religio fuit, dénégare nolui. 350
‘quid si abeamus, [ac] decumbamus?’ inquit. consilium
placet :
‘neque diem decet démorari, neque nocti nocerier.’
‘omnis res paratast.’ ‘et nos, quibu’ paratum est, adsumus.’
- 75 postquam cenati atque adpoti, talos pascit sibi in manum,
prouocat me in aleam, ut ego ludam : pono pallium ; 355
ille suom anulum opposuit, inuocat Planesium.
PH. meosne amores? Cv. tace parumper. iacit uolturios
quattuor.
talos arripio, inuoco almam meam nutricem | Herculem,
80 iacto basilicum ; propino magnum poclum : ille ebibit,
caput deponit, condormiscit. ego ei subduco anulum, 360
deduco pedes de lecto clam, ne miles sentiat.
rogant me serui quó eam : dico me ire quo saturi solent.
ostium ubi conspexi, exinde me ilico protinam dedi.
- 85 PH. laudo. Cv. laudato quando illud quod cupis ecfecero.
eamus nunc intro ut tabellas consignemus. PH. num moror? 365
Cv. atque aliquid prius opstrudamus, pernam, sumen,
glandium.
haec sunt uentris stabilimenta, pane et assa bubula,
poculum grande, aula magna, ut sati’ consilia suppetant.
90 tu tabellas consignato, híc ministrábit, égo edam.
dicam quem ad modum conscribas. sequere me hac intro. 370
PH. sequor.—

351 abeamus *Brant* : adeamus *cod.* ac *del. Reiz* (*cf. ad Aul.* 784)
352 demorari *scripsi favente assonatione* : me morari *cod.* : morari
Scaliger 353 paratas *cod.* et. . . ads. *militi continuant alii* 356
amiculum Leo 358 nutricem meam *Pylades* 363 prospexi *cod.*
Nonii 376 *vel exin il. in protenam Nonius ut vid.* 364 *lacunam*
ante (Goetz post) hunc versum indicavit Brix 367 uentris *codd.*
Nonii 218 : uentri *cod.* pane *codd. Nonii, Charisii* 90, *neutrum genus*
testantium : panem *cod.* 368 poclum grande (et) *Fleckeisen*

ACTVS III

LYCO CVRCVLIO CAPPADOX

III. i

- LV. Beatus uideor : subdixi ratiunculam,
 quantum aeris mihi sit quantumque alieni siet :
 diues sum, si non reddo eis quibu' debeo ;
 si reddo illis quibu' debeo, plus talienit est.
 375 uerum hercle uero quom belle recogito, 5
 si magi' me instabunt, ad praetorem sufferam.
 habent hunc morem plerique argentarii
 ut alius alium poscant, reddant nemini,
 pugnis rem soluant, si quis poscat clarius.
 380 qui homo mature quaesiuit pecuniam, 10
 nisi eam mature parsit, mature essurit.
 cupio aliquem (mi) emere puerum qui usurarius
 nunc mihi quaeratur. usus est pecunia.
 Cv. nil tu me saturum monueris. memini et scio.
 385 ego hoc efectum lepide tibi tradam. tace. 15
 edepol ne ego hic med intus expleui probe,
 et quidem reliqui in uentre cellae uni locum,
 ubi réliquiarum reliquias reconderem.
 quis hic est operto capite qui Aesculapium
 390 salutat ? attat, quem quaerebam ! sequere me. 20
 simulabo quasi non nouerim. heus tu, te uolo !
 Lv. unocule, salue. Cv. quaeso, deridesne me ?
 Lv. de Coculitum prosapia te esse arbitror,
 nam i sunt unoculi. Cv. catapulta hoc ictum est mihi
 395 apud Sicyonem. Lv. nam quid id refert mea, 25
 an aula quassa cum cinere ecfossus siet ?

374 *versum delevit Bothe* fort. alieni ampliust 376 *vel mage*
 377-9 *secl. Leo* 380 *vel quaesiit* 382 *mi add. Fleckeisen* 386
vel me (ita cod.) 387 *quidem Camerarius : equidem cod.* 389 *qui*
operto capite cod. : trai. Bothe 392 *une oculi cod.* 393 *coclitum*
cod. 396 *vel anne* cum cin.] an cucumere *Palmer (Hermath.*
 9, 68)

- Cv. superstitiosus hicquidem est, uera praedicat ;
 nam | illaec catapultae ad me crebro commeant.
 adulescens, ob rem publicam hoc intus mihi
 30 quod insigne habeo, quaeso ne me incomities. 400
 Ly. licetne inforare, si incómitiare non licet ?
 Cv. non inforabis me quidem, nec mihi placet
 tuom profecto nec forum nec comitium.
 sed hunc quem quaero commostrare si potes,
 35 inibis a me solidam et grandem gratiam. 405
 Lyconem quaero tarpezitam. Ly. dic mihi,
 quid eum nunc quaeris? aut quoiati's? Cv. eloquar.
 ab Therapontigono Platagidoro milite.
 Ly. noui edepol nomen, nam mihi istoc nomine,
 40 dum scribo, expleui totas ceras quattuor. 410
 sed quid Lyconem quaeris? Cv. mandatumst mihi
 ut has tabellas ad eum ferrem. Ly. quis tu homo's?
 Cv. libertus illius, quem omnes Summanum uocant.
 Ly. Summane, salue. qui Summanu's? fac sciam.
 45 Cv. quia uestimenta, ubi obdórmui ebrius, 415
 summano, ob eam rem me omnes Summanum uocant.
 Ly. alibi te meliust quaerere hospitium tibi :
 apud mé profecto nihil est Summano loci.
 sed istúm quem quaeris ego sum. -Cv. quaeso, tune is es,
 50 Lyco tarpezita? Ly. ego sum. Cv. multam me tibi 420
 salutem iussit Therapontigonus dicere,
 et has tabellas dare me iussit. Ly. mihin? Cv. ita.
 cape, signum nosce. nostin? Ly. quidni nouerim?
 clupeatus elephantum ubi machaera diligit.
 55 Cv. quod isti scriptum est, id te orare iusserat 425
 profecto ut faceres, suam si uelles gratiam.

398 fort. ad mé cat. 401 non] haud *Bothe, rhythmica causa*
 402 placet *Hermolaus* : placens *cod. (vix pro placenst) (sed cf. Cist.*
 642) 407 vel quoiate's 412 ferret *cod. ut vid. (-em J)*
 414 summanes *sa. cod.* 415 fort. <ubi> ubi: <mea>ubi *Fleckeisen, cui*
hiatus in pausa displicet 424 tibi *PE* diligit *testatur Nonius*
 290 : *dessicit cod. (i. e. dissicit)*

Ly. concede, inspiciam quid sit scriptum. Cv. maxume,
tuo arbitrato, dum auferam aps te id quod peto.

Ly. 'miles Lyconi | in Epidauro | hospiti

430 suo Thérápontigonus Platagidorus plurumam 60

salutem dicit.' Cv. meus hic est, hamum uorat.

Ly. 'tecum oro et quaeso, qui has tabellas adferet
tibi, ut ei detur quam istic emi uirginem,
quod te praesente isti egi teque interprete,

435 et aurum et uestem. iam scis ut conuenerit : 65

argentum des lenoni, huic des uirginem.'

ubi ipse? quare non uenit? Cv. ego dicam tibi :

quia nudiusquartus uenimus in Cariam
ex India ; ibi nunc statuam uolt dare auream

440 solidam faciendam ex auro Philippo, quae siet 70

septempedalis, factis monumentum suis.

Ly. quam ob rem istuc? Cv. dicam. quia enim Persas,
Paphlagonas,

Sinopas, Arabes, Caras, Cretanos, Syros,

Rhodium atque Lyciam, Perediam et Perbibesiam,

445 Centauromachiam et Classiam Vnomammiam, 75

Libyamque oram (omnem,) omnem Conterebromniam,

dimidiam partem nationum usque omnium

subegit solus intra uiginti dies.

Ly. uah ! Cv. quid mirare? Ly. quia enim in cauea si
forent

450 conclusi, itidem ut pulli gallinacei, 80

ita non potuere uno anno circumirier.

credo hercle te esse ab illo, nam ita nugas blatis.

428 auferam *Ital.* : adferam *cod.* 429 (hospes) hospiti *Fleckeisen*
436 vel huic is huic det *Mueller* 437 uix ipsust 438
uenimus *suspectum* aduenimus Cariam *Goetz* 440 philippeo
cod. 443 cretatos Syros *Kiessling, scil. τοὺς Λευκοσίπους* 444
Perediam et Bibesiam *Festus 214* : perreh diam et per heblesiam *cod.*
446 omnem *addidi* (et o. *Schoell*) 448 intra *Ital.* : interea *cod.*
450 conclusi (illi) *Fleckeisen, cui hiatus in pausa displicet* 452 vel
illoc nam *del. Langen*

- Cv. immo etiam porro, si uis, dicam. Ly. nil moror.
sequere hac, te apsoluam qua aduenisti gratia.
- 85 atque eccum uideo. leno, salue. CA. di te ament. 455
Ly. quid hoc quod ad te uenio? CA. dicas quid uelis.
Ly. argentum accipias, cum illo mittas uirginem.
CA. quid quod iuratus sum? Ly. quid id refert tua,
dum argentum accipias? CA. qui monet quasi adiuuat. 459-60
90 sequimini. Cv. leno, caue | in te sit mora mihi.—

ACTVS IV

IV. i

CHORAGVS

- CH. Edepol nugatorem lepidum lepide hunc nanctust Phae-
dromus.
halophantam an sycophantam mágis esse dícam nescio.
ornamenta quae locaui metuo ut possim recipere ;
quamquam cum istoc mihi negoti nihil est: ipsi Phae- 465
dromo
5 credidi ; tamen adseruabo. sed dum hic egreditur foras
commostrabo quó in quemque hominem facile inueniatis
loco,
ne nimio operè sumat operam si quem conuentum uelit,
uel uitiosum uel sine uitio, uel probum uel improbum.
qui peiurum conuenire uolt hominem ito in comitium ; 470
10 qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinae sacrum,
dites, damnosos maritos sub basilica quaerito.
ibidem erunt scorta exoleta quique stipulari solent ;
symbolarum conlatores apud forum piscarium.
in foro infumo boni homines atque dites ambulat ; 475

454 ted *cod.* 455 sqq. *finem scaenae a retractatore in breuius contractum esse credit Goetz* 461 morari mihi *PE* caue mihi in te sit mora *Redslob* 463 halophantamne *Guietus* magis esse *codd. Nonii* 120: hunc magis hoc esse *cod.* vel mage 464 ut *Ald.* : huad (*B*) vel haud (*PE*) *cod.* 470 ito *Gruterus* : mitto *cod.*

- in medio propter canalem, ibi ostentatores meri ; 15
 confidentes garrulique et maliuoli supra lacum,
 qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam
 et qui ipsi sat habent quod in se possit uere dicier.
 480 sub ueteribus, ibi sunt qui dant quique accipiunt faenore.
 pone aedem Castoris, ibi sunt subito quibu' credas male. 20
 in Tusco uico, ibi sunt homines qui ipsi sese uenditant.
 in Velabro uel pistorem uel lanium uel haruspicem
 uel qui ipsi uortant uel qui aliis ubi uorsentur praebeant.
 485 [dites, damnosos maritos apud Leucadium | Oppiam.]
 sed interim fores crepuere : linguae moderandum est mihi. — 25

CVRCVLIO CAPPADOX LYCO ii

- Cv. I tu prod', uirgo : non queo quod pone me est seruare.
 et aurum et uestem omnem suam esse aiebat quam haec
 haberet.
 CA. nemo it infitias. Cv. at tamen meliusculum est monere.
 490 Lv. memento promisisse te, si quisquam hanc liberali
 caussa manu adsereret, mihi omne argentum redditum eiri, 5
 minas triginta. CA. meminero, de istoc quietus esto.
 et nunc idem dico. Cv. tet† commemoris ego haec
 uolam te.
 CA. memini, et mancupio tibi dabó. Cv. egon ab lenone
 quicquam
 495 mancupio accipiam, quibu' sui nihil est nisi una lingua
 qui abiurant si quid creditum est? alienos mancupatis, 10
 alienos manu emittitis alienisque imperatis,

477 supra *Leo*, metro consulens, quae forma vix ferenda est si est haec
 scaena *Plautina* 483 post hunc versum intercidisse aliquid (ab inven-
 incipiens?) videtur 484 uorsant *Lipsius* aliis ubi uorsentur *Ussing*
 (ut *Lipsius*): alii subuersentur *cod.* 485 (cf. 472) *secl. Camera-*
rius (ii. 6) 487 *Ei cod. (antiqua forma)* proae (a pro d) *PBD* (prae
J) 488 quam *Taubmann*: cuiquam *cod.* 491 eiri *Ussing*: firi *cod.*
 (F pro E) 493 et quidem mem. *Leo*: {tibi}. Cv. et comm. *Bossher*:
 et ibi quom mem. *Abraham* 495 accipiam *Pius*: occipiam *cod.*
 496 siqui *cod.* (siquid *J*) 497 emittitis *Kampmann*: mittitis *cod.*

- nec uobis auctor ullus est nec uosmet estis ulli.
 item genus est lenonium inter homines meo quidem animo
 ut muscae, culices, cimices pedesque pulicesque : 500
- 15 odio et malo et molestiae, bono usui estis nulli,
 nec uobiscum quisquam in foro frugi consistere audet ;
 qui constitit, culpant eum, conspicitur, uituperatur,
 eum rém fidemque perderé, tam etsi nil fecit, aiunt.
 LY. edepol lenones meo animo nouisti, lusce, lepide. 505
- 20 CV. eodem hércle uos pono et paro : parissumi estis hibus :
 hi saltem in occultis locis prostant, uos in foro ipso ;
 uos faenóri, hi male suadendo et lustris lacerant homines.
 rogationes plurumas propter uos populus sciuit,
 quas uos rogatas rumpitis : aliquam reperitis rimam ; 510
- 25 quasi aquam feruentem frigidam esse, ita uos putatis leges.
 LY. tacuisse mauellem. CA. hau male meditate male-
 dicax es.
 CV. indignis si male dicitur, male dictum id esse dico,
 uerum si dignis dicitur, bene dictumst meo quidem animo.
 ego mancupem te nil moror nec lenonem alium quemquam. 515
- 30 Lyco, numquid uis? LY. bene uale. CV. uale. CA. heus
 tu ! tibi ego dico.
 CV. eloquere, quid uis? CA. quaeso ut hanc cures bene
 siet isti.
 bene ego istam eduxi meae domi et pudice. CV. si huius
 miseret,
 ecquid das qui bene sit? CA. malum. CV. tibi opust [hoc]
 qui te procures.
 CA. quid stulta ploras? ne time, bene hercle uendidi ego te ; 520
- 35 fac sis bonae frugi sies, sequere istum bella belle.

500 cimices *cod. Festi* 210 : *om. cod.* (iii. 11) 507 His *B*
(in archetypo erat his altem; ita V) uoro *cod.* (v. 10) (foro *J*)
 508 *vix* suadendo homines *ante hi colloc. Ussing* 513 duco
Lambinus 517 sit *cod.* : <ei> sit *Mueller (Rhein. Mus. 54, 389)*
 benē *non ferendum* . <ut> bene *Pylades* 519 hoc *del. Pylades*

LY. Summane, numquid nunciam me uis? CV. uale atque
salue,

nam ét operam et pecuniam benigne praeuisti.

LY. salutem multam dicito patrono. CV. nuntiabo.—

525 LY. numquid uis, leno? CA. istas minas decem, qui me
procurem,

dum melius sit mi, des. LY. dabuntur, cras peti iubeto.— 40

CA. quando bene gessi rem, uolo hic in fano supplicare.

nam illam minis olim decem puellam paruolam emi,

sed eum qui mihi illam uendidit numquam postilla uidi;

530 periisse credo. quid id mea refert? ego argentum habeo.

quoi hómini di sunt propitii, lucrum ei profecto obiciunt. 45

nunc rei diuinae operam dabo. certumst bene me curare.—

THERAPONTIGONVS LYCO iii

TH. Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia,
sed eapse illa qua excidionem facere condidici oppidis.

535 nunc nisi tu mihi propere properas dare iam triginta minas,
quas ego apud te deposiui, uitam propera ponere.

LY. non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio, 5
sed eopse illo quo mactare soleo quoi nil debeo.

TH. ne te mihi facias ferocem aut supplicare censeas.

540 LY. nec tu me quidem umquam subiges redditum ut
reddam tibi,

nec daturus súm. TH. idem ego istuc quom credebam
credidi,

te nihil esse redditurum. LY. quur nunc a me igitur petis? 10

TH. scire uolo quoi reddidisti. LY. lusco liberto tuo,
is Summanum se uocari dixit, ei reddidi.

545 qui has tabellas opsignatas attulit, quas tu mihi—

TH. quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias?

523 operam <mi> *Pylades* 529 uendidit illam *cod. : trai.*
Taubmann 534 *fort. eapsa (cf. ad 538)* 538 *eopso cod., fort.*
recte 539 *an s. censeas? Bosscher* 542 *quur cod.* 545 TH.
quas *cod.* mihi *Camerarius* : mihi tabellas *cod.* 546 *lusc. lib.]*
parasitos luscos *Donatus ad Adelph. 5, 7, 9 (neglegens citatio)*

- 15 nec mihi quidem libertus ullust. LY. faci' sapientius
 quam pars lenonum, libertos qui habent et eos deserunt.
 TH. quid nunc? LY. quod mandasti feci, tui honoris gratia,
 tuom qui signum ad me attulisset, nuntium ne spernerem. 550
 TH. stultior stulto fuisti qui is tabellis crederes.
 20 LY. quis res publica et priuata geritur, nonne is crederem?
 ego abeo, tibi res solutast recte. bellator, uale.
 TH. quid, ualeam? LY. at tu aegrota aetatem, si lubet, per
 me quidem.—
 TH. quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse regibus 555
 ut mi oboedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit?

iv CAPPADOX THERAPONTIGONVS

- CA. Quoí homini di sunt propitii, ei non esse iratos puto.
 postquam rem diuinam feci, uenit in mentem mihi,
 ne tarpezita exulatum abierit, argentum ut petam,
 ut ego potius comedim quam ille. TH. iusseram saluere te. 560
 5 CA. Therapontigone Platagidore, salue; saluos quom aduenis
 in Epidaurum, hic hodie apud me—numquam delinges salem.
 TH. bene uocas, uerum locata res est—ut male sit tibi.
 sed quid agit meum mercimonium apud te? CA. nil apud
 me quidem,
 ne facias testis, neque equidem debeo quicquam. TH. 565
 quid est?
 10 CA. quod fui iuratus, feci. TH. reddin an non uirginem,
 priu' quam te huic meae machaerae óbicio, mastigia?
 CA. uapulare ego te uehementer iubeo: ne me territes.
 illa abductast, tu auferere hinc a me, si perges mihi

548 pars lãtronum *Dousa* 549 Quid nunc (?) *Goetz*: Quid feci
cod. (fecisti *J*¹ ut *vid.*), qui totum versum *Lycou* dare *vid.* (v. 1) feci
alt. del. Pylades gratiam *cod.* (pro grã?) 551 is *del. Ussing*
 553 solutas *cod.* 554 at] aut *J* (et *fort. PE*) aetatem in *fine*
versus in cod. (ii. 4): *corr. Redslob* lubet *Camerarius*: uiuet *cod.*
 (v. 12, p. 75) 563 locata *Fleckeisen*: uocata *cod.* (? pro uocata—res est
 ut, etc.) 564 *fort.* apud te mer. — 566 uirginem] mulierem *Festus*
 372 568 uapula ergo te *cod. Festi* 375 iubeo *Festus*: iubebo *cod.*

- 570 male loqui, profecto, quof ego nisi malum nil debeo.
 TH. mihin malum minitare? CA. atque edepol non minita- 15
 bor, sed dabo,
 si perges molestus esse. TH. leno minitatur mihi,
 meaeque pugnae proeliare plurumae opritae iacent?
 at ita me machaera et clupeus * * * (meus)
- 575 bene iuuent pugnantem in acie: nisi mi uirgo redditur,
 iam ego te faciam ut hic formicae frustillatim differant. 20
 CA. at ita me uolsellae, pecten, speculum, calamistrum meum
 bene me amassint meaque axitia linteumque extersui,
 ut ego tua magnifica uerba neque istas tuas magnas minas
- 580 non pluris facio quam ancillam meam quae latrinam lauat.
 ego illam reddidi qui argentum a te attulit. TH. quis is 25
 est homo?
 CA. tuom libertum sese aiebat esse Summanum. TH. meum?
 attat! Curculio hercle uerba mihi dedit, quom cogito.
 is mihi anulum surrupuit. CA. perdidistin tu anulum?
- 585 miles pulchre centuriatus est expuncto in manipulo.
 TH. ubi nunc Curculionem inueniam? CA. in tritico 30
 facillume,
 uel quingentos curculiones pro uno faxo reperias.
 ego abeo, uale atque salue.—TH. male uale, male sit tibi!
 quid ego faciam? maneam an abeam? sicin mihi esse os
 oblitum?
- 590 cupio dare mercedem qui illunc ubi sit commostret mihi.

ACTVS V

CVRCVLIO

V. i

Cv. Antiquom poetam audiui scripsisse in tragoedia
 mulieres duas peiores esse quam unam. res itast.

- 570 loqui *Ital.*: eloqui *cod.* 571 dabo *Mueller*: d. [mihi] *cod.*
 (ii. 5) 574 altera versus pars intercidit meus *supplevi* (iii. 11)
 577 me] meae *Bothe* 578 vel axicia extersui *Palmerius*:
 extersum *cod.* 580 eam *B^s* lauit *Seyffert* 582 esse aiebat
 sese *cod.*: *trai. Camerarius* 585 es *Pius* 589 sublitum *Ussing*

uerum mulierem peiorem quam haec amica est Phaedromi
non uidi neque audiui, neque pol dici nec fingi potest

5 peior [quam haec est]: quae ubi med hunc habere con- 595
spicatast anulum
rogat unde habeam. 'quid id tu quaeris?' 'quia mi quae-
sitost opus.'

nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.
uix foras me abripui atque ecfugi. apage istanc caniculam !

ii PLANESIVM PHAEDROMVS CVRCVLIO
THERAPONTIGONVS

PL. Phaedrome, propera. PH. quid properem? PL. para-
situm ne amiseris.

magna res est. Cv. nulla est mihi, nam quam habui ap- 600
sumpsi celeriter.

PH. teneo. quid negotist? PL. rogita unde istunc habeat
anulum.

pater istum meu' gestitauit. Cv. at mea—matertera.

5 PL. mater ei utendum dederat. Cv. pater uero is rusum
tibi.

PL. nugas garris. Cv. soleo, nam propter eas uiuo facilius.

PL. quid nunc? opsecro, parentes ne meos mihi prohibeas. 605

Cv. quid ego? sub gemmane apstruos habeo tuam matrem
et patrem?

PL. libera ego sum nata. Cv. et alii multi qui nunc
seruiunt.

10 PH. enim uero irascor. Cv. dixi equidem tibi unde ad me
hic peruenerit.

quotiens dicendum est? elusi militem, inquam, in alea.

594 neque] aut *Fleckeisen*, cui neque aūdiui *displicet* 595 quam
haec est *dcl. Pylades* (iv. 1) me *Leo* (cf. 454, 664) habere hunc
Taubmann 597 manum ⟨ea⟩ *Ritschl* 598 arripui *cod.* 600
an rest? PH. nulla *cod.* 601 PL. teneo. PH. quid *cod.* 602
gestitauit ⟨olim⟩ (?) *Leo*, cui mea in pausa *displicet* at ⟨pol⟩ *Pylades*
603 uero *scripsi*: uo *cod.* (pro uō, i. e. uero) (*Journ. Phil.* 26, 288)
pater tuos *Gruterus*: patruos eius (?) *Leo* mihi *Gruterus*, *nugarum*
nimis impatiens: *propius abesset* PL. tibi?

- 610 TH. saluos sum, eccum quem quaerebam. quid agis, bone uir? Cv. audio.
 si uis tribu' bolis uel in chlámydem. TH. quin tu is in malam crucem cum bolis, cum bullis? redde étiam argentum aut uirginem. Cv. quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu 15 uirginem me reposcis? TH. quam ab lenone ábduxti hodie, scelu' uiri.
- 615 Cv. nullam abduxi. TH. certe eccistam uideo. PH. uirgo haec libera est. TH. mean ancilla libera ut sit, quam ego numquam emisi manu? PH. quis tibi hanc dedit mancupio? aut unde emisti? fac sciam. TH. egoquidem pro istac rem solui áb tarpezita meo : 20 quam ego pecuniam quadruplicem áps te et lenone auferam.
- 620 PH. qui scis mercari furtiuas atque ingenuas uirgines, ambula in ius. TH. non eo. PH. licet te antestari? TH. non licet. PH. Iuppiter te, †male† perdat, intestatus uiuító ; at ego, quem licet, te. accede huc. TH. seruom antestari? 25 Cv. uide.
- 624-5 ém ut scias me liberum esse! ergo ambula in ius. TH. em tibi! Cv. o ciues, ciues! TH. quid clamas? PH. quid tibi istum tactio est? TH. quia mi lubitum est. PH. accede huc tu, ego illum tibi dedam, tace.

611 is *Ital.* : es *cod.* (*pro* eis?) 612 bulbis *B* redde etiam
suspectum : r. mihi iam *Pylades* 614 abduxisti *Ital.* 619 *vel*
 ted 620 scis *Pius* : scies *cod.* (*pro* scéis?) 621 te *del.*
Merula 622 te miles *Leo* : malē te *Klotz* : *fort.* te, male, ⟨male⟩
 623 *vel* téd 623, 624 *vel* uide. Cv. Em 626 istum tibi *cod.* :
trai. Guietus

PL. Phaedrome, opsecro, serua me. PH. tamquam me et
genium meum.

30 miles, quaeso uti mihi dicas unde illum habeas anulum,
quem parasitus hic te elusit. PL. per tua genua te opsecro 630
ut nos facias certiores. TH. quid istuc ad uos attinet?
quaeratis chlamydem et machaeram hanc unde ad me per-
uenerit.

Cv. ut fastidit gloriosus! TH. mitte istum, ego dicam omnia.

35 Cv. nihil est quod ille dicit. PL. fac me certiozem, opsecro.
TH. ego dicam, surge. hanc rem agite atque animum 635
aduortite.

pater meus habuit Periplanes † Planesium †
is priu' quam moritur mihi dedit tamquam suo,
ut aequom fuerat, filio—PL. pro Iuppiter!

40 TH. et istae me heredem fecit. PL. ⟨o⟩ Pietas mea,
serua me, quando ego te seruauī sedulo. 640

frater mi, salue. TH. qui credam ego istuc? cedo,
si uera memoras, quae fuit mater tua?

PL. Cleobula. TH. nutrix quae fuit? PL. Arcestrata.

45 ea me spectatum tulerat per Dionysia. 644
645

postquam illo uentum est, iam, ut me conlocauerat,
exoritur uentus turbo, spectacula ibi ruont,
ego pertimescō: [tum] ibi me nescioquis arripit
timidam atque pauidam, nec uiuam nec mortuam.

50 nec quo me pacto apstulerit possum dicere. 650

TH. memini istanc turbam fieri. sed tu dic mihi,
ubi is est homo qui te surrupuit? PL. nescio.

uerum hunc seruauī semper mecum una anulum;

cum hoc olim perii. TH. cedo ut inspiciam. Cv. sanan es,

55 quae isti committas? PL. sine modo. TH. pro Iuppiter! 655

628 PL.] vel Cv. 629 ⟨te⟩ ut (ut *cod.*) *Becker* 634 ⟨te⟩ ob-
secro *Bothe*, cui hiatus ante obsecro displicet 636 Periphanes *Pius*
PL. hem Periphanes *Acidalius*: fort. uirgunculam (v. 1) 639 iste
(i. e. -ae?) *cod.*: isti *Bothe*: isto *Leo* -o *add. Ital.*, nam Pietas mea
suspectum 641 qui ego istuc credam *Fleckeisen* 648 tum *del.*
Kampmann 651 meministin hanc *cod.* 654 Cv.] vel PH.

hic est quem ego tibi misi natali die.

tam facile noui quam me. salue, mea soror.

PL. frater mi, salue. PH. deos uolo bene uortere
istam rem uobis. Cv. et ego nobis omnibus :

660 tu ut hodie adueniens cenam des sororiam, 60

hic nuptialem cras dabit. promittimus.

PH. tace tú. Cv. non taceo, quando res uortit bene.

tu istanc desponde huic, miles. ego dotem dabo.

TH. quid dotis? Cv. egone? ut semper, dum uiuat, me alat.

665 uerum hercle dico. TH. me lubente feceris. 65

et leno hic debet nobis triginta minas.

PH. quam ob rem istuc? TH. quia illic ita repromisit mihi :
si quisquam hanc liberali adseruisset manu,
sine controuersia omne argentum reddere.

670 nunc eamus ad lenonem. Cv. laudo. PH. hoc priu' uolo, 70

meam rem agere. TH. quid id est? PH. ut mihi hanc
despondeas.

Cv. quid cessas, miles, hanc huic uxorem dare?

TH. si haec uolt. PL. mi frater, cupio. TH. fiat. Cv. bene
facis.

PH. spondesne, miles, mihi hanc uxorem? TH. spondeo.

675 Cv. et ego hoc idem unum : spondeo. TH. lepide facis. 75
676-8 sed eccúm lenonem, incedit, thensaurum meum.

CAPPADOX THERAPONTIGONVS iii

PHAEDROMVS PLANESIVM

CA. Argentariis male credi qui aiunt, nugas praedicant :

680 nam et bene et male credi dico ; id adeo ego hodie exper-
tu' sum.

non male creditur qui numquam reddunt, sed prosum perit.
uelut decem minas dum soluit, omnis mensas transiit.

657 soror mea *B* 659 *vel* istanc 661 TH. prom. *cod.* 662
TH. (*om. cod.*) t. t. *Ital.* 664 *vix* dotem *med cod.* 665 iubente
cod. 666 et] sed (set) *Pistoris (praec. s)* 669 reddere
Scaliger : redderet *cod.* 675 una *Ussing* 680 Nec bene nec
male *Lambinus* ego *in marg. cod. (post hodie P^E, om. B)* 682
uelut] uel ille *Leo*

- 5 postquam nil fit, clamore hominem posco : ille in ius me
uocat ;
pessume metui ne mihi hodie apud praetorem solueret.
uerum amici compulerunt : reddit argentum domo. 685
nunc domum properare certumst. TH. heus tu, leno, te uolo !
PH. et ego te uolo. CA. at ego uos nolo ambos. TH. sta
sis ilico.
10 PH. atque argentum propere propera uomere. CA. quid
mecum est tibi ?
aut tibi ? TH. quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium
atque ita te neruo torquebo, itidem ut catapultae solent. 690
PH. delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes,
ferreo ego dico. CA. at ego uos ambo in robusto carcere
15 ut pereatis. PH. collum opstringe, abduce istum in malam
cruce[m].
TH. quidquid est, ipse ibit potius. CA. pro deum atque
hominum fidem !
hocine pacto indemnatum atque intestatum me abripi ? 695
opsecro, Planesium, et te, Phaedrome, auxilium ut feras.
PL. frater, opsecro te, noli hunc condemnatum perdere.
20 bene et pudice me domi habuit. TH. hau uoluntate
id sua :
Aesculapio huic habeto, quom pudica es, gratiam ;
nam si is ualisset, iam pridem quoquo posset mitteret. 700
PH. animum aduertite (hoc), si possum hoc inter uos
componere.
mitte istunc. accede huc, leno. dicam meam sententiam,
25 siquidem uoltis quod decrero facere. TH. tibi permittimus :
CA. dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam a me
argentum auferat.

687 TH] *vel* PH.tecum mihi *Scyfferi*700 si uolisset *PE* (*pro ual-*)689 aut tibi *Luchs*: aut tecum aut *cod.* : aut695 arripi *cod.*697 indemnatum *Pius*701 hoc *add. Langen*

- 705 TH. quodne promísti? CA. qui promisi? PH. lingua.
 CA. eadem nunc nego.
 dicendi, non rem perdendi gratia haec nata est mihi.
 PH. nihil agit, collum opstringe homini. CA. iam iam faciam
 ut iusseris.
 TH. quando uir bonus es, responde quod rogo. CA. roga 30
 quod lubet.
 TH. promistin, si liberali quisquam hanc adsereret manu,
 710 te omne argentum redditurum? CA. non commemini dicere.
 TH. quid? negas? CA. nego hercle uero. quo praesente?
 quó in loco?
 TH. me ipso praesente et Lycone tarpezita. CA. non taces?
 TH. non taceo. CA. non ego te flocci facio; ne me territes. 35
 TH. me ipso praesente et Lycone factum est. PH. sati'
 credo tibi.
 715 nunc adeo, ut tu scire possis, leno, meam sententiam:
 libera haec est, hic huius frater est, haec autem illius soror,
 haec mihi nubet: tu huic argentum redde. hoc iudicium
 meum est.
 TH. tu autem in neruo iam iacebis, nisi mi argentum redditur. 40
 CA. hercle istam rem iudicasti perfidiose, Phaedrome.
 720 et tibi oberit et te, miles, di deaque perduint.
 tu me sequere. TH. quo sequar te? CA. ád tarpezitam
 meum
 ad praetorem. nam inde rem soluo omnibus quibu' debeo.
 TH. ego te in neruom, haud ad praetorem hinc rapiam, ni 45
 argentum refers.
 CA. ego te uehementer perire cupio, ne tu [me] nescias.
 725 TH. itane uero? CA. ita hercle uero. TH. noui ego hos
 pugnos meos.

706 haec in marg. cod. (ante gratia PE, om. B) 708 quid iubet
 PE (pro lu-) 716 fort. huiust fr. libera haec, hic huius frater
 est, haec autem huius est soror (?) Leo 723 neruo cod. 724
 me del. *Quietus* (iv. 3)

CA. quid tum? TH. 'quid tum' rogitas? hisce ego, si tu
 me inritaueris,
 placidum te hodie reddam. CA. age ergo, recipe. (TH. at)
 actutum. CA. licet.

50 PH. tu, miles, apud mé cenabis. hodie fient nuptiae;
 quae res bene uortat mi et uobis! spectatores, plaudite.

727 *vix* recipe TH. at *add. Ussing* 729 *versum Thera-*
pontigono dat cod. plaudite [plaudite] *cod.* (*vel pro pl. PLAVTI*
in subscriptione PLAVTI CVRCVLIO EXPLICIT vel pro pl. cum glossa marg.
πάντες, ut in Cas. fin. (i. e. CATERVA sp. pl.))

EPIDICVS

ARGVMENTVM

Emit fidicinam, filiam credens, senex

Persuasu servi, atque †conductam†

Iterum pro amica ei subiecit filii.

Dat erili argentum. eo sororem destinat

Inprudens iuuenis. compressae ac militis 5

Cognoscit opera sibi senex os sublitum

(Vt ille amicam, haec quaerebat filiam),

Sed inventa gnata servolum emittit manu.

² conducticiam *Pylades*: conductam ⟨alteram⟩ *Leo* 5 *vel* com-
pressai *vel* atque c. ⟨a se⟩ ac *Opitz*

PERSONAE

EPIDICVS SERVVS
THESPRIO SERVVS
STRATIPPOCLES ADVLESCENS
CHAERIBVLVS ADVLESCENS
PERIPHANES SENEX
APOECIDES SENEX
FIDICINA
MILES
PHILIPPA MVLIER
ACROPOLISTIS FIDICINA
DANISTA
TELESTIS VIRGO

SCAENA ATHENIS

· ACROPOLISCIS *K. Schmidt (Herm. 37, 175)*

ACTVS I

EPIDICVS THESPRIO

I. i

EP. Heus, adulescens! TH. quis properantem me reprehendit pallio?

EP. familiaris. TH. fateor, nam odio es nimium familiariter.

EP. respice uero, Thesprio. TH. oh, Epidicumne ego conspikor?

5 EP. sati' recte oculis uteris. 5

TH. salue. EP. di dent quae uelis.

uenire saluom gaudeo. TH. quid ceterum? EP. quod eo adsolet:

cena tibi dabitur. TH. spondeo—EP. quid? TH. me accepturum, si dabis.

EP. quid

9^a tú agis? ut uales? TH. ex-

9^b emplum adesse intellego. EP. eugae!

10 corpulentior uidere atque habitior. TH. huic gratia. 10

EP. quam quidem te iam diu

11^a perdidisse oportuit.

TH. minu' iam furtificus sum quam antehac. EP. quid ita? TH. rapio propalam.

EP. di immortales te infelicient, ut tu es gradibus grandibus! nam ut apud portum te conspexi, curriculo occepi sequi:

15 uix adipiscendi potestas modo fuit. TH. scurra es. EP. scio 15 te esse equidem hominem militarem. TH. audacter quam uis dicit.

EP. quid agis? perpetuen ualuisti? TH. uarie. EP. qui uarie ualent, capreaginum hominum non placet mihi neque pantherinum genus.

1prehendit P 5satis om. P propter laceratam archetypi paginam (cf. ad v. 19) certe P (pro recte, ut in Cas. 260) 7quod eo ads. Thesprioni continuat A 9^auelis P 10habitior Donatus Eun. 2, 2, 11, Paulus 102 locum non indicans, corp. gloss. lat. 5, 72: abiliior A: agiliior P 13te om. P uix is A (cf. ad Curc. 611) 14curculio P 16quidem P 17ais J

PERSONAE

EPIDICVS SERVVS
THESPRIO SERVVS
STRATIPPOCLES ADVLESCENS
CHAERIBVLVS ADVLESCENS
PERIPHANES SENEX
APOECIDES SENEX
FIDICINA
MILES
PHILIPPA MVLIER
ACROPOLISTIS FIDICINA
DANISTA
TELESTIS VIRGO

SCAENA ATHENIS

· ACROPOLISCIS *K. Schmidt (Herm. 37, 175)*

ACTVS I

EPIDICVS THESPRIO

I. i

EP. Heus, adulescens! TH. quis properantem me reprehendit pallio?

EP. familiaris. TH. fateor, nam odio es nimium familiariter.

EP. respice uero, Thesprio. TH. oh,

Epidicumne ego conspikor?

5 EP. sati' recte oculis uteris. 5

TH. salue. EP. di dent quae uelis.

uenire saluom gaudeo. TH. quid ceterum? EP. quod
eo adsolet:

cena tibi dabitur. TH. spondeo—EP. quid? TH. me
accepturum, si dabis.

EP. quid

9^a tú agis? ut uales? TH. ex-

9^b emplum adesse intellego. EP. eugae!

10 corpulentior uidere atque habitior. TH. huic gratia. 10

EP. quam quidem te iam diu

11^a perdidisse oportuit.

TH. minu' iam furtificus sum quam antehac. EP. quid
ita? TH. rapio propalam.

EP. di immortales te infelicient, ut tu es gradibus grandibus!
nam ut apud portum te conspexi, curriculo occipi sequi:

15 uix adipiscendi potestas modo fuit. TH. scurra es. EP. scio 15

te esse equidem hominem militarem. TH. audacter quam
uis dicit.

EP. quid agis? perpetuen ualuisti? TH. uarie. EP. qui
uarie ualent,

capreaginum hominum non placet mihi neque pantheri-
num genus.

1prehendit P 5satis om. P propter laceratam archetypi paginam (cf. ad v. 19) certe P (pro recte, ut in Cas. 260) 7quod eo ads. Thesprioni continuat A 9^buelis P 10habitior Donatus Eun. 2, 2, 11, Paulus 102 locum non indicans, corp. gloss. lat. 5, 72: abilior A: agilior P 13te om. P 16quidem P 17ais J

- TH. quid tibi uis dicam nisi quod est? EP. ut illae
res *? TH. probe.
- 20 EP. quid erilis noster filius? TH. ualet púgilice atque 20
athletice.
EP. uoluptábilem mihi nuntium tuo aduentu adportas,
Thesprio.
sed ubist is? TH. aduenit simul. EP. ubi is ergost?
nisi si in uidulo
aut si in mellina attulisti. TH. di te perdant! EP. te uolo—
percontari: operam da, opera reddetur tibi.
- 25 TH. ius 25
dicis. EP. me decet. TH. iam tu autem 25^a
nobis praeturam geris? EP. quem 25^b
dices digniorem esse hominem hódie Athenis alterum?
TH. at unum a praetura tua,
Epidice, abest. EP. quidnam? TH. scies: 27^a
lictos duo, duo ulmei 27^b
fasces uirgarum. EP. uae tibi!
sed quid ais? TH. quid rogas? EP. ubi arma sunt Stratip-
pocli?
- 30 TH. pol illa ad hostis transfugerunt. EP. armane? TH. 30
atque quidem cito.
EP. serione dici' tu? 30^a
TH. serio, inquam: hostes habent. 31
EP. edepol facinus inprobum! TH. at iam ante alii fece-
runt idem.
erit illi illa res honori. EP. qui? TH. quia ante aliis fuit.

19 ut illi respon *sequente spatio* (cf. ad v. 5) P (in *spatio add.* di B³): ut illae res obstentia—A (cf. *Harv. Stud.* 9, 130): ut illae res? TH. obtentae *Redslob* (*Berl. Phil. Woch.* 22, 552) 21 adp. Th.]
adtulisti P 22 adueni (-nis) P egost P 24 reditur P
25^a iam tu autem *sequentis versus* A (P n. l.) 26 dicis A homi-
nem om. A 27^a-52 *deficit* A 27^b ulmei *Hermann cum aliis*:
uiminei *cod.* 29 quid {est quod} r. *Skutsch, nam quid ais displicet*
fort. Sed (*suo verso*) Quid . . . ub(i) Arma *vel* Sed quid ais? Quid
rogas? (cf. 98 et 98^a) 30 equidem *Luchs, sed cf. Skutsch (Herm.* 32,
94) 30^a *vel* serion (*cretic.*) 33 antea *cod.* (ante J)

Mulciber, credo, arma fecit quae habuit Stratippocles :
 35 trauolauerunt ad hostis. EP. tum ille prognatus Theti 35
 sine perdat : alia adportabunt ei Neri filiae.

id modo uidendum est, ut materies suppetat scutariis,
 si in singulis stipendiis is ad hostis exuuias dabit.

TH. supersede istis rebu' iam. EP. tu ipse ubi lubet
 finem face.

40 TH. desiste percontarier. EP. loquere ipse : ubist Stra- 40
 tippocles?

TH. est caussa qua caussa simul mecum ire ueritust. EP.
 quidnam id est?

TH. patrem uidere se neuolt etiamnunc. EP. qua-
 propter? TH. scies.

quia forma lepida et liberali captiuam adulescentulam
 de praeda mercatust. EP. quid ego ex te audio? TH. hoc
 quod fabulor.

45 EP. quae eam emit? TH. animi caussa. EP. quot illic 45
 homo animos habet?

nam certo, priu' quam hinc ad legionem abiit domo,
 ipse mandauit mihi ab lenone ut fidicina,
 quam amabat, emeretur sibi. id ei impetratum reddidi.

TH. utquomque in alto uentust, Epidice, exim uelum
 uortitur.

50 EP. uae misero mihi, male perdidit me! TH. quid istuc? 50
 quidnam | est?

EP. quid istanc quam emit, quanti eam emit? TH. uili.

EP. haud istuc te rogo.

TH. quid igitur? EP. quot minis?

52^a TH. tot : quadraginta minis.

id adeo argentum ab danista apud Thébas sumpsit faenore

36 nereii *cod.* : Neriae *Dziatzko* 40 *vel* loquere : ipse 42

se neuolt *Bothe, Hermann* : senem non uult *cod.* (*pro se* ^{non} neuult)

47 *vel* ips' *vel* ipsus *ma. mi* 50 quid nam istuc? quid est? *Came-*

rarius 51 uilei *cod.* 52 reddigitur *cod.* (-getur *B*³, quid igitur *J*)

52^a-107 *pauca leguntur A* 52^a tot (*PE*) an totus (*B ut uid.*)

incert. cod. : totis *Meursius* (*et fort. ita in cod.*)

- in dies minasque argenti singulas nummis. EP. papae!
- 55 TH. et is danista aduenit una cūm eo, qui argentum petit. 55
 EP. di immortales, ut ego interii basilice! TH. quid iam?
 aut quid est,
 Epidice? EP. perdidit me. TH. quis? EP. ille qui
 arma perdidit.
 TH. nam quid ita? EP. quia cottidie ipse ad me ab
 legione epistulas
 mittebat—sed taceam optimum est,
 60 plus scire satiust quam loqui seruom hominem. ea 60
 sapientia est.
 TH. nescio edepol quid [tu] timidu's, trepidas, Epidice,
 ita uoltum tuom
 uideor uidere commeruisse hic me apsepte in te aliquid
 mali.
 EP. potin ut molestus ne sies? TH. abeo. EP. asta,
 abire hinc non sinam.
 TH. quid nunc me retines? EP. amatne istam quam emit
 de praeda? TH. rogas?
 65 deperit. EP. deagetur corium de tergo meo. 65
 TH. plusque amat quam té umquam amauit. EP. Iuppiter
 te perduit!
 TH. mitte nunciam,
 nam ille me uotuit domum ue- 67^a
 -nire, ad Chaeribulum iussit
 huc in proximum; 68^a
 ibi manere iussit, eo uenturust ipsus. EP. quid ita? TH.
 dicam:
 70 quia patrem priu' conuenire se non uolt neque conspiciari, 70

55 atque a. petit *vel* qui a. petat *Scyffert* 57 Epidice (male)
Brix, ut troch. septenarius fiat: fort. Epidice, (Epidice) (iamb. octona-
rius) q. perd. arma *cod. : trai. Pylades: fort. arma q. perd. (cretic.*
pentameter) 58 num *P* 61 nescio ede—*etiam A: vix nesc(io)*
 édepol tu *seclusi (ante ti-; iv. 3)* timidus es *om. E inter 64*
 et 65 in *A duo versus breues exhiberi videntur* 65 deagitur (deg-;
 pro -etur?) *Nonius 278: detegetur P (pro deeg-, antiqua forma?),*
A n. l. 68, 68^a uno *versu A (P n. l.), qui potest duos versus ex*
 v. 67 *fecisse Mitte Nunciam* 70 se conuenire *cod. : trai. Pylades*

quám id argentum, quod debetur pro illa, dinumerauerit.

EP. eu edepol res turbulentas ! TH. mitte me ut eam nunciam.

EP. haecine ubi scibit senex,

puppis pereunda est probe.

75 TH. quid istuc ad me attinet, 75
quo tu intereas modo ?

EP. quia perire solus nolo, te cupio perire mecum,

beneuolens cum beneuolente. TH. abi in malam rem ma-

xumam a me

cum istac condicione. EP. i sane,—siquidem festinas magis.

80 TH. numquam hominem quemquam conueni unde abierim 80
lubentius.—

EP. illic hinc ábiit. solus nunc es. quó in loco haec res
sit uides

Epidice : nisi quid tibi in tete auxili est, apsumptus es.

tantae in te impendent ruinae : nisi suffulcis firmiter,

non potes supsistere : itaque in te inruont montes mali.

85 neque ego nunc 85
quo modo

me expeditum ex impedito faciam, consilium placet.

ego miser

perpuli

meis dolis senem ut censeret suam sese emere filiam :

is suo

filio

90 fidicinam emit, quam ipse amat, quam ábiens mandauit mihi. 90

90^a si sibi nunc alteram

ab legione abduxit animi caussa, corium perdidit.

nam ubi senex

92^a senserit

sibi data esse uerba, uirgis dorsum dispoliet meum.

72 heu B³ 73-6 *quinque versus discr. A (fort. v. 75 sic dividendus*
 Quid istuc ad | Me attinet?) 78 ben. sum beneuolenti Goetz 79
 siquid P 90 amabat q. *Guietus* : emundam *Ussing* 90^a si om. PE
 adduxit Ital. anima PE 93 despoliet *cod.* : depoliet *Palmerius*

- at enim tu
 praecaue. 94^a
- 95 at enim—bat enim ! nihil est istuc. plane hoc corruptumst 95
 caput.
- nequam homo es,
 Epidice. 96^a
- qui lubidost male loqui ? quia tute te<te> deseris.
 quid faciam ?
- men rogas ? 98^a
- tuquidem antehac aliis solebas dare consilia mutua.
- 100 aliquid aliqua reperiundumst. sed ego cesso ire obuiam 100
 adulescenti, ut quid negoti sit sciam. atque ipse illic est.
 tristis est. cum Chaeribulo incedit aequali suo.
 huc concedam, orationem unde horum placide persequar.

ii STRATIPPOCLES CHAERIBVLVS EPIDICVS

- St. Rem tibi sum elocutus omnem, Chaeribule, atque ad-
 modum
- meorum maerorum atque amorum summam edictaui tibi. 105
- Ch. praeter aetatem et uirtutem stultus es, Stratippocles.
 idne pudet te, quia captiuam genere prognatam bono
- 5 in praeda es mercatus ? quis erit uitio qui id uortat tibi ?
- St. qui inuident omnis inimicos mihi illoc facto repperi ;
 at pudicitiae eius numquam nec uim nec uitium attuli. 110
- Ch. iam istoc probior [es] meo quidem animo, quom in
 amore temperes.
- St. nihil agit qui diffidentem uerbis solatur suis ;
- 10 is est amicus, qui in re dubia re iuuat, ubi rest opus.
- Ch. quid tibi me uis facere ? St. argenti dare quadraginta
 minas,

95 at enim bat enim om. P 97 tete scripsi metri causa (A n. l.)
 (sed cf. ad 98^a) 98^a men tu rogas P (unde fiunt 98–98^a unus troch.
 dimeter, ut 91). fort. recte 100 aliquid] quid post lacunam P 107
 bono] proba var. lect. in P (iv. 3) 108 de p. Studemund, Abraham
 Stud. Pl. 201 109–11 om. A : del. Geppert 111 es del. Mueller :
 post animo transp. Bothe vix meoquidem (trisyll.) 114–49 deest A

- 115 quod danistae detur, unde ego illud sumpsit faenore.
 CH. si hercle haberem (pollicerer). ST. nam quid te igitur
 retulit
 beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuom est?
 CH. quin edepol egomet clamore differor, difflagitor. 15
 ST. malim istiusmodi mi amicos forno occensos quam foro.
 120 sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso uelim.
 quem quidem ego hominem inrigatum plagis pistori dabo,
 nisi hodie priu' comparassit mihi quadraginta minas
 quam argenti fuero elocutus ei postremam syllabam. 20
 EP. salua res est : bene promittit, spero seruabit fidem.
 125 sine meo sumptu paratae iam sunt scapulis symbolae.
 adgrediar hominem. aduenientem peregre erum suom
 Stratippoclem
 impertit salute seruos Epidicus? ST. ubi is est? EP. adest.
 saluom huc aduenisse—ST. tam tibi istuc credo quam mihi. 25
 EP. benene usque ualuisti? ST. a morbo ualui, ab animo
 aeger fui.
 130 EP. quod ad me attinuit, ego curauit : quod mandasti (tu) mihi
 impetratum est. empta ancillast, quod tute ad me litteras
 missiculabas. ST. perdidisti omnem operam. EP. nam
 qui perdidit?
 ST. quia meo neque cara est cordi neque placet. EP. quid 30
 retulit
 mihi tanto opere te mandare et mittere ad me epistulas?
 135 ST. illam amabam olim, nunc iam alia cura impendet pectori.

115 detur *Pius* : datur *cod.* 116 pollicerer *add. Mueller*
 118 difflagitor *Skutsch* : diffatigor *cod.* 119 vel mihi *mersos*
Ital. : mensos *cod.* : occensos *Usener (Rhein. Mus. 56, 13)*
 quam te fore *B^s (i. 1)* 120 mi *Redslob* 124 fidem *Lambinus* :
 idem *cod. (pro eidem?) (E pro F)* 126 suom *om. Ital., fort.*
recte 127 impertit sal. *Weise* : [salua] impertit sal. *cod. (iv. 3)* 128
 huc *Seyffert* : te gaudeo huc *cod. (iv. 1)* 130 vel med *manda-*
uisti Bentley tu *add. Mueller* 131 emptast a. *cod.*

- EP. hercle miserum est ingratum esse hómini id quod facias
bene.
- ego quod bene feci male feci, quia amor mutauit locum.
- 35 ST. desipiebam mentis quom illa scripta mittebam tibi.
- EP. men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
ut meum térgum tuae stultitiae subdas succidaneum? 140
- ST. quid istic uerba facimus? huic homini opust quadra-
ginta minis
celeriter calidis, danistae quas resoluat, et cito.
- 40 EP. dic modo: unde auferre me uis? quó a tarpezita peto?
ST. unde lubet. nam ni ante solem occasum e lo(culis adferes)
meam domum ne inbitas: tu te ín pistrinum (conferas.) 145
- EP. facile tu istuc sine periclo et cura, corde libero
fabulare; noui ego nostros: mihi dolet quom ego uapulo.
- 45 ST. quid tu nunc? patierin ut ego me interimam? EP. ne
feceris.
ego istuc accedam periculum potius atque audaciam.
- ST. nunc places, nunc ego te laudo. EP. patiar ego istuc 150
quod lubet.
- ST. quid illa fiet fidicina igitur? EP. aliqua res reperibitur,
aliqua ope exsoluam, extricabor aliqua. ST. plenus consili's.
- 50 noui ego te. EP. est Euboicus miles locuples, multo auro
potens,
qui ubi tibi istam emptam esse scíbit atque hanc adductam
alteram,

136 homini *Palmerius*: hominem *cod.*, *contra Plautinum loquendi morem* (*Mueller in Rhein. Mus.* 54, 390) 137 feci bene *B* 138 illa scripta mitterem *cod.* *Nonii* 499: illas scriptas mittebam *cod.* 139 peculiarem *var. lect. in cod.* 140 tuae stultitiae *codd. Gellii* 4, 6, 4: stultitiae tuae *cod.* 141 *vel sic distingue* quid istic? uerba fac. 142 resoluat et *Pylades*: resoluas et *cod.*: resoluam, sed (?) *Leo* 143 tarpezita, *non trap-* (*ita cod.*), *est Plautina forma* uis me *Guietus* quo a *Bentley* (*secundum morem Plautinum*): a quo *cod.* 144, 145 *alia alii suppleverunt*, ut ego (aurum accepero)... (migraueris) *Redslob* (*Berl. Phil. Woch.* 22, 553) 145 *vel tute in pristinum* (*ita cod.*) 148 *vel sic distingue* quid tu? nunc pat. (*Seyffert stud. Plaut.* 18) 150 *accedit A* ego *om. A* 151 [de] illa *P* re *P* 152 *exsoluar A*: *exsoluam etiam codd. Nonii* 8 154 tibi *om. A* (iii. 1)

- 155 continuo te orabit ultro ut illam tramittas sibi.
 sed ubi illa est quam tu adduxisti tecum? St. iam faxo hic
 erit.
- Ch. quid hic nunc agimus? St. eamus intro huc ad te, ut
 hunc hodie diem
 luculente habeamus.—Ep. ite intro, ego de re argentaria 55
 iam senatum conuocabo in corde consiliarium,
- 160 quoi potissimum indicatur bellum, unde argentum auferam.
 Epidice, uide quid agas, ita res subito haec obiectast tibi ;
 non enim nunc tibi dormitandi neque cunctandi copia est.
 adeundum. senem oppugnare certumst consilium mihi. 60
 ibo intro atque adulescenti dicam nostro erili filio,
 165 ne hinc foras exambulet neue obuiam ueniat seni.—

ACTVS II

APOECIDES PERIPHANES

II. i

- Ap. Plerique homines, quos quom nil refert pudet,
 166^a ubi pudendum est ibi eos deserit pudor,
 quom usust ut pudeat.
 is adeo tu's. quid est quod pudendum siet,
 genere gnatam bono pauperem domum 5
 170 ducere te uxorem ?
- 171-2 praesertim eam, qua ex tibi commemores hanc quae do-
 mist filiam prognatam.
- Pe. reuereor filium. Ap. at pol ego te credidi ux-
 orem, quam tu extulisti, pudore exsequi,

158 luculente *P*, ut *vid.* (-tem *B*¹) : luculentum *A* 160 qui *A*
 162 dormitandum *P* est [tibi] *P* (*ex v.* 161) 163 adeundem *P* :
 ad. est *Ital.* mihi *om.* *P* 164, 165 *trochaice P* i, i, abi intro
 atque adolescenti dic iam nostro herili filio | Ne (*Nec B*) hic (*pro*
hinc) foras ambulet neue usquam obuiam ueniat seni *P* (*in quem*
nostro ex altera versione se insinuauit) *Retractor, credo, metrum*
exaequavit et hiatum (ne | hinc) *abiecit* 167 usus est *P* 168 quid
 est] qui des *P* 169 parem et in *mg.* pauperem *A* 170 te *om.* *P*
 171, 172 *domost A* filiam] familiam *P* (*v.* 8)

- 10 quouius quotiens sepulcrum uides, sacrificas 175
 ilico Orco hostiis, neque adeo iniuria,
 quia licitumst eam tibi uiuendo uincere. PE. oh!
 Hercules ego fui, dum illa mecum fuit;
 neque sexta aerumna acerbior Herculi quam illa mihi ob-
 iectast.
- 15 AP. pulchra edepol dos pecuniast. PE. quae quidem pol 180
 non maritast.

ii EPIDICVS APOECIDES PERIPHANES

EP. St!

tacete, habete animum bonum.

liquido exeo foras auspicio, aui sinistra ; 183-4

acutum cultrum habeo, senis qui exenterem marsuppium. 185

5 sed eccum ipsum ante aedis conspikor (cum) Apoecide
 qualis uolo uetulos duo.iam ego me conuortam in hirudinem atque eorum éxsugebo
 sanguinem,

senati qui columen cluent.

AP. continuo ut maritus fiat. PE. laudo consilium tuom. 190

10 nam ego illum audiui in amorem haerere apud nescioquam
 fidicinam,id ego exrucior. EP. dí hercle omnes me ádiuuant, au-
 gent, amant :ipsi hiquidem mihi dant uiam, quo pacto ab se argentum
 auferam.

age nunciam orna te, Epidice, et palliolum in collum conice

180 maritast P 183-4 auspicio foras *Reiz, unde fit (cum sinis-*
tra) versus Reizianus 185-213 *deest A (f. 264, i. e. totidem versus*
quot sunt in P, quorum novem linea longiores) 185 *extenterem B³*
mg. (i. 8) 186 *Apoecidae cod., fort. recte: cum add. Leo: (et*

una cum eo) Apoecidem (?) Goetz 187 *ante qualis lacuna indicata in B*
 188 *exorbebo testatur Nonius* 102 *(cf. Lindsay 'Non. Marc.' p. 106)*

189 *cluet B³. Post hunc v. lacunam sign. R. Mueller. Periphanis pri-*
imum sermonem fuisse scaenae in A titulus indicat, ubi PERIPHANES

APOECIDES 191 *amore Camerariús fort. recte* 192 *exrucior cod.*
 me hercle omnes *Langen vel med* 194 *pallium codd. Gellii*

195 itaque adsimulato quasi per urbem totam hominem quae-
siueris.

age, si quid agis. di immortales ! utinam conueniam domi 15
Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quaerere :
per medicinas, per tostrinas, in gymnasio atque in foro,
per myropolia et lanienas circumque argentarias.

200 rogitando sum raucus factus, paene in cursu concidi.

PE. Epidice ! EP. Epidicum quis est qui reuocat ? PE. 20
ego sum, Periphanes.

AP. et ego Apoecides sum. EP. et egoquidem sum Epi-
dicus. sed, ere, optuma
uos uideo opportunitate ambo aduenire. PE. quid rei est ?

EP. mane, (mane), sine respirem quaeso. PE. immo ad-
quiesce. EP. animo malest.

205 AP. recipe anhelitum. PE. clementer, requiesce. EP.
animum aduortite.

a legione omnes remissi sunt domum Thebis. AP. (quis 25
hoc)

scit factum ? EP. ego ita dico factum esse. PE. scin tu
istuc ? EP. scio.

PE. qui tu scis ? EP. quia ego ire uidi milites plenis uis ;
arma referunt et iumenta ducunt. PE. nimi' factum bene !

210 EP. tum captiuorum quid ducunt secum ! pueros, uirgines,
binos, ternos, alius quinque ; fit concursus per uias, 30
filios suos quisque uisunt. PE. hercle rem gestam bene !

EP. tum meretricum numerus tantus quantum in urbe
omni fuit

obuiam ornatae occurrebant suis quaequae amatoribus,
215 eos captabant. id adeo qui maxime animum aduorterim ?

202 quidem ego *Mueller* 203 ambo aduenire opportunitate
cod. : trai. Bothe 204 Mane (mane) *Weise* : Mane (sis) *vel* (sic)
Redslob (Berl. Phil. Woch. 22, 553) : Mane (dum) *Brix* 205
recipe *Brix* : recipiam *cod. (seq. an-)* 206 quis hoc *add.*
Camerarius 207 Dicit *Reiz* f. esse d. *cod. : traieci* 211 quin-
que Ital. : quisque cod. 214 s. quaeque *cod. : q. suis Guëtus* :
s. quisquis *Hasper* : s. q. (ibi) *Mueller* 215 animaduorterint *A*

- 35 pleraeque eae sub uestimentis secum habebant retia.
 quom ad portam uenio, atque ego illam illi uideo praesto-
 larier
 et cum ea tibicinae ibant quattuor. PE. quicum, Epidice?
 EP. cum illa quam tuo' gnatus annos multos deamat, deperit,
 ubi fidemque remque seque teque properat perdere; 220
- 40 ea praestolabatur illum apud portam. PE. uiden ueneficam?
 EP. sed uestita, aurata, ornata ut lepide, ut concinne, ut
 noue!
 PE. quid erat induta? an regillam induculam an mendi-
 culam?
 EP. impluuiatam, ut istaec faciunt uestimentis nomina.
 PE. utin impluuium induta fuerit? EP. quid istuc tam 225
 mirabile est?
- 45 quasi non fundis exornatae multae incedant per uias.
 at tributus quom imperatus est, negant pendi potis:
 illis quibu' tributus maior penditur, pendi potest.
 quid istae quae uestei quotannis nomina inueniunt noua?
 tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium, 230
- 50 indusiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam,
 subparum aut—subnimium, ricam, basilicum aut exoticum,
 cumatile aut plumatile, carinum aut cerinum—gèrrae ma-
 xumae!
 cani quoque etiam adeptumst nomen. PE. qui? EP.
 uocant Laconicum.
- haec uocabula auctiones subigunt ut faciant uiros. 235
- 55 AP. quin tu ut ocepisti loquere? EP. ocepere aliae mu-
 lieres

222 ornamenta *P* (v. 12, p. 76) 224 inpluuiata *A*, *codd. Nonii*
 548 facimus *P* 225 utin] ut *A* (*seq. in.*) fuerit] erit *P* tam
om. P (iii. 6, p. 49) 226 eundis *A* (*E pro F*) 227 potesse
P (*pro pote?*) 228 tributis *A* 229-35 *postra insertos esse credit*
Wagner 231 crutulam *P* 232 subnimium *Nonius* 560: sub mi-
 niam *P*: subnimiam *A* 233 carinum (*gar- P*) aut gerrinum *AP*
 (*cf. 'guberno,' etc.*): cerinum aut gelinum *codd. Nonii* 549 234
 adeptust *A* uocant] eubeant *A* (*pro lubeant?*) 235 uiri *P* (i. 9)

duae sic post me fabulari inter sese—ego apscessi sciens
 paullum ab illis, dissimulabam earum operam sermoni dare ;
 nec satis exaudibam, nec sermonis fallebar tamen,
 240 quae loquerentur. PE. id lubidost scire. EP. ibi illarum
 altera
 dixit illi quicum ipsa ibat—PE. quid? EP. tace ergo, ut 60
 audias—
 postquam illam sunt conspicatae, quam tuo' gnatus deperit :
 'quam facile et quam fortunate éucnit illi, opseco,
 mulieri quam liberare uolt amator!' 'quisnam is est?'
 245 inquit altera illi. ibi illa nominat Stratippoclem
 Periphanei filium. PE. perii hercle! quid ego ex te audio? 65
 EP. hoc quod actumst. egomet postquam id illas audiui loqui,
 coepi rusum uorsum ad illas pauxillatim accedere,
 quasi retruderet hominum me uis inuitum. PE. intellego.
 250 EP. ibi illa interrogauit illam : 'qui scis? quis id dixit tibi?'
 'quin hodie adlatae tabellae sunt ad eam a Stratippocle, 70
 eum argentum sumpsisse apud Thebas ab danista faenore,
 id paratum et sese ob eam rem id ferre.' PE. certo ego occidi!
 EP. haec sic aibat : sic audiuisse ex eapse átque epistula.
 255 PE. quid ego faciam? nunc consilium a te expetesso, Apoe-
 cides.
 AP. reperiamus aliquid calidi, conducibilis consili. 75
 nam ille quidem aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam
 adest. EP. si aequom siet
 me plus sapere quam uos, dederim uobis consilium catum
 quod laudetis, ut ego opino, uterque—PE. ergo ubi id est,
 Epidice?

237 Quae A post me sic P solens P 238 me harum ser-
 moni operam P 243 illic Mueller 244 liberare quam P 245
 illa Ritschl : illi A : om. P (iii. 1, p. 48) 247 est om. P post-
 quam id] post ibi P 250 quis] qui A 251 allatae sunt
 tabellae P: adlatae tabellae (om. sunt) A 252-449 desunt A
 253 certo Kampmann : cedo cod. 254 H. sic aiebat se aud. Goetz
 ex eapse Kampmann : se abse cod. 255 cf. Redslob (Berl. Phil.
 Woch. 22, 553) 259 opinor cod.

- EP. atque ad eam rem conducibile. AP. quid istuc dubitas 260
dicere?
- 80 EP. uos priores esse oportet, nos posterius dicere,
qui plus sapitis. PE. heia uero! age dice. EP. at deridebitis.
AP. non edepol faciemus. EP. immo si placebit utitor,
consilium si non placebit, reperitote rectius.
mihi istuc nec seritur nec metitur, nisi ea quae tu uis uolo. 265
- 85 PE. gratiam habeo; fac participes nos tuae sapientiae.
EP. continuo arbitretur uxor tuo gnato atque ut fidicinam
illam quam is uult liberare, quae illum corrumpit tibi,
ulciscare atque ita curetur, usque ad mortem ut seruiat.
AP. fieri oportet. PE. facere cupio quiduis dum id fiat 270
modo. EP. em!
- 90 nunc occasiost faciundi, priu' quam in urbem aduenerit,
sicut cras hic aderit, hodie non uenit. PE. qui scis?
EP. scio.
quia mihi alius dixit qui illinc uenit mane hic adfore.
PE. quin tu eloquere, quid faciemus? EP. sic faciundum
censeo,
quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia 275
- 95 quasi que ames uehementer tu illam. PE. quám ad rem
istuc refert? EP. rogas?
ut enim praestines argento, priu' quam ueniat filius,
atque ut eam te in libertatem dicas emere—PE. intellego.
EP. ubi erit empta, ut aliquo ex urbe á moueas; nisi quid tuast
secu' sententia. PE. immo docte! EP. quid tu autem, 280
Apocides?
- 100 AP. quid ego iam nisi te commentum nimis astute intellego?
EP. iam igitur amota ei fuerit omnis consultatio

263. 264 *vel* utitor consilium, si 267 *ante hunc v. lacunam*
sign. Goetz 271 aduenerit *Ital.*: aduenit *cod.* (*cf.* 272) 272
uenit *Redslob*: uenerit *cod.* (*cf.* 271) 273 hunc *corr.* hic *cod.* *ut vid.*
279 tua *cod.* (*cf.* 280) 280 sententia [est] *cod.* (*cf.* 279) immò
doctè *vix ferendum esset neque immò placet* tua au. *Leo*: tu au.
(*ais*) *Mueller*, quibus hiatus tu | autem *displacet* 281 qui *cod.* (quid
J) 282 fuerit *Lindemann*: erit *cod.*

- nuptiarum, ne grauetur quod uelis. PE. uiue sapis
 et placet. EP. tum tu igitur calide quidquid acturu's age.
- 285 PE. rém hercle loquere. EP. et repperi haec te quí apscedat
 suspicio.
- PE. sine me scire. EP. scibis, audi. AP. sapit hic pleno 105
 pectore.
- EP. opus est homine qui illo argentum deferat pro fidicina ;
 nam te nolo neque opu' factost. PE. quid iam? EP. ne
 te censeat
 fili caussa facere—PE. docte! EP. quo illum ab illa pro-
 hibeas :
- 290 ne qua ob eam suspicionem difficultas euenat.
- PE. quém hominem inueniemus ad eam rem utilem? EP. 110
 hic erit optumus,
- hic poterit cauere recte, iura qui et leges tenet.
- PE. Epidico habeas gratiam. EP. sed ego istuc faciam
 sedulo :
- ego illum conueniam atque adducam huc ad te, quouiast
 fidicina,
- 295 atque argentum ego cum hoc feram. PE. quanti emi potest
 minimo? EP. illane?
- ad quadraginta fortasse eam pósse emi minimo minis. 115
- uerum si plus dederis referam, nihil in ea re captiost.
- atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
- PE. quidum? EP. quia enim mulierem alius illam adule-
 scens deperit,
- 300 auro opulentus, magnus miles Rhodius, raptor hostium,
 gloriosus : hic emet illam de te et dabit aurum lubens. 120

288 nam telo non eque opus *cod.* (ii. 7) : *corr. Ussing* ne *Ital.* :
 nec *cod.* 293 Epidico *Ussing* : epidice *cod.* habeo *Guietus*
 294 atque] eamque *Goetz* hunc ad eum *Ussing* : hunc ab te *Redslob*
 (*Berl. Phil. Woch.* 22, 552) 296 minis *Bentley, Gronovius* : minas
cod. 298 decem *Ital.* : decet *cod.* 299 illam alius *cod.* : *trai.*
Bothe 300 *vel sic distingue* magnus, miles 301 hic] is *Brix,*
fort. recte lubens *Gruter* : iubeas *cod.*

face modo, est lucrum hic tibi amplum. PE. deos quidem
oro. EP. ímpetras.
AP. quin tu is intro atque huic argentum promis? ego uisam
ad forum.
Epidice, eo ueni. EP. ne abitas priu' quam ego ad te
uenero.
AP. usque opperiar.—PE. sequere tu intro.—EP. í numerá, 305
nil ego te moror.

iii

EPIDICVS

EP. Nullum esse opinor ego agrum in agro Attico
aeque feracem quám hic est noster Periphanes :
quin ex occluso atque opsignato armario
decutio argenti tantum quantum mihi lubet.
5 quod pol ego metuo si senex rescuierit 310
ne ulmos parasitos faciat quae usque attondeant.
sed me una turbat res ratioque, Apoecidi
quam ostendam fidicinam aliquam conducticiam.
atque id quoque habeo : mane me iussit senex
10 conducere aliquam fidicinam sibi huc domum, 315
dum rem diuinam faceret, cantaret sibi ;
ea conducetur atque ei praemostrabitur
quo pacto fiat subdola aduorsus senem.
ibo intro, argentum accipiam ab damno senem.—

ACTVS III

III. i

STRATIPPOCLES CHAERIBVLVS

ST. Exspectando exedor miser atque exenteror 320
quo modo mi Epidici blanda dicta euenant.

302 face *Palmerius* ; tace *cod.* (T pro F) ímpetras *Palmerius* ;
impetra *cod.* 303 hic *cod.* (huic J) 306 hiatus *suspectus fort.*
Nullum, (nullum) esse opino in (omni) *Loman* (alium) agrum
Redslob (*Berl. Phil. Woch.* 22, 553) 308 armario *Pylades* : [atque]
armario *cod.* 316 (quae) ((ut) *Abraham*) dum rem dinam (*ita B¹*)
Buecheler, sed cf. *Redslob* (*Berl. Phil. Woch.* 22, 553), *Sjögren part. cop.*
33 n. 318 aduorsum *Pradel de praep.* 486 321 eueniant *cod.*

nimi' diu maceror : sitne quid necne sit
scire cupio. CH. per illam tibi copiam

325 copiam parare aliam licet : sciui equidem in principio ili- 5
-co nullam tibi esse in illo copiam. ST. interii hercle ego !

CH. apsurde faci' qui angas te animi ; si hercle ego illum
semel préndero,

327-8 numquam inridere nos illum inultum sinam seruom
hominem.

ST. quid illum ferre nis qui, tibi quoi diuitiae domi máxu-
mac sunt,

330 is nummum nullum habes nec sodali tuo in te copias. 10

CH. si hercle habeam pollicear lubens, uerum aliquid aliqua
aliquo modo

alicunde ab aliqui aliqua tibi spes est fore mecum fortunam.

ST. uae tibi, muricide homo ! CH. qui tibi lubet mihi
male loqui ?

ST. quipp' tu mi aliquid aliquo modó alicunde ab aliquibus
blatis

335 quod nusquamst, neque ego id immitto in auris meas, 15
nec mihi plus adiumenti ades quam ille qui numquam etiam
natust.

EPIDICVS STRATIPPOCLES CHAERIBVLVS ii

EP. Fecisti iam officium tuom, me meum nunc facere oportet.
per hanc cúram quieto tibi licet esse—hoc quidem iam
periit :

ni quid tibi hinc in spem referas, oppido hoc pollinctum est ;

340 crede modo mihi : sic ego ago, sic egerunt nostri.

322 nec nescit *cod.* 325 copiam [tibi] *B* (? *ex v. 323*) 327-8
inultum *Ital.* : inultimum *cod.* (v. 8) 329 fere *PE* (facere *J var.*
lect.) 330 nummum his *PE* 332 aliquast tibi sp. *Mueller, cui*
aliquá tibi *iniuria displicet* mecum] meliorem *Leo* 333 *fort.* Vae
<uae> (*iamb. octon.*) 334 latis *cod.* (blatis *J*) 336 adiumenta
ades (*E*) *vel* adiumenta des (*J*) *PE* : adiumento ades *Seyffert, fort.*
recte ades] das *Pylades (anap.)* : habes (?) *Leo* *vel* ill' 337
[tu] tuum *B* 339 pollinctum *Goetz* : pollitum *cod.* (politum *PE*)

- 5 pro di immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum !
 ut facilem atque impetrabilem ! sed ego hinc migrare cesso,
 ut importem in coloniam hunc (meo) auspicio commeatum.
 mihi cesso quom sto. sed quid hoc ? ante aedis duos sodalis
 erum et Chaéribulum conspikor. quid hic agitis ? accipe 345
 hoc sis.
- 10 ST. quantum hic inest ? EP. quantum sat est et plus satis :
 superfit.
 decem minis plus attuli quam tu danistae debes.
 dum tibi ego placeam atque opsequar meum térgum flocci
 facio.
- ST. nam quid ita ? EP. quia ego tuom patrem faciam
 parenticidam.
- ST. quid istúc est uerbi ? EP. nil moror uetera et uolgata 350
 uerba.
- 15 'peratum ductare' tat† ego follitum ductitabo.
 nam leno omne argentum apstulit pro fidicina (ego resolui,
 manibus his denumerau) pater suam natam quam esse credit ;
 nunc iterum ut fallatur pater tibi que auxiliu apparetur
 inueni : nam ita suasi seni atque hanc habui orationem 355
- 20 ut quom rediisses ne tibi eiús copia esset. ST. eugae !
 EP. ea iam domist pro filia. ST. (iam) teneo. EP. nunc
 auctorem
 dedit mi ad hanc rem Apocidém, is apud forum manet me
 †quasi quae amaret† caueat. ST. hau male. EP. iam | ipse
 cautor captust.

341 mi (ut) *Skutsch* 343 hunc meo *Pylades, Goetz* : hunc
 hunc *cod.* (hunc *alt. del. B³*) 344 duo *J* 346 vel q. satest
 superfit *Camerarius* : supersit *cod.* 349 ego *om. B* 351
 ductare alii *Redslob (Berl. Phil. Woch. 22, 551)* : ductarent *Leo* : du-
 ctitare *Goetz* : fort. ductare autem ! (at pro at, i. e. autem) 353
 manibus his *suspectum* den. his (?) *Leo* 355 inueni nam *R.*
Mueller : inueniam *cod.* 357 pro filia *Acidalius* : p (i. e. pro) elia
 ut *vid. cod.* (E pro F) (pro illa *B³*) iam *add. Brix* cautorem *Ital.*
 359 quasi qui a me c. *Buecheler* i. (is) ipse *Goetz* : (et) iam ipse
Redslob : fort. iamne (i. e. 'nonne iam') ipse

360 ipse in meo cóllo tuo' pater cruminam collocavit ,
 is adornat, adueniens domi extemplo ut maritus fias. 25
 ST. uno persuadebit modo, si illam quae adducta est mecum
 mihi adempsit Orcus. EP. nunc ego hanc astutiam institui.
 deueniam ad lenonem domum egomet solus, eum égo docebo,
 365 si quid ad eum adueniam, ut sibi esse datum argentum dicat
 pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta 30
 (quippe ego qui nudiustertius meis manibus denumeravi
 pro illa tua amica quam pater suam filiam esse retur):
 ibi leno sceleratum caput suum imprudens adligabit,
 370 quasi pro illa argentum acceperit quae tecum adducta
 nunc est.

CH. uorsutior es quam rota figularis. EP. iam ego parabo 35
 aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta quae sit,
 quae se emptam simulet, quae senes duo docte ludificetur.
 eam dúcet simul Apocides ad tuum patrem. ST. ut parate!
 375 EP. eam pérmeditatam, meis dolis astutiisque onustam
 mittam. sed nimi' longum loquor, diu me estis demorati. 40
 haec scitis iam ut futura sint. abeo.—ST. bene ambulato.
 CH. nimi' doctus illic ad male faciendum. ST. me equidem
 certo

seruauit consiliis suis. CH. abeamus intro hinc ad me.
 380 ST. atque aliquanto lubentius quam apud te sum egressus
 intus;
 uirtute atque auspicio Epidici cum praeda in castra redeo.— 45

PERIPHANES APOECIDES SERVVS iii

PE. Non oris caussa modo homines aequom fuit
 sibi habere speculum ubi os contemplant suum,

361 adueniens *Camerarius*: ueniens *cod.* (iii. 3) 363 astutiam
 hanc *Pylades*, cui institui *displicet* 364 ego *del. Pylades* 365
 si qui ad eum adueniant *Camerarius* datum esse *Pylades* 373
 docta *PE* 378 illic ille (*ita cod.*) est *Camerarius* vel mequidem
 383 contemplant *cod.* (-ent *J*)

- sed qui perspicere possent [cor sapientiae,
igitur perspicere ut possint] cordis copiam; 385
- 5 ubi id inspexissent, cogitarent postea
uitam ut uixissent olim in adolescentia.
fuit conducibile hoc quidem mea sententia.
uel [quasi] ego [met], qui dudum fili causa coeperam
ego me excruciare animi, quasi quid filius 390
- 10 meu' deliquisset med erga aut [quasi] non pluruma
malefacta méa essent solida in adolescentia.
profecto deliramus interdum senes.
sed meu' sodalis it cum praeda Apoecides.
uenire saluom mercatorem gaudeo. 395
- 15 quid fit? AP. di deaque te adiuuant. PE. omen
placet.
- AP. quin omni omnes suppetunt res prosperae.
sed tu thanc iubest intro abduci. PE. heus! foras
exite huc aliquis. duce istam intro mulierem.
atque audin? SE. quid uis? PE. caue siris cum filia 400
- 20 mea copulari hanc neque conspicerem. iam tenes?
in aediculam istanc sorsum concludi uolo.
diuortunt mores uirgini longe ac lupae.
AP. docte et sapienter dicis. num(quam) nimi' potest
pudicitiam quisquam suae seruare filiae. 405
- 25 edepol ne istam * temperi gnato tuo

384 sed *an* sed id *incert. cod.* cor sapientiae (*pro* sapientia ē, *i.e.* est?) . . . possint *del. Geppert* (iv. 1) 388 *huc transp. Brix*:
post 393 exhib. cod. (prius om. propter homoeotel. ? ii. 6) mea quidem
Acidalius, rhythmica causa 389 quasi *del. Guictus* ego *Guictus*
(*cf. v. 390*) dudum *Guictus*: dum *cod.* 390 *uel* ego med: egomet
me *Mueller (cf. v. 389)* 391 meus *J*: melius *cod.* me *Ital.*
quasi *del. Ritschl* plurima *Pius*: plurimum *cod.* 396 fit *Ital.*:
sit *cod.* adiuuant [res propere] *PE. cod. (ex v. 397)* 397 pro-
spere *Ital. (vel -rae)*: propere *cod.* 398 hanc] istanc *Brix* iubes
(*PE*) *vel* lubens (*B*) *cod.*: iube sis *Gruterus*: iube si sapis *Seyffert*
404 numquam *Fleckeisen*: num *cod.* 405 pudicitiam quis *Bentley*
(*del. quam; cf. ad v. 404*) 406 *post* istam *ras. 8 litt. in B*:
istam (hodie) *Mueller*: istam (in ipso) *Redslob (Berl. Phil. Woch.*
22, 553) tempore *cod.*

- sumu' praemercati. PE. quid iam? AP. quia dixit mihi
iam dudum se alius tuom uidisse hic filium :
hanc edepol rem apparabat. PE. plane hercle hoc quidem est.
410 AP. ne tú habes seruom graphicum et quantuis preti,
non carust auro contra. ut ille fidicinam 30
fecit †nestire† esse emptam tibi !
ita ridibundam atque hilaram huc adduxit simul.
PE. mirum hoc qui potuit fieri. AP. te pro filio
415 facturum dixit rem esse diuinam domi,
quia Thebis saluos redierit. PE. recte institit. 35
AP. immo ipsus illi dixit conductam esse eam
quae hic administraret ad rem diuinam tibi.
[facturum hoc dixit rem esse diuinam tibi domi]
420 ego illic med autem sic adsimulabam : quasi
stolidum, combardum me faciebam. PE. immo ita decet. 40
AP. res magna amici apud forum agitur, ei uolo
ire aduocatus. PE. at quaeso, ubi erit otium,
reuortere ad me extemplo. AP. continuo hic ero.—
425 PE. nihil homini amicost opportuno amicus :
sine tuo labore quod uelis actumst tamen. 45
ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium
minus hominem doctum minu'que ad hanc rem callidum,
os sublitum esset, itaque me albis dentibus
430 meu' derideret filius meritissimo.
atque haec stultitias me illi uitio uortere 50
egomet quod factitauit in adulescentia,

408 aliquis (?) *Leo* tuum *om. B* 409 planum *Geppert* 411
aurum *B³* 412 *vel* nescire ne se sentiret *Rcdslob (Berl. Phil.*
Woch. 22, 552) : sese ut nesciret *Leo* 413 adduxi *Geppert* 414
qui *ex* quod *cod.* (*ita E, quod B, qui J*) 416 *rectam Lambinus*
419 (*cf. 415*) *del. Acidalius (ii. 6)* *vel* *ess' vel* *dinam* 420
vel *illi vel* *me (ita cod.)* 421 *ita Pylades : sta cod.* 422
apud forum vix ferendum eum cod. ut vid. (ei J) 423 *ire var.*
ect. in J : ere ut vid. cod. (pro eire ?) 425 *amicus Ital. : amicitius*
od. 427 *adligassem cod. : vel adlegauissem* 428 *hominem*
Camerarius : hominem [quam] cod. (i. 15) 431-4 *post v. 455*
posuit Acidalius (contra A) : del. Goetz 431 *vel* *atqui*

quom militabam : pugnīs memorandīs meis
 eradicabam hominū aurīs, quādo ocepēram.
 sed quis illic est quem huc aduenientem conspīcor 435
 55 suam qui undantem chlamydem quassando facit?

iv MILES PERIPHANES

Mi. Caue praeterbitas ullas aedis quin roges,
 senex hic ubi habitat Periphanes Platenius.
 incertus tuom caue ad me rettuleris pedem.
 PE. adolescens, si istunc hominem quem tu quaeritas 440
 5 tibi commostrasso, ecquam aps te inibo gratiam?
 Mi. uirtute belli armatus promerui ut mihi
 omnis mortalis agere deceat gratias.
 PE. non repperisti, adolescens, tranquillum locum
 ubi tuas uirtutes explices ut postulas. 445
 10 nam strenuori deterior si praedicat
 suas pugnas, de illius illae fiunt sordidae.
 sed istum quem quaeris Periphanem Platenium
 ego sum, si quid uis. Mi. nemp' quem in adolescentia
 memorant apud reges armis, arte duellica 450
 15 diuitias magnas indeptum? PE. immo si audias
 meas pugnas, fugias manibus demissis domum.
 Mi. pol ego magis unum quaero meas quoi praedicem
 quam illum qui memoret suas mihi. PE. hic non est locus;
 proin tu alium quaeras quoi centones sarcias. 455
 20 Mi. animum aduerte ut quod ego ad te aduenio intellegas.
 meam amicam audiui te esse mercatum. PE. attatae!
 nunc demum scio ego hunc qui sit: quem dudum Epidicus
 mihi praedicauit militem. adolescens, itast

435 illic *Seyffert*: hic *cod.* (pro ille hic, i. e. illic?) 438 hic *om.*
B Plathaenius (*hic et in vv. seq.*) *K. Schmidt* (*Herm.* 37. 203)
 443 [deceat] agere deceat *cod.* (*dec. pr. om. J*) (iv. 3) 447 *item*
Priscianus I, 86 sq. *suillae Palmer* (*Hermath.* 9, 64) 448
 vel istunc 450 *accedit A* 452 *dim- Lambinus, fort. cum A*
 454 qua (illum vel qua(m) e)um *A* - 455 proin] quo in *P* (quin *B^s*)
 sarcias *Lambinus*: farcias *et A* (v. 7) *et P* (f pro s), *vix recte* 456
 uenio *P*

- 460 ut dicis, emi. MI. uolo te uerbis pauculis
 si tibi molestum non est. PE. non edepol scio 25
 molestum necne sit, nisi dicis quid uelis.
 MI. mihi illam út tramittas, argentum accipias. PE. adest?
 MI. nam quid ego apud te uera parcam proloqui?
 465 ego illám uolo hodie facere libertam meam
 mihi concubina quae sit. PE. te apsoluam breui: 30
 argenti quinquaginta mihi illa empta est minis;
 si sexaginta mihi denumerantur minae,
 tuas póssidebit mulier faxo ferias;
 470 atque ita profecto ut eam ex hoc exoneres agro.
 MI. estne empta mihi istis legibus? PE. habeas licet. 35
 MI. conciliauisti pulchre. PE. heus! foras educate
 quam introduxistis fidicinam. atque etiam fides,
 ei quae accessere, tibi addam dono gratiis.

PERIPHANES MILES FIDICINA iva

- 475 PE. Age accipe hanc sis. MI. quae te intemperiae tenent?
 quas tu mihi tenebras trudis? quin tu fidicinam
 produci intus iubes? PE. haec ergo est fidicina.
 hic alia nullast. MI. non mihi nugari potes.
 quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem? 5
 480 PE. haec inquamst. MI. non haec inquamst. non nouisse me
 meam rére amicam posse? PE. hanc, inquam, filius
 meu' deperibat fidicinam. MI. haec non est ea.
 PE. quid? non est? MI. non est. PE. unde haec igitur
 gentiumst?
 equidem hercle argentum pro hac dedi. MI. stulte datum 10

462 necne sit] non est *P* (cf. v. 461, ubi nonst *perperam scriptum est* ;
 ii. 4) nisi] nihil *A* quod *A* 463 adest] habeas *P* 464
 uera *Goetz* : uerba *A* : om. *P* 465 vel illanc hodie uolo *P*
 466 aut *PE.* aut te om. *A* (? *A*¹) 471 mihi [haec] *P* (iv. 2)
 472 conc. pul. *Periphani* continuat *P* ut vid. 474 dono addam
Brix, cui tibi addam dono displicet nulla nova scaena in *P* 475
 te om. *P* 477 intus iubes produci *Brugmann*, *rhythmo consulens*
 481 eam *P* posse] esse *A* 483 vel Quid 'non est'?

- reor, peccatum largitér. PE. immo haec east. 485
 nam seruom misi qui illum sectari solet
 meum gnátum : is ipse hanc destinavit fidicinam.
 MI. em istic homo te articulatim concidit, senex,
 15 tuo' seruos. PE. quid 'concidit'? MI. sic suspiciost,
 nam pro fidicina haec cerua supposita est tibi. 490
 senex, tibi os est sublitum plane et probe.
 ego illám requiram iam ubi ubi est. bellator, uale.—
 PE. eugae, eugae! Epidice, frugi's, pugnastí, homo es,
 20 qui me emunxisti mucidum, minimi preti.
 mercatus te hodie est de lenone Apoecides? 495
 FI. fando ego istunc hominem numquam audiui ante hunc
 diem
 neque me quidem emere quisquam ulla pecunia
 potuit : plus iam sum liberá quinquennium.
 25 PE. quid tibi negotist meae domi igitur? FI. audies.
 conducta ueni ut fidibus cantarem seni, 500
 dum rem diuinam faceret. PE. fateor me omnium
 hominum esse Athenis Atticis minimi preti.
 sed tu nouistin fidicinam Acropolistidem?
 30 FI. tam facile quam me. PE. ubi habitat? FI. postquam
 liberast
 ubi habitet dicere admodum incerte scio. 505
 PE. eho an libera illa est? quis eam liberauerit
 uolo scire, si scis. FI. id quod audiui audies.

485 r. [et] p. P east] est A 486 illum qui PA ut vid. : qui
 (om. PE) post spatium PBD (in archetypi PA pagina fenestra erat; cf.
 v. 506) (iii. 8) 487 is om. P destinavit om. spatio relicto P (emit B)
 (cf. ad 486) 488 articulatum concidis A 489 qui A 490
 cerua om. P 492 vel illanc PE. bell. P, fort. recte 493 Euge
 frugi P pugnauisti Camerarius 495 mercatus est (pro merca-
 tust vel mercatu'n [est]) te h. est (vix pro ex) l. A 496 Fando
 Geppert : Fandum A, vix recte : Eandum P (E pro F) (Ehodum B²)
 497 me equidem A 498 vix sum libere quinquennium sum
 libera Fleckeisen 503 probistiin A [mulierem] fidicinam A ('var.
 lect. adscr.' Scyffert) 504 ubertast P (u pro li) (v. 12, p. 75)
 505 dioere om. P admodum] dum P (cf. ad 486) incerto P
 506 libera illa est om. spatio relicto P (cf. ad 486) liberauit A : liber-
 auerit per compend. scr. in P, ut vid. 507 audiui iam audiens A (iv. 3)

- Stratippoclem aiunt Periphanei filium
 apsentem curauisse ut fieret libera. 35
- 510 PE. perii hercle si istaec uera sunt ; planissime
 meum exéteraui Epidicus marsuppium.
 FI. haec sic audiui. numquid me uis ceterum ?
 PE. malo cruciatu ut pereas atque abeas cito.
 FI. fides non reddis ? PE. neque fides neque tibias. 40
- 515 propera sis fugere hinc si te dí amant. FI. abiero.
 flagitio cum maiore post reddes tamen.—
 PE. quid nunc ? qui in tantis positus sum sententiis
 eamne ego sinam inpune ? immo etiam si alterum
 tantum perdundumst, perdam potius quam sinam 45
- 520 me inpune inrisum esse, habitum depeculatu.
 ei ! seic data esse uerba praesenti palam !
 ac me minoris facio praé illo, qui omnium
 legum atque iurum fictor, condictor cluet ;
 is etiam sese sapere memorat : malleum 50
- 525 sapientiozem uidi excusso manubrio.

ACTVS IV

PHILIPPA PERIPHANES

IV. i

PH. Si quid est hómini miseriarum quod miserescat, miser
 ex animost.
 id ego experior, quoi multa in unum locum confluunt quae
 meum pectu' pulsant

508 aiunt *om.* P 509 libera] filia A (v. 4) 510 *vel distingue*
post plan. 511 epidicus marsuppium [epidicus] A 512 nunc
 [si] quid uis me ceterum A ('*conflat. ex numquid et siquid*' *Seyffert*)
 513 [ut] cruciatu ut A 515 p. sis igitur A (? *conflat. ex p. sis et p.*
ig.) : p. *ig.* P te si A 517 Qui nunc quin tantis positus sijs
 sententeis A sim E 518-20 *om.* A (*propter homoeoarch.* ?) 520
 depeculatu] *Buecheler* : depeculatum *cod.* 521 ei seic A : eis sic
 P : mei (mi) sic *Buecheler* 522 atque *codd.* me minoris]
 meminervis P facio bis A 523 conditor P (*cf. Curc. 5 conditus*
pro condictus) 525 uidi excusso *om.* P, *spatio relicto (in archetyp)*
 PA *pagina fenestra erat ; cf. v. 539* 526-40 in A *pauca leguntur*

- simul : multiplex aerumna exercitám habet,
 5 paupertas, pauor territat mentem animi, 530
 neque ubi meas cónlocem spes habeo mi usquam muni-
 tum locum.
 ita gnata mea hostiumst potita neque ea nunc ubi sit scio.
 PE. quis illaec est mulier timido pectore peregre adueniens
 quae ipsa se miseratur? PH. in his dictust locis habitare
 mihi
 10 Periphanes. PE. me nominat haec ; credo ego illi hospitio 535
 usu' uenit.
 PH. peruelim mercedem dare qui monstret eum mi hominem
 [aut] ubi habitat.
 PE. noscito ego hanc, nam uideor nescio ubi mi uidisse prius.
 estne ea an non east quam animus retur meus?
 PH. di boni ! uisitauí * * antidhac ?
 15 PE. certo east * * 540
 quam in Epidauro 540^a
 pauperculam memini comprimere. 540^b
 PH. plane hicine est
 qui mi in Epidauro uirgini primu' pudicitiam perpulit. 541^a
 20 PE. quae meo compressu peperit filiam quam domi nunc
 habeo.
 quid si adeam— PH. hau scio an congregias— PE. si haec
 east. PH. sin is est homo,
 sicut anni multi dubia dant. PE. longa dies meum in-
 certat animum.

529 erumnam *P*, *A n. l.* : aerumna me *Gulielmius* 531 mi (mih)
om. P 532 nescio *P* 534 dictus l. *Pius* : vix dictu' locist
 535 (us)uſ (hos)pi — *A* uenit *Pius* : inuenit *P* (*A n. l.*) 536
 aut (*unde fit versus troch. octonarius*) del. *Becker* (*A n. l.*) habet
 (?) *Leo* 537 me *P* (*A n. l.*) fort. recte (*cf. Bosscher 'de Curc.'*
p. 30) 538 east] est *P* 539 inter uisitauí et antidhac spatium
 relictum *P* (*cf. v. 525*) : *A n. l.* 540 spatium post east relictum *P* :
A n. l. 541^a mihi *codd.* uirgini *om. P* pepulit *P* fort. recte (*cf.*
Trin. 308 perpulit pro pepulit) 542 quam d. n. h. *om. A ut vid.*
 543 *Nonius* 473 testatur congregias ; congregiar *P*, *A n. l.* : fort. con-
 grediam sin] si *Geppert* est is *B* (*A n. l.*) 544 de ubi andant
P (*pro dubiam dant?*)

- 545 sin east quam incerte autumo, hanc congregiar astu.
 PH. muliebris adhibenda mihi malitia nunc est.
 PE. compellabo. PH. orationis aciem contra conferam. 25
 PE. salua sies. PH. salutem accipio mihi et meis. PE. quid
 ceterum?
 PH. saluos sis: quod credidisti reddo. PE. haud accuso
 fidem.
 550 nouin ego te? PH. si ego te noui, animum inducam ut tu
 noueris.
 PE. ubi te uisitauit? PH. inique iniuriu's. PE. quid iam?
 PH. quia
 tuae memoriae interpretari me aequom censes. PH. commode 30
 fabulata's. PH. mira memoras, (Periphane.) PE. em istuc
 rectius.
 meministin? PH. memini id quod memini. PE. at in
 Epidauro— PH. ah! guttula
 555 pectus ardens mi aspersisti. PE. uirgini pauperculae
 tuaeque matri me leuare paupertatem? PH. tun is es
 qui per uoluptatem tuam in me aerumnam opseuisti grauem? 35
 PE. ego sum. salue. PH. salua sum quia té esse saluom
 sentio.
 PE. cedo manum. PH. accipe. aerumnosam et miseria-
 rum compotem
 560 mulierem retines. PE. quid est quod uoltus tte turbatt tuos?
 PH. filiam quam ex te suscepi— PE. quid eam? PH.
 eductam perdiidi.
 hostium est potita. PE. habe animum lenem et tranquillum. 40
 tace.

545 sein *A*: si *Geppert* incerto *P* autumo *Camerarius*: animo
P: au(di)o *A* 550 ut tu] uti *P* (? *pro* uti tu) 553 Periphane
 in *A* fuisse suspicatur *Studemund*: om. *P* (cf. ad v. 554): age plane
 (?) *Seyffert* 554 quod . . . at om. *P* (propter fenestram aut ma-
 culam in pagina) 556-61 tantum priores versuum partes servatae
 in *A* 557 me aerumnam *Camerarius*: mea aerumna (er-) *P* (*A n. l.*)
 559 aer.] aerumnarum *codd. Nonii* 456 560 uoltus *Camerarius*: duo
 itus *P* (*A n. l.*) (*I pro L*) deturbat *Ital.*: se turbat *Jacob*: turbatust
Goetz (*inmo uoltust*) 562 tace *Geppert*: face *P* (*A n. l.*) (*F pro T*)

domi meae eccam saluam et sanam. nam postquam audiui
 ilico
 e meo séruo illam esse captam, continuo argentum dedi
 ut emeretur. ille eam rem ádeo sobrie et frugaliter 565
 accurauit ut—ut ad alias res est inpense improbus.

45 PH. fac uideam, sei mea, sei saluam <me> uis. PE. eho!
 istinc, Canthara,
 iube Telestidem huc prodire filiam ante aedis meam,
 ut suam uideat matrem. PH. remigrat animus nunc demum
 mihi.

ii ACROPOLISTIS PERIPHANES PHILIPPA

AC. Quid est, pater, quod me exciuiisti ante aedis? PE. ut 570
 matrem tuam
 uideas, adeas, aduenienti des salutem atque osculum.

AC. quam meam mátre[m]? PE. quae exanimata exsequitur
 aspectum tuom.

PH. quis istaec est quam tu osculum mi ferre iubes? PE.
 tua filia.

5 PH. haecine? PE. haec. PH. egone osculum huic dem?
 PE. qu[r] non, quae ex te nata sit?

PH. tú homo insanis. PE. egone? PH. tune. PE. qu[r]? 575
 PH. quia égo hanc quae siet
 neque scio neque noui neque ego hanc oculis uidi ante hunc
 diem.

PE. scio quid erres : quia uestitum atque ornatum immuta-
 bilem

habet haec, *

10 PH. * aliter catuli longe olent, aliter sues.

566 ut ad *om.* P 567 sei: mea sei saluam me uis *scripsi*: sim(ea)
 seisaluam - A : si me uis P 568 Telestidem *Valla*: acropolistidem
codd. huc *om.* P 569 remigrat A 571-80 in A *paucal*
guntur 571 aduenienti *Camerarius*: uenienti P (A n. l.) 574
 quor A ut *uid.* 575 quor <nam> *Goetz* 578. 579 duo *versus*
fuerunt in A : unum *versum*, lacuna non *indicata*, *exhibet* P (cf. ad 554)
 579 suis *codd.* (corr. B³)

- 580 né ego me nego nosse hanc quae sit. PE. pro deum atque
 hominum fidem !
 quid ? ego lenocinium facio qui habeam alienas domi
 atque argentum egurgitem domo prósus ? quid tu, quae
 patrem
 tuom uocas me atque osculare, quid stas stupida ? quid taces ?
 Ac. quid loquar uis ? PE. haec negat se tuam esse matrem. 15
 Ac. ne fuat
- 585 si non uolt : equidem hac inuita tamen ero mátris filia ;
 non med istanc cogere aequom est meam esse matrem si
 neuolt.
 PE. cur me igitur patrem uocabas ? Ac. tua istaec culpast,
 non mea.
 non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me appelles filiam ?
 hanc quoque etiam, si me appellet filiam, matrem uocem. 20
 590 negat haec filiam me suam esse : non ergo haec mater mea
 est.
 postremo haec mea culpa non est : quae didici dixi omnia ;
 Epidicus mihi fuit magister. PE. perii ! plaustrum perculi.
 Ac. numquid ego ibi, pater, peccaui ? PE. si hercle te um-
 quam audiuero
 me patrem uocare, uitam tuam ego interimam. Ac. non uoco.
 595 ubi uoles pater esse ibi esto ; ubi noles ne fueris pater.
 PH. quid (si) | ob eam rem hanc emisti quia tuam gnatam
 ratu's,
 quibu' de signis agnoscebas ? PE. nullis. PH. qua re filiam
 credidisti nostram ? PE. seruos Epidicus dixit mihi.

580 ne . . . sit (?) *Leo* (nego me *Goets*) : ne ego me no — sse h . . . q —
A : ne ego eam nouisse *P* pro deum *om. P* 581 alienas
Dousa : alienos *P* : (a)nc(illas) *A* (v. 1) 585 hanc *A* tam *Bothe*
 587-91 *pauca leguntur in A* 588 appellas *PBD (A n. l.)* 592
 magister fuit *P* austrum *P* 593 pater et audiuero (*fort. etiam*
 peccaui) *om. P* (*propter fenestram in archetypi pagina ; cf. ad v. 608*)
 595 ibi] pater *A* (v. 1) 596 si *suppl. Studemund (A n. l.)* istanc
Brix (emisti's *A* qui *A* es ratus *A* 597-9 *om. A* (*propter*
homocoarch. QVIB'DE et QVIDE)

- 30 PH. quid si seruo aliter uisum est, non poteris nouisse, op-
secro ?
PE. quid ego, qui illam ut preimum uidi, numquam uidi 600
postea ?
PH. perii misera ! PE. ne fle, mulier. intro abi, habe
animum bonum ;
ego illam reperiam. PH. hinc Athenis cuius eam emit
Atticus :
adulescentem equidem dicebant emisse. PE. inueniam, tace.
35 abi modo intro atque hanc adserua Circam Solis filiam.
ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo : 605
si inuenio exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem. —

ACTVS V

V. i STRATIPPOCLES EPIDICVS DANISTA
TELESTIS

- ST. Male morigerus mihi est danista, quei a me argentum
non petit
neque illam adducit quam <emi> ex praeda. sed eccum
incedit Epidicus.
quid illuc est quod illi caperrat frons seueritudine ?
EP. si undecim deos praeter sese secum adducat Iuppiter, 610
5 ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora uidi, ibi aderat una Apoecides ;
nunc homines me quaeritare credo. senserunt, sciunt
sibi data esse uerba. ST. quid agis, mea Commoditas ? EP.
quod miser.

599 seruolo (cum nosse) *Hasper, rhythmica causa* 601 habeto *P*
(cf. *Pseud.* 1073, *Stich.* 256) 603 exc (vel ego) inu. *A* 604 obserua
A circa *P* ut vid. solus *A* 606 exitiabilem ego faciam ut
hic fiat dies *A* (? pro ut illic hic) 607 quid me *P* (qui de me *B*³)
non] n *A* 608 quam emi ex praeda *Goetz*: quae e (*sequente*
spatio) praeda ut vid. *P* (quae est pr. *B*³) (*A* n. l.) 609 vel illic
612 aderat ibi *P* 614 agitis *A*

- 615 ST. quid est tibi? EP. quin tu mihi adornas ad fugam uia-
ticum
priu' quam pereo? nam per urbem duo defloccati senes 10
quaeritant me, in manibus gestant copulas secum simul.
ST. habe bonum animum. EP. quippe ego quoi libertas in
mundo sitast.
ST. ego te seruabo. EP. edepol me illi melius si nancti
fuant.
- 620 sed quis haec ést muliercula et ille grauastellus qui uenit?
ST. hic est danista, haec illa est autem quam [ego] emi de 15
praeda. EP. haecines?
ST. haec est. estne ita ut tibi dixi? aspecta et contempla,
Epidice:
usque ab unguiculo ad capillum summumst festiuissima.
estne consimilis quasi quom signum pictum pulchre aspexeris?
- 625 EP. e tuis uerbis meum futurum corium pulchrum praedicas,
quem Apelles ac Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis. 20
ST. di immortales! sicut iussi ad me ires? pedibus plumbeis
qui perhibetur priu' uenisset quam tu aduenisti mihi.
DA. haec edepol remorata med est. ST. siquidem istius
gratia
- 630 id remoratu's quod ista uoluit, nimium aduenisti cito.
DA. age age, apsolue (me) atque argentum numera, ne 25
comites morer.

615 ad om. A 616 post 617 P 617 te A simul] siaui P
(A pro M, I pro L) 618 bonum] num A 619 me] ne Gulielmus
620 grauastellus P, Paulus 96: rauistellus A, Paulus 273 que P
aduenit codd. Pauli 96 621 emi ex P: ego emi de A 622 ita Mueller:
ista A: om. P et] haec P 623 unguulo A 624 vel estn'
cons (sq. spat.) signum P (propter fenestram in archetypi pagina; cf.
v. 641; considera s. B³) aspexeris A: uideris P 626-37
per pauca leguntur in A 626 appelles P pincent P (C pro G)
627 sicut iussi ad me ire Brix (ires Leo): socio (scio B) iussi admirer
P (A n. l.) (i. 5. p. 108): soccos iussi adimere Ital.: si Iouis iussu ad
me iret Palmer plumbeis Brix: pulmunes P (A n. l.): plumipes
Palmer Oedipus si ad me iret pedibus turgidis Wageningen (Berl.
Phil. Woch. 18, 1005) 628 uen(is)se A 631 me add. Camevarius
(A n. l.) numera bis P, A n. l.

- St. pernumeratumst. DA. tene cruminam : huc inde. St.
sapienter uenis.
opperire dum ecfero ad te argentum. DA. matura. St.
domist.—
- EP. satin ego oculis utilitatem optineo sincere an parum ?
uideon ego Telestidem te, Periphanei filiam, 635
30 ex Philippa matre natam Thebis, Epidauri satam ?
TE. quis tu homo es qui meum parentum nomen memoras
et meum ?
EP. non me nouisti ? TE. quod quidem nunc ueniat in
mentem mihi.
EP. non meministi me auream ad te adferre natali die
lunulam atque anellum aureolum in digitum ? TE. memini, 640
mi homo.
35 tune is es ? EP. ego sum, ét istic frater qui te mercatust tuos.
* * alia matre, uno patre.
TE. quid pater meu' ? uiuost ? EP. animo liquido et tran-
quillo es, tace.
TE. di me ex perdita seruatam cupiunt si uera autumas.
EP. non habeo ullam occasionem ut apud te falsa fabuler. 645
St. accipe argentum hoc, danista. hic sunt quadraginta
minae.
40 si quid erit dubium immutabo. DA. bene fecisti, bene uale.—
St. nunc enim tu mea es. TE. soror quidem edepol, ut tu
aeque scias.
salue, frater. St. sanan haec est ? EP. sana, si appellat suom.
St. quid ? ego <quo> modo huic <sum> frater factus, dum 650
intro eo atque exeo ?

632 uenis] mones *Acidalius*, fort. recte (*A n. l.*) 635 post 636 *P*
635 periphani *cod.* 636 natam *Pylades*: natam [as] *P*, *A n. l.*
637 ε:† *A* 639 post 640 *P* 641 sum *om. A* qui te mer-
catus *A*, *om P* (cf. v. 624) tuus [est] *P* 642-52 *ferre nihil legitur A*
642 in alia *P*, *A n. l.* TE. <he>m, m(eus frater ille) ut f(iat?) *Leo*
647 erit *bis P* 650 *suppl. Redslob* (*Berl. Phil. Woch.* 22, 553): modo
<amator sum> h. *Leo*: <nouo> modo <sum> h. *Goetz* exeo] ea eo *P*
(*A pro X*; vi. 1)

EP. quod boni est id tacitus taceas tute tecum et gaudeas.

ST. perdidisti et repperisti me, soror. EP. stultu's, tace. 45
tibi quidem quod ames domi praestost, fidicina, | opera mea;
et sororem in libertatem idem opera concilio mea.

655 ST. Epidice, fateor—EP. abi intro ac iube huic aquam
calefieri;

cetera haec posterius faxo scibis ubi erit otium.

ST. sequere hac me, soror. EP. ego ad uos Thesprionem 50
iussero

huc transire. sed memento, si quid saeuibit senex,
suppetias mihi cum sorore ferre. ST. facile istuc erit.—

660 EP. Thesprio, exi istac per hortum, adfer domum auxilium
mihi,

magnast res. minoris multo facio quam dudum senes.
remeabo intro, ut adcurrentur aduenientes hospites. 55

eadem haec intus edocebo quae ego scio Stratippoclem.
non fugio, domi adesse certumst; neque ille haud obiciet
mihi

665 pedibus sese prouocatum. abeo intro, nimi' longum lo-
quor.—

PERIPHANES APOECIDES EPIDICVS ii

PE. Satine illic homo ludibrio nos uetulos decrepitos duos
habet? AP. immo edepol tuquidem miserum med habes
miseris modis.

PE. tace sis, modo sine me hominem apisci. AP. dico ego
tibi iam, ut scias:
alium tibi te comitem meliust quaerere; ita, dum te sequor,

651 quid B 653 fidicina (illa) Goetz (A n. l.) 656 ubi
om. P fuer(it) A 657 me soror hac A 658 saeuunt senes
ut vid. P contra metrum (? pro saeuuit senex; ita A): saeuibunt senes
Dousa 659 supretias P 660-8 pauca leguntur in A 661 mag-
nast (magnas B' ut vid.) res P: (est ma' gna — ut vid. A: vix magna
rest facto corr. facio P, ut vid. (A n. l.) 663 hac P 668
sine modo potest fuisse in A adipisci B³ 669 te c. [te] melius
P, A n. l.

5 lassitudine inuaserunt misero in genua flemina. 670

PE. quot illic homo hodie me exemplis ludificatust atque te,
ut illic autem exenterauit mihi opes argentarias!

AP. apage illum a me! nam ille quidem Volcani iratist filius:
quaqua tangit, omne amburit, si astes, aestu calefacit.

10 EP. duodecim dis plus quam in caelo deorumst immortalium 675
mihi nunc auxilio adiutores sunt et mecum militant.

quidquid ego male feci, auxilia mi et suppetiae sunt domi,
apolactizo inimicos omnis. PE. ubi illum quaeram gentium?

AP. dum sine me quaeras, quaeras mea caússa uel medio
in mari.

15 EP. quid me quaeris? quid laboras? quid hunc sollicitas? 680
ecce me.

num te fugi, num ab domo apsum, num oculis concessi tuis?

* * *

nec tibi supplico. uincire uis? em, ostendo manus;

tú habes lora, ego te emere uidi: quid nunc cessas? conliga.

PE. ilicet! uadimonium ultro mihi hic facit. EP. quin con- 685
ligas?

20 AP. edepol mancupium scelestum! EP. te profecto, Apoe-
cides,—

nil moror mihi deprecari. AP. facile exoras, Epidice.

EP. ecquid agis? PE. tuon árbitratu? EP. meo hercle
uero atque hau tuo

conligandae haec sunt tibi hodie. PE. at non lubet, non
conligo.

AP. tragulam in te inicere adornat, nescioquam fabricam 690
facit.

670 lassitudinem P 671 quod illic (hom)o A: quod illi P
674 si [propius] astest P (iv. 1) 679 quaeras *semel* P uel
om. A 680-3 *pauca leguntur in A* 682 *om.* P: *vestigia*
tantum app. in A, unde nec mihi gratu's neque odiosus neque timorem
mi exhibes Leo 684 ego] (e)a A 685 facit *Pius*: facis P,
A n. l. quid P 687 deprecari] *deprae* P 688 uerbo P
689 *post hunc versum* 692 *suo loco redeuntem praebet P (propter*
homocotel. collig- anticipatum; ii. 6) 690 *tragula* P fecit P

- EP. tibi moram faci' quom ego solutus asto. age, inquam, 25
conliga.
- PE. at mihi magi' lubet solutum te rogitare. EP. at nihil scies.
- PE. quid ago? AP. quid agas? mos geratur. EP. frugi
es tú homo, Apocides.
- PE. cedo manus igitur. EP. morantur nihil. atque arte
conliga,
- 695 nihil uero (hoc) obnoxiosse. PE. facto opere arbitramino.
- EP. bene hoc habet. age nunciam ex me exquire, rogita 30
quod lubet.
- PE. qua fiducia ausu's primum quae emptast nudiustertius
filiam meam dícere esse? EP. lubuit: ea fiducia.
- PE. ain tu? lubuit? EP. aio. uel da pignus, ni ea sit filia.
- 700 PE. quam negat nouisse mater? EP. ni ergo matris filia est,
in meum númmum, in tuom talentum pignus da. PE. enim 35
istaec captiost.
- sed quis east mulier? EP. tui gnati amica, ut omnem rem
scias.
- PE. dedin tibi minas triginta ob filiam? EP. fateor datas
et eo argento illam me emisse amicam fili fidicinam
- 705 pro tua filia: is te †abore† tetigi triginta minis.
- PE. quomodo me ludos fecisti de illa conducticia 40
fidicina! EP. factum hercle uero et recte factum iudico.
- PE. quid postremo argento factum est quod dedi? EP.
dicam tibi:
- neque malo homini neque benigno tuo dedi Stratippocli.
- 710 PE. cur dare ausu's? EP. quia mi lubitum est. PE. quae
haec, malum, inpudentiast?

691 age] alege P (aie scriptum erat; v. 3) 692 vel mage
694-707 pauca leguntur in A 695 hoc add. Goetz (A n. l.) cf.
Hasper ad Epid. coniectan. 699 vel Ain tu 'lubuit'? da] ad P
(ii. 7) east Brugmann 701 istaec Briv: iste P, A n. l. 702
rem add. Pylades (A n. l.) 703 diden P 704 eo] ego A (cum
FBD) 705 is te (Merula) ob eam rem Goetz: iste abore P: istaa —
A: fort. is fabre te minas B 706 ludo P 710 quor A
inp. om. P

- 45 EP. etiam inclamitor quasi seruos? PE. quom tu es liber
gaudeo.
EP. merui ut fierem. PE. tu meruisti? EP. uisse intro:
ego faxo scies
hoc ita esse. PE. quid est negoti? EP. iam ipsa res
dicet tibi.
abi modo intro. AP. i, illuc non temerest. PE. adserua
istum, Apocides.—
AP. quid illuc, Epidice, est negoti? EP. maxuma hercle iniuria 715
50 uinctus asto, quoius haec hodie opera inuentast filia.
AP. ain tu te illius inuenisse filiam? EP. inueni et domi est.
sed ut acerbum est pro bene factis quom mali messim metas!
AP. quamne hodie per urbem uterque sumu' defessi quaerere?
EP. ego sum defessus reperire, uos defessi quaerere. 720
55 PE. quid isti oratis opere tanto? (me) meruisse intellego
ut liceat merito huius facere. cedo tu ut exsoluam manus.
EP. ne attigas. PE. ostende uero. EP. nolo. PE. non
aequom facis.
EP. numquam hercle hodie, nisi supplicium mihi das, me
solui sinam.
PE. optumum atque aequissimum oras. soccos, tunicam, 725
pallium
60 tibi dabo. EP. quid deinde porro? PE. libertatem. EP.
at postea?
nouo liberto opus est quod pappet. PE. dabitur, praebebo
cibum.
EP. numquam hercle hodie, nisi me orassis, solues. PE.
oro te, Epidice,
mihi ut ignoscas siquid inprudens culpa peccaui mea.

711-24 *per pauca leguntur A* 711 inclamitor quasi *Ital.*: in-
damitor que si *P* (d pro cl), *A n. l.* 714 ibi *P* (abi *J*), *A n. l.*
ei *P*, *A n. l.* illuc non (?) *Leo*: non illuc *P*, *A n. l.* 718 mali
Pius: malis *P*, *A n. l.* 721 me add. *Geppert, Weber* (*Philol.* 57,
231) (*A n. l.*): promeruisse *Seyffert* 722 *vel sic distingue* cedo
tu, ut exs., manus 723 atticas *P* (*C pro G*) 728 orasseis *A*
729 ignoscans *A* siquid *suspectum*: an siqui?

730 at ob eam rem liber esto. EP. inuitus do hanc ueniam tibi,
nisi necessitate cogar. solue sane si lubet.

GREX

Hic is homo est qui libertatem malitia inuenit sua.
plaudite et ualete. lumbos porgite atque exsurgite. 65

731 solues *A* 732 POETA (*B*) vel GREX (*J*) *P*, *A* n. l. : fort.
ΠΑΝΤΕC (*cf. ad Bacch. 1207*) is] sis *A* qua *A* 733 et *om.*
P purgite atque exsurgite *A* (*pro surgite a. exporgite?*) : surgite
atque extollite *P*

MENAECHMI

ARGUMENTVM

Mercator Siculus, quoi erant gemini filii,
Ei surrupto altero mors optigit.
Nomen surreptici illi indit qui domist
Avos paternus, facit Menaechmum e Sosicle.
5 **E**t is germanum, postquam adolevit, quaeritat
Circum omnis oras. post Epidamnum devenit
Hic fuerat alitus ille surrepticius.
Menaechmum omnes civem credunt advenam
Eumque appellant meretrix, uxor et socer.
10 **I** se cognoscunt fratres postremo invicem.

3 surrepticii *Camerarius*: surrepiti *cod.*
7 alitus *Ital.*: auitus *cod.*

4 paternos *cod.*

PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS

MENAECHMVS I

MENAECHMVS II (SOSICLES) } ADVLESCENTES

EROTIVM MERETRIX

CYLINDRVS COCVS

MESSENIQ SERVVS

ANCILLA

MATRONA

SENEX

MEDICVS

SCAENA EPIDAMNI

vel CVLINDRVS

PROLOGVS

Salutem primum iam a principio propitiam
 mihi atque uobis, spectatores, nuntio.
 adporto uobis Plautum—lingua, non manu :
 quaeso ut benignis accipiatis auribus.
 5 nunc argumentum accipite atque animum aduortite ; 5
 quam potero in uerba conferam paucissima.
 atque hoc poetae faciunt in comoediis :
 omnis res gestas esse Athenis autumant,
 quo illud uobis graecum uideatur magis ;
 10 ego nusquam dicam nisi ubi factum dicitur. 10
 atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen
 non atticissat, uerum sicilicissitat.
 †huic argumento antelogium hoc fuit† ;
 nunc argumentum uobis demensum dabo,
 15 non modio neque trimodio, uerum ipso horreo : 15
 tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.
 mercator quidam fuit Syracuſis senex,
 ei sunt nati filii gemini duo,
 ita forma simili puerei uti mater sua
 20 non internosse posset quae mammam dabat, 20
 neque adeo mater ipsa quae illos pepererat,
 (ut quidem ille dixit mihi qui pueros uiderat :
 ego illós non uidi, ne quis uostrum censeat).
 postquam iam pueri septuennes sunt, pater
 25 onerauit nauim magnam multis mercibus ; 25
 imponit geminum alterum in nauim pater,

8 omnes *Ital.*
 mento *Bergk*
 (fini) fuit

9 uobis illud *Pylades*
 fuit (interim) *Schoell* (*ex Auson, ep. 16 praef.*) : *fort.*
 16 tanta *Ital.*

13 (igitur) argu-
 mento *Schoell* (*ex Auson, ep. 16 praef.*) : *fort.*
 26 geminorum *Hermann*

- Tarentum auexit secum ad mercatum simul,
illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludei forte erant quom illuc uenit.
- 30 mortales multi, ut ad ludos, conuenerant : 30
puer aberrauit inter homines a patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit,
is puerum tollit aueritque Epidamnium.
pater eius autem postquam puerum perdidit,
- 35 animum despondit eaque is aegritudine 35
paucis diebus post Tarenti emortuost.
postquam Syracúsas de ea re rediit nuntius
ad auom puerorum, puerum surruptum alterum
patremque pueri Tarenti | esse emortuom,
- 40 immutat nomen auos huic gemino alteri ; 40
ita illúm dilexit qui surruptust alterum :
illius nomen indit illi qui domi est,
Menaechmo, idem quod alteri nomen fuit ;
et ipse eodem est auo' uocatus nomine
- 45 (propterea illius nomen memini facilius, 45
quia illúm clamore uidi flagitarier).
ne mox erretis, iam nunc praedico prius :
idem est ambobus nomen geminis fratribus.
nunc in Epidamnnum pedibus redeundum est mihi,
- 50 ut hanc rem uobis examussim disputem. 50
si quis quid uestrum Epidamnnum curari sibi
uelit, audacter imperato et dicito,
sed ita ut det unde curari id possit sibi.
nam nisi qui argentum dederit, nugae egerit ;
- 55 qui dederit, magi' maiores nugae egerit. 55

31 inter homines aberrauit *cod.* : *trai. Acidalius* 33 Epidamnnum
eum *Seyffert* 35 ea quis *cod.* post 36 inseruit *Schoell* *versum*
quem Fulgentius p. 559 ad 'Plautum in Menaechmis comoedia' *refert* :
sicut pollinctor dixit, qui eum pollinxerat (*cf. Poen. prol. 63*) 39
an fuisse ? *Sed Tárēnti suspectum* (v. 1) 41 *vel illunc* 51
Epidamni *Ital.* 54 qui *Beroaldus* : qui [non] *cod.* 55 qui
Pylades : [nam nisi] qui *cod.* (*ex v. 54 ; iv. 3*) *vel mage*

- uerum illuc redeo unde abii atque uno asto in loco.
 Epidamniensis ill' quem dudum dixeram,
 geminum illum puerum qui surrupuit alterum, ,
 ei liberorum nisi diuitiae nihil erat :
 60 adoptat illum puerum surrupticium 60
 sibi filium eique uxorem dotatam dedit,
 eumque heredem fecit quom ipse obiit diem.
 nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat,
 ingressus fluuium rapidum ab urbe hau longule,
 65 rapidus raptori pueri subduxit pedes 65
 apstraxitque hominem in maxumam malam crucem.
 illi diuitiae | euenerunt maxumae.
 is illic habitat geminus surrupticius.
 nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
 70 hodie in Epidamnum uenit cum seruo suo 70
 hunc quaeritatum geminum germanum suom.
 haec urbs Epidamnum est dum haec agitur fabula :
 quando alia agetur aliud fiet oppidum ;
 sicut familiae quoque solent mutarier :
 75 modo hic habitat leno, modo adulescens, modo senex, 75
 pauper, mendicus, rex, parasitus, hariolus

* * * * *

56 redeunde *cod.* (*corr. B²*) 57 *accedit A* ; 57-75 *tantum initia servata* 58 *alteram cod.* (-rum *B¹*) 59 *diuiliae cod.* 62
 quom *Pius* : *quam cod.* 65 *pedes Saracenus* : *fides cod.* (*F pro P* ;
 vi. 1) 67 *illi (autem) Schoell* *vix deuenerunt* 70
 ueniet *Geppert* 74 *mutari cod.* (i. 7, 11) 75 *hic habitat*
Schoell : *ni caditat P, A n. l.* 76 *in A usque ad v. 91 tantum*
paucorum versuum extrema apparent, prologus uno versu auctior fuisse
videtur

ACTVS I

PENICVLVS

f. i

PE. Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi,
 ideo quia mensam quando edo detergeo.
 homines captiuos qui catenis uinciunt
 80 et qui fugitiuis seruis indunt compedis,
 nimi' stulte faciunt mea quidem sententia. 5
 nam hóm̄ini misero si ad malum accedit malum,
 maior lubido est fugere et facere nequiter.
 nam se ex catenis eximunt aliquo modo.
 85 tum compediti ei anum lima praeterunt
 aut lapide excutiunt clauom. nugae sunt eae. 10
 quem tu adseruare recte ne aufugiat uoles
 esca atque potione uinciri decet.
 apud ménsam plenam hóm̄ini rostrum deliges ;
 90 dum tu illi quod edit et quod potet praebeas,
 suo arbitrato | ad fatim cottidie, 15
 numquam edepol fugiet, tam etsi capital fecerit,
 facile adseruabis, dúm̄ eo uinclo uincies.
 ita istaec nimi' lenta uincla sunt escaria :
 95 quam magis extendas tanto astringunt artius.
 nam ego ad Menaechmum hunc ⟨nunc⟩ eo, quo iam diu 20
 sum iudicatus ; ultro eo ut me uinciat.
 nam illic homo hóm̄ines non alit, uerum educat
 recreatque : nullus melius medicinam facit.

77 fecit nomen *codd. schol. Verg. Georg. 1, 137* 82 ⟨hoc⟩ hom.
Mueller 85 i *cod. ut vid. : om. B, codd. Nonii 333* 89 an ⟨ei⟩
 h. ? (A n. l.) 91 fort. arbitrato ⟨usque⟩ (A n. l.) (cf. ad *Most. 793*)
 92 in A usque ad v. 108 tantum paucorum versuum initia serua
 edepol fugiet tam etsi *Pylades* : edepol [te] fugiet tiam et si P,
 A n. l. : hercle effugiet tam etsi *codd. Nonii 38* (neglegens citatio) 94
 ea enim fere lenta *Nonius 108* (neglegens citatio) 96 nunc add.
Mueller

ita est adulescens ; ipsus escae maxumae, 100
 25 Cerialis cenas dat, ita mensas exstruit,
 tantas struices concinnat patinarias :
 standumst in lecto si quid de summo petas.
 sed mi interuallum iam hos dies multos fuit :
 domi domitus sum usque cum careis meis. 105
 30 nam neque edo neque emo nisi quod est carissimum.
 id quoque iam, cari qui instruontur deserunt.
 nunc ad eum inuiso. sed aperitur ostium.
 Menaechmum eccum ipsum uideo, progreditur foras.

ii M E N A E C H M V S I P E N I C V L V S

MEN. Ni mala, ni stulta sies, ni indomita inposque animi, 110
 quod uiro esse odio uideas, tute tibi odio habeas.
 praeterhac si mihi tale post hunc diem
 faxis, faxo foris uidua uisas patrem.
 5 nam quotiens foras ire uolo, me retines, reuocas, rogitas,
 quó ego eam, quam rem agam, quid negoti geram, 115
 quid petam, quid feram, quid foris egerim.
 portitorem domum duxi, ita omnem mihi
 rem necesse eloqui est, quidquid egi atque ago.
 10 nimium ego te hábui delicatam ; nunc adeo ut facturus
 dicam.
 quando ego tibi ancillas, penum, 120
 lanam, aurum, uestem, purpuram bene praebeo nec quic-
 quam eges,
 malo cauebis si sapis, uirum opseruare desines.
 atque adeo, ne me nequiquam serues, ob eam industriam
 15 hodie ducam scortum ad cenam atque aliquo condicam foras.
 PE. illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi ; 125

101 Cerialis *Festus* 310 (s. struices) : certalis *cod.* mensas *Festus* :
 mensam *cod.* 105 *fort.* domatus (*Class. Rev.* 12, 232) 110
 in *A* usque ad 124 *paucissima servata* 114 rogas *A* 116
 petam *Cambrarius* : detam *cod.* (D pro P) legerim *cod.* (*corr. B²*)
 118 eloqui *codd.* Nonii 24 : loqui *cod.* 124 atque aliquo ad cenam
Acidalius

nam si foris cenat, profecto mé, haud uxorem, ulciscitur.

MEN. euax! iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.

ubi sunt amatores mariti? dona quid cessant mihi

conferre omnes congratulantes quia pugnavi fortiter? 20

130 hanc modo uxori intus pallam surrupui, ad scortum fero.

sic hoc decet, dari facete uerba custodi catae.

hoc facinus pulchrumst, hoc probumst, hoc lepidumst,

hoc factumst fabre:

meo malo a mala apstuli hoc, ad damnum deferetur.

auorti praedam ab hostibus nostrum salute socium. 25

135 PE. heus adulescens! ecqua in istac pars inest praeda mihi?

MEN. perii! in insidias deueni. PE. immo in praesidium,

ne time.

MEN. quis homo est? PE. ego sum. MEN. o mea

Commoditas, o mea Opportunitas,

salue. PE. salue. MEN. quid agis? PE. teneo dextera

genium meum.

MEN. non potuisti magi' per tempus mi aduenire quam 30

aduenis.

140 PE. ita ego soleo: commoditatis omnis articulos scio.

MEN. uin tu facinus luculentum inspicere? PE. quis id

coxit coquos?

iam sciam, si quid titubatunst, ubi reliquias uidero.

MEN. dic mi, enumquam tu uidisti tabulam pictam in

pariete

ubi aquila Catameitum raperet aut ubi Venus Adoneum? 35

145 PE. saepe. sed quid istae picturae ad me attinent? MEN.

age me aspice.

ecquid adsimulo similiter? PE. qui istic est ornatus tuos?

126-58 *deest A* 126 *vel profecto med* 127 *hercle om.*
cod. Varronis L. L. 7, 93 130 *fort. (hanc) hanc (iamb.)* 135
fort. ecquis in i. praeda Camerarius: pre cod.: praemi Ital. 136
deuenit (corr. B²) cod. 139 *vel mage* 141 *quocus cod.* 143
enumquam Brix (ex Auson. 24, 1, p. 121 Sch.): numqua (B) vel num-
quam (PCD) cod. 145 *vel istaec* 146 *quis alii, sed cf. Seyffert*
(Berl. Phil. Woch. 13, 278) *vel ornatust*

- MEN. dic hominem lepidissimum esse mé. PE. ubi essuri
sumus?
- MEN. dic modo hoc quod ego te iubeo. PE. dico: homo
lepidissime.
- 40 MEN. ecquid audes de tuo istuc addere? PE. atque
hilarissime.
- MEN. perge, (perge)—PE. non pergo herclenisi scioquagrata. 150
litigium tibi est cum uxore, eo mi áps te caueo cautius.
- MEN. clám uxorem ubi sepulcrum habeamus atque hunc
comburamus diem.
- PE. age sane igitur, quando aequom oras, quam mox
incendo rogam?
- 45 dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuos. 154-5
- MEN. te morare mihi quom obloquere. PE. óculum ecof-
dito per solum
mihi, Menaechme, si ullum uerbum faxo nisi quod iusseris.
- MEN. concede huc a foribus. PE. fiat. MEN. etiam con-
cede huc. PE. licet.
- MEN. etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.
- 50 PE. eu edepol! ne tu, ut ego opinor, esses agitator probus. 160
- MEN. quidum? PE. ne te uxor sequatur respectas identidem.
- MEN. sed quid ais? PE. egone? id enim quod tu uis, id
aio atque id nego.
- MEN. ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,
facere coniecturam * ? *

147 *vel dice vel med* 149 *atqui cod.* 150 *perge add.*
Schwabe: (porro) Pylades 151 *eo Ritschl: M. (i. e. MEN.) o cod.*
(quasi illud E nota personae esset) 152 *ux. [est] cod. Charisii* 145
ubi pulcre Ussing, sed cf. Vahlen (ind. lect. Berolin. 1901), qui legit
cl. ux. est ubi sep. habeam atq. h. comburam d. 154, 155 *iam*
dum bilicum cod. (corr. B²) est post mortuus codd. Gellii 3, 14, 16
(? i. e. mortuost) 156 *qum cod., ut vid.* 159 *accedit A; 159-*
72 priores fere versuum partes leguntur 160 *vel opino* 162 *ais]*
agis P aio] ato P, A n. l. (corr. in B) nega P, A n. l. (corr. B²)
163 vel oléf. 164, 165 *facere coniecturam captum sit collegium P*
(iii. 11, p. 62): duo versus in A: facere coiecturam cum i — | Cυοί . s
.. aση . ius conieç—

- 165 (PE.) * captum sit collegium. 55
 MEN. agetum odorare hanc quam ego habeo pallam. quid
 olet? apstines?
 PE. summum olefactare oportet uestimentum muliebre,
 nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inutili.
 MEN. olfacta igitur hinc, Penicule. lepide ut fastidis!
 PE. decet.
- 170 MEN. quid igitur? quid olet? responde. PE. furtum, 60
 scortum, prandium.
 tibi fuant /* * *
 MEN. elocutu's, nam * * * (prandium.)
 nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium.
 mihi, tibi atque illi iubebo iam apparari prandium. PE. eu!
 175 MEN. inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. 65
 PE. [eu!]
 expedite fabulatu's. iam fores ferio? MEN. feri.
 uel mane etiam. PE. mille passum commoratu's cantharum.
 MEN. placide pulta. PE. metuis, credo, ne fores Samiae
 sient.
- 179-80 MEN. mane, mane opsecro hercle: eapse eecam exit. oh!
 solem uides
 satin ut occaecatust prae huius corporis candoribus? 70

EROTIVM PENICVLVS MENAECHEMVS I iii

ER. Anime mi, Menaechme, salue. PE. quid ego? ER.
 extra numerum es mihi.
 PE. idem istuc aliis adscriptiuus fieri ad legionem solet.

167 op. olfactare (olf—P, A n. l.) Guictus, sed de oléf— cf. Skutsch
 (Philol. 59, 504) 168 modori P, A n. l. (corr. B²) inutili Ritschl:
 inutilibili codd. Nonii 394: inlucido P, A n. l.: mucido Colvius 169
 difacta P (D pro O; vi. 1): vel oléfacta 171, 172 om. P: in A ser-
 vata vestigia 172 prandium addidi (iii. 11) 174 eu om. P 175
 diurnum P potāmus (poterimus) A eu om. P (cf. v. 174) 176
 ferio fores A (contra metrum) 177-92 pauca tantum in posteriori-
 bus versuum partibus A 178 scient P (cf. 188) 179, 180 ab
 se ecca P, A n. l. uide Acidalius ante hunc versum alius Loewio
 in A extare visus est ab f — incipiens 183 ad legionem fieri P

- MEN. ego istic mihi hodie apparari iussi apud te proelium. 184-5
 ER. hodie id fiet. MEN. in eo uterque proelio potabimus ;
 5 uter ibi melior bellator erit inuentus cantharo,
 tua est legiô : adiudicato cûm utro—hânc noctem sies.
 ut ego uxorem, mea uoluptas, ubi te aspicio, odi male !
 ER. interim nequis quin eius aliquid indutus sies. 190
 quid hoc est? MEN. induuiae tuae atque uxoris exuuiaie,
 rosa.
 10 ER. superas facile ut superior sis mihi quam quisquam qui
 impetrant.
 PE. meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat
 uidet ;
 nam si amabas, iam oportebat nassum abreptum mordicus. 194-5
 MEN. sustine hoc, Penicule : exuuias facere quas uoui uolo.
 PE. cedo ; sed opsecro hercle, salta sic cum palla postea.
 15 MEN. ego saltabo? sanus hercle non es. PE. egone an tu
 magis?
 si non saltas, exue igitur. MEN. nimio ego hanc periculo
 surrupui hodie. meo quidem animo ab Hippolyta sub- 200
 cingulum haud
 Hercules aequè magno umquam apstulit periculo.
 cape tibi hanc, quando una uiuis meis morigera moribus.
 20 ER. hoc animo decet animatos esse amatores probos.
 PE. qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.
 MEN. quattuor minis ego emi istanc anno uxori meae. 205
 PE. quattuor minae perierunt plane, ut ratio redditur.
 MEN. scin quid uolo ego te accurare? ER. scio, curabo
 quae uoles.

188 Tuest l. *P*, *A n. l.* ; fort. tua l. est fort. adiudicato (tu)
 scies *P* (cf. 178) 194-202 priores partes leguntur *A* 194,
 195 iamdudum oportuit *codd. Nonii* 138 (neglegens citatio) adeptum
codd. Nonii 196 quas uoui uolo *Camerarius*; quas suo uiuolo *P*,
A n. l. (i. 5) 199 e. i. s. n. salt. *A* 200-1 meo . . . periculo
 Peniculo dat *Schoell* 200 haud initio seq. versus *AP*, om. *cod. Festi*
 302 201 Hercules haud ae. *edd.* 202 micis *cod. (antiqua*
forma) 204 se proderent *P*: properent se *A ut vid.* 205
 egomi stanc *P (corr. B²)* 207 ego om. *A*

MEN. iube igitur tribu' nobis apud te prandium accurarier 25
 atque aliquid scitamentorum de foro opsonarier,
 210 glandionidam suillam, laridum pernonidam,
 aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad eum modum,
 madida quae mi adposita in mensam miluinam suggerant ;
 atque actutum. ER. licet ecastor. MEN. nos prodimus 30
 ad forum.
 iam hic nos erimus : dum coquetur, interim potabimus.
 215 ER. quando uis ueni, parata res erit. MEN. propera modo.
 sequere tu.—PE. ego hercle uero te et seruabo et te sequar,
 neque hodie ut te perdam meream deorum diuitias mihi.—
 ER. euocate intus Culindrum mihi coquom actutum foras. 35

EROTIVM CYLINDRVS iv

ER. Sportulam cape atque argentum. éccos tris nummos
 habes.
 220 CY. habeo. ER. abi atque opsonium adfer ; tribu' uide
 quod sit satis :
 neque defiat neque supersit. CY. quouismodi hic homines
 erunt ?
 ER. ego et Menaechmus et parasitus eiuis. CY. iam isti
 sunt decem ;
 nam parasitus octo | hominum munus facile fungitur. 5
 ER. elocuta sum conuiuas, ceterum cura. CY. licet.
 225 cocta sunt, iube ire accubitum. ER. redi cito. CY. iam
 ego hic ero.—

210 [aut] pernonidam *A* 212 suggeram *A* 214 quoquitur
P et fort. A 216 tu (me) *Lambinus* et *poster. om. A, ut vid.*
 218 quoquom *A* : quoquum *P* 219 treis *A* 221 vel hi vel hisce
 223 munus *P, codd. Nonii 497* : nunc *A* : (unus) munus *Mueller*
 (*Rhein. Mus. 54, 391*) : nunc munus *alii* 224 curari *A* (? *pro cura*
Cy.) ticet *P (corr. B²)* (*T pro L* ; vi. 1)

ACTVS II

II. i MENAECHEMVS II MESSENIO

- MEN. Voluptas nullast nauitis, Messenio,
 maior meo animo quam quom éx alto procul
 terram conspiciunt. MES. maior, non dicam dolo,
 quasi aduéniens terram uideas quae fuerit tua.
- 5 sed quaesso, quámobrem nunc Epidamnum uenimus? 230
 an quasi mare omnis circumimus insulas?
 MEN. fratrem quaesitum geminum germanum meum.
 MES. nam quid modi futurum est illum quaerere?
 hic annus sextus est postquam ei rei operam damus.
- 10 Histros, Hispanos, Massiliensis, Hilurios, 235
 mare superum omne Graeciamque exoticam
 orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare,
 sumu' circumuecti. sí acum, credo, quaererés,
 acum inuenisses, sei appareret, iam diu.
- 15 hominem inter uiuos quaeritamus mortuom; 240
 nam inuenissemus iam diu, sei uiueret.
 MEN. ergo istuc quaero certum qui faciat mihi,
 quei sese deicat scire eum esse emortuom:
 operam praeterea numquam sumam quaerere.
- 20 uerum aliter uiuos numquam desistam exsequi. 245
 ego illum scio quam cordi sit carus meo.
 MES. in scirpo nodum quaeris. quin nos hinc domum
 redimus nisi si historiam scripturi sumus?

226 nullast uoluptas P 227 quom] qui *codd. Lactantii ad Stat. Theb. 2, 194: quom P: fort. quom i (ei)* 228-9 *seve nihil legitur A*
 228 prospiciunt *Lact., A n. l.* 229 quam si P, *codd. Lact.: q— A: si (om. quam) edd.* 230-9 *priores partes leguntur A* 234 *vel sextust: sextus A* ei rei *Gruterus: ire hi P, A n. l.* 239 iam *Gulielmus: tam P, A n. l.* 242 qui] quid id A (? *pro qui id*) 246 *vel illunc* carus sit cordi meo A
 247-55 *posteriores partes leguntur A*

MEN. dictum facessas, datum edís, caueas malo.

250 molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. MES. em! 25

illoc enim uerbo esse me seruom scio.

non potuit paucis plura plane proloquei.

uerum tamen néqueo contineri quin loquar.

audin, Menaechme? quom inspicio marsuppium,

255 uiaticati hercle admodum aestiue sumus. 30

ne tu hercle, opinor, nisi domum reuorteris,

ubi nihil habebis, geminum dum quaeris, gemes.

nam ita est haec hominum natio: in Epidamnieis

uoluptárii atque potatores maxumei;

260 tum sycophantae et palpatores plurumei 35

in urbe hac habitant; tum meretrices mulieres

nusquam perhibentur blandiores gentium.

propterea huic urbei nomen Epidamno inditumst,

quia nemo ferme huc sine damno deuortitur.

265 MEN. ego istúc cauebo. cedodum huc mihi marsuppium. 40

MES. quid eo ueis? MEN. iam aps te metuo de uerbis tuis.

MES. quid metuis? MEN. ne mihi damnum in Epidamno

duis.

tu magis amator mulierum es, Messenio,

ego autem homo iracundus, animi perdití,

270 id utrumque, argentum quando habebó, cauero, 45

ne tu delinquas neue ego irascar tibi.

MES. cape atque serua. me lubente feceris.

CYLINDRVS MENAECHEMVS II MESSENIO ii

CY. Bene opsonaui atque ex mea sententia,

bonum anteponam prandium pransoribus.

250 fiat *A* vel hem 251 enim *suspectum* 253 vel continere
 255 aestiui *A* 256 vel opino reuortereis *A* 257 quaeres *A*
 258 natio epidamnia | Nam ita est hec hominum *P* 260 pluri *P*
 264 qua *A* sine damno huc *A* 265 mihi huc *P* 266-81 *priorés*
partes leguntur A 267 duis *Beroaldus*: dus *P*, *A n. l.* (días *B*²)
 268 magnus *P* 269 iracundis *P* (-is *pro* -us; vi. 1) perciti
Lipsius 270 habebó *Pylades*: habeo *P*, *A n. l.* 272 iubente
P, *A n. l.*

- sed ecclúm Menaechmum uideo. uae tergo meo! 275
 prius iam conuiuiae ambulant ante ostium
- 5 quam ego opsonatu redeo. adibo atque adloquar.
 Menaechme, salue. MEN. di te amabunt quisquis (es).
 CY. quisquis * * * (quis) ego sim?
 MEN. non hercle uero. CY. úbi conuiuiae ceteri? 280
 MEN. quos tu conuiuas quaeris? CY. parasitum tuom.
 10 MEN. meum parasitum? CY. certe hic insanust homo.
 MES. dixin tibi esse hic sycophantas plurumos?
 * * * *
 MEN. quem tu parasitum quaeris, adulescens, meum? 285
 CY. Peniculum. MES. éccum in uidulo saluom fero.
 CY. Menaechme, numero huc aduenis ad prandium.
 15 nunc opsonatu redeo. MEN. responde mihi,
 adulescens: quibus hic pretieis porci ueneunt
 sacres sinceri? CY. nummeis. MEN. nummum a me 290
 accipe:
- iube té piari de mea pecunia.
 nam équidem | insanum esse te certo scio,
 20 qui mihi molestus homini ignoto quisquis es.
 CY. Cylindrus ego sum: non nosti nomen meum?
 MEN. sei tu Cylindrus seu Coriendrus, perieris. 295
 ego te non noui neque nouisse adeo uolo.
 CY. est tibi Menaechmo nomen. MEN. tantum, quod
 sciam,
- 25 pro sano loqueris quom me appellas nomine.
 sed úbi nouisti mé? CY. ubi ego te nouerim,
- 275 uideo uae tergo *Gruterus*: uideon aetergo *P*, *A n. l.* 276
an conuiuiae? (*cum priu'*) obambulant *Ritschl* 278, 279 es . .
 quis *om. P* (iii. II, p. 52) 279 quisquis d— *A fort.* 'quisquis'?
 (deliras plane. non scis quis) ego sim? 282 certe *MEN. vel* oe certe
A 284-300 *posteriores partes fere leguntur A* 284 *om. P*; *in*
A legitur—riñçu . şm . n — tu — 285 meus *A* 289 pretii
P 290 numinum *om. P* 292 (insanum) insanum *Seyffert (A n. l.)*
 295 Sei *Mueller, secundum morem Plantinum*: Seu *P, A n. l. (cf. v. 793*
siue pro si) 299 *vel* med: (tu) me *Loewe (ex A)*

300 qui amicam habes eram meam hanc Erotium ?

MEN. neque hercle ego habeo neque te quis homo sis scio.

CY. non scis quis ego sim, qui tibi saepissime

cyathisso apud nos, quando potas? MES. ei mihi, 30

quom nihil est qui illic homini diminuiam caput !

305 MEN. tun cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem

Epidamnum numquam uidi neque ueni? CY. negas?

MEN. nego hercle uero. CY. non tu in illisce aedibus

habitas? MEN. di illos homines qui illi[c] habitant perduint ! 35

CY. insanit hicquidem, qui ipse male dicit sibi.

310 audin, Menaechme? MEN. quid uis? CY. si me consulas,

nummum illum quem mihi dudum pollicitu's dare

(nam tu quidem hercle certo non sanu's satis,

Menaechme, qui nunc ipsus male dicas tibi) 40

314-5 iubeas, si sapias, porculum adferri tibi.

MES. eu hercle hominem multum et odiosum mihi !

CY. solet iocari saepe mecum illoc modo.

quam uis ridiculus est, ubi uxor non adest.

quid ais tu? quid ais, inquam. satin hoc quod uides 45

320 tribu' uobis opsonatumst, an opsono amplius,

tibi et parasito et mulieri? MEN. quas [tu] mulieres,

quos tu parasitos loquere? MES. quod te urget scelus

qui huic sis molestus? CY. quid tibi mecum est rei?

ego te non noui : cum hoc quem noui fabulor. 50

325 MES. non edepol tú homo sanus es, certo scio.

CY. iam ergo haec madebunt faxo, nil morabitur.

proin tu ne quo abeas longius ab aedibus.

300 habes *P* 301 ego *om. P* qui *A*, sed cf. *Seyffert* (*Berl. Phil. Woch.* 13, 279) 303-42 *deest A* 303 *totas cod. (corr. B²)*

305 *Tunc cod. (corr. in B)* 308 habes *Seyffert, rhythmo consulens*

que *cod. (corr. B²)* 309 quidem *Bentley*: equidem *cod.* ipse *Ital.* :

id se *cod. (D pro P)* : vel ipsus 316 eu *Camerarius* : tu *cod. (T pro*

E ; vi. 1) *vix hercule* 319 quid ais i. *Goldbacher (Wien. Stud.* 19,

117) : qui uis i. *cod.* : quid uis i. *Ital.* quid ais tu? MEN. Quid uis,

inquam CY. (CY. *add. Ital.*) *Bothe* 321 tu *del. Pylades* 322

paratitos *cod.* 327 ab (hisce) *Brix, nam longiūs suspectum*

- numquid uis? MEN. ut eas maxumam malam crucem.
- 55 Cy. ire hercle meliust te—interim atque accumbere,
dum ego haec appono ad Volcani uiolentiam. 330
ibo intro et dicam te hic astare Erotio,
ut te hinc abducat potius quam hic astes foris.—
MEN. iamne abiit? (abiit). edepol hau mendacia
60 tua uerba experior esse. MES. opseruato modo :
nam istic meretricem credo habitare mulierem, 335
ut quidem ille insanus dixit qui hinc abiit modo.
MEN. sed miror quif ille nouerit nomen meum.
MES. minime hercle mirum. morem hunc meretrices
habent :
- 65 ad portum mittunt seruolos, ancillulas ;
sei qua peregrina nauis in portum aduenit, 340
rogitant quoiatis sit, quid ei nomen siet,
postilla extemplo se adplicant, adglutinant :
si pellexerunt, perditum amittunt domum.
- 70 nunc in istoc portu stat nauis praedatoria,
aps qua cauendum nobis sane censeo. 345
MEN. mones quidem hercle recte. MES. tum demum sciam
recte monuisse, si tu recte caueris.
MEN. tacedum parumper, nam concrepuit ostium :
75 uideamus qui hinc egreditur. MES. hoc ponam interim.
adseruatote haec sultis, nauales pedes. 350

iii EROTIVM MENAECHEMVS II MESSENIO

ER. Sine fores sic, abi, nolo operiri.
intus para, cura, uide, quod opust fiat :
sternite lectos, incendite odores ; munditia

330 ergo *cod.* (*corr. D*) 333 abiit *add. Gruterus*: (illic) *Bach*
334 experior *Lipsius*: exterior *cod.* 340 sed (si *B*²) qua *cod.*
342 postille *cod.* (*seq. e*) 343-5 *initia servata A* 344 nauis
monosyllabum displicet portust *Bentley* (*sed p. stat etiam A*)
346-56 in *A nihil apparet* 349 hinc creditur *cod.* (*corr. B*²)
350 adseruate istaec *Bach* si uoltis *cod.* 352 quid opus *cod.*
Varronis L. L. 7, 12 vix fiat (*iamb. senar.*)

- 354-5 inlecebra animost amantium.
 amanti amoenitas malost, nobis lucrost. 5
 sed ubi ille est quem coquos ante aedis esse ait? atque
 eccum uideo,
 qui mihi est usui et plurimum prodest.
 item hinc ultro fit, ut meret, potissimum nostrae domi
 ut sit ;
- 360 nunc eum adibo atque ultro adloquar.
 animule mi, mihi mira uidentur 10
 te hic stare foris, fores quoi pateant,
 magi' quam domu' tua domu' quom haec tua sit.
 omne paratumst, ut iussisti
- 365 atque ut uoluisti, neque tibi
 ulla morast intus. 15
- 367-8 prandium, ut iussisti, hic curatumst : ubi lubet, ire
 licet accubitum.
 MEN. quicum haec mulier loquitur? ER. equidem tecum.
 MEN. quid mecum tibi
 370 fuit umquam aut nunc est negoti? ER. quia pol te unum
 ex omnibus
 Venu' me uoluit magnificare neque id haud inmerito tuo.
 nam ecaster solus benefactis tuis me florentem facis. 20
 MEN. certo haec mulier aut insana aut ebria est, Messenio,
 quae hominem ignotum compellet me tam familiariter.
- 375 MES. dixin ego istaec heic solere fieri? folia nunc cadunt,
 praeut si triduum hoc hic erimus : tum arbores in te cadent.
 nam ita sunt hic meretrices : omnes elecebrae argentariae. 25
- 355 amantum PCD
 358-60 fere nihil legitur A
 359 hic codd. Nonii 468
 (adloquar) A ut vid. (i. e. atque ultro adloquar) : adloquar ultri (-ro B²)
 P (anap., cum adloquar)
 in A 361 mi] mei cod.
 fere nihil legitur A
 in P scriptum est
 372 facias P
- 357 aedis se ait se P, A n. l. (corr. B²)
 358 propest P, A n. l. (corr. B²) (P pro D)
 potissimum B vel uti
 360 que ultro
 361-3 posteriores versus partes leguntur
 363 vel mage quom] quam P
 364 in A apparent — o — ro ; non idem quod
 parasitust cod. (paratust B²)
 366 tibist ulla
 367 vel ir' (septenar.)
 370 qui B
 375 fortia cod. (corr. B²)

- sed sine me dum hanc compellare. heus mulier, tibi dico.
 ER. quid est?
- MES. ubi tu hunc hominem nouisti? ER. ibidem ubi hic
 me iam diu,
 in Epidamno. MES. in Epidamno? qui huc in hanc urbem 380
 pedem
 nisi hodie numquam intro tetulit? ER. heia! delicias facis.
 30 mi Menaechme, quin, amabo, is intro? hic tibi erit rectius.
 MEN. haec quidem edepol recte appellat meo me mulier
 nomine.
 nimi' miror quid hoc sit negoti. MES. oboluit marsuppium
 huic istuc quod habes. MEN. atque edepol tu me monu- 385
 isti probe.
 accipedum hoc. iam scibo utrum haec me mage amet an
 marsuppium.
 35 ER. eamus intro, ut prandeamus. MEN. bene uocas: tam
 gratiast.
 ER. quid igitur me tibi iussisti coquere dudum prandium?
 MEN. egon te iussi coquere? ER. certo, tibi et parasito
 tuo.
 MEN. quoi, malum, parasito? certo haec mulier non sanast 390
 satis.
 ER. Peniculo. MEN. quis iste est Peniculus? qui exter-
 gentur baxae?
 40 ER. scilicet qui dudum tecum uenit, quom pallam mihi
 detulisti quam ab uxore tua surrupuisti. MEN. quid est?
 tibi pallam dedi quam uxori meae surrupui? sanan es?
 certe haec mulier cantherino ritu | astans somniat. 395
 ER. qui lubet ludibrio habere me atque ire infitias mihi
 45 facta quae sunt? MEN. dic quid est id quod negem quod
 fecerim?

378 *dicos cod. (corr. B²)*
malo cod. (corr. B²)

384 *obuoluit cod. (corr. B²)*
 391 *vel istest*

390
 395 *fort. canth. r. mulier*

ER. pallam te hodie mihi dedisse uxoris. MEN. etiam
nunc nego.

egoquidem neque umquam uxorem hábui neque habeo
neque huc

400 umquam, postquam natus sum, intra portam penetraui
pedem.

prandi in nauí, inde huc sum egressus, te conueni. ER.
éccere,

perii misera ! quam tu mihi nunc nauem narras? MEN. 50
ligneam,

saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo ;
quasi supellex pellionis, palus palo proxumust.

405 ER. †iam, amabo, desine † ludos facere atque i hac mecum
semul.

MEN. nescio quem, mulier, alium hóminem, non me quae-
ritas.

ER. non ego te noui Menaechmuni, Moscho prognatum patre, 55
qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,

409-10 ubi rex Agathocles regnator fuit et iterum Phintia,
tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit,
nunc Hiero est? MEN. hau falsa, mulier, praedicas MES.
pro Iuppiter !

núm istaec mulier illinc uenit quae te nouit tam cate? 60

414-5 MEN. hercle opinor, pernegari non potest. MES. ne
feceris.

periisti, si intrassis intra limen. MEN. quin tu tace modo.
bene res geritur. adsentabor quidquid dicet mulieri,
si possum hospitium nancisci. iam dudum, mulier, tibi

419-20 non inprudens aduorsabar : hunc metuebam ni meae 65
uxori renuntiaret de palla et de prandio.

nunc, quando uis, eamus intro. ER. étiam parasitum manes?

405 desine] desiste *Fleckeisen* 412 falsa *Ital.* : salsa *cod.* (s *pro*
f; vi. 1) 413 *vel* illim 414-5 *vel* opino 419-20 ni] ne *B*²
421 renuntiare *cod.* (*corr.* *B*²)

- MEN. neque ego illum maneo neque flocci facio neque, si
uenerit,
eum uolo intromitti. ER. ecaster haud inuita fecero.
70 sed scin quid te amabo ut facias? MEN. impera quid uis 425
modo.
ER. pallam illam quam dudum dederas, ad phrygionem ut
deferas,
ut reconcinnetur atque ut opera addantur quae uolo.
MEN. hercle qui tu recte dicis: eadem | ignorabitur,
ne uxor cognoscat te habere, si in uia conspexerit.
75 ER. ergo mox auferto tecum, quando abibis. MEN. 430
maxume.
ER. eamus intro. MEN. iam sequar te. hunc uolo etiam
conloqui.
eho Messenio, | accede huc. MES. quid negoti est? †sus- 432-3
sciri †.
MEN. quid eo opust? MES. opus est—MEN. scio ut ne
dicas. MES. tanto nequior.
MEN. habeo praedam: tantum incepti operis. i quantum 435
potes,
80 abduc istos in tabernam actutum deuorsoriam.
tum facito ante solem occasum ut uenias aduorsum mihi.
MES. non tu istas meretrices nouisti, ere. MEN. tace,
inquam *
mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero.
mulier haec stulta atque inscita est; quantum perspexi modo, 440
85 est hic praeda nobis. MES. perii! iamne abis? periiit
probe:

427 ut op.] una op. (?) *Leo* 428 qui *corr. quin cod. ut vid.* (quin
B, qui in *P^{CD}*) eadem {ea} *Ritschl* 431 sequar te. {ante}
Mueller (Rhein. Mus. 54, 393) 432-3 huc accede *Bach* sus-
sili *Bothe, fort. recte* 434 eo *Pylades*: ego *cod.* (ergo *B²*)
ne dicas *scripsi*: me dicas *cod.* nequior *Acidalius*: nequiore *cod.*
(i. 9) 435 i (ei) *Gruterus*: et *cod.* (pro ei) potest *Donsa*
436 vel abduce 437 solem *Lambinus*: solis *cod.* (i. 9) 438
(atque hinc abi) *Ritschl* (ii. 5) 439 stult *cod.* (*corr. B²*)

ducit lembum directum nauis praedatoria.

sed ego inscius qui domino me postulem moderarier :
dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.

445 sequimini, ut, quod imperatum est, ueniam aduersum tem-
peri.—

ACTVS III

PENICVLVS

III. i

PE. Plus triginta | annis natus sum, quom | interea loci
numquam quicquam facinus feci peius neque scelestius
quám hodie, quom [in] contionem mediam me immersi
miser.

ubi ego dúm hieto, Menaechmus se supterduxit mihi
450 atque abít ad amicam, credo, neque me uoluit ducere. 5
qui illum di omnes perduint quei primus <hoc> commentus est,
contionem habere, qui homines occupatos occupat !
non ad eam rem | otiosos homines decuit deligi,
qui nisi adsint quom citentur, census capiat ilico ?

455 * quam senatus * * contionem * 10
* * *

adfatum est hominum in dies qui singulas escas edint,
quibu' negoti nihil est, qui essum neque uocantur neque
uocant :

eos oportet contioni dare operam atque comitiis.
460 sí id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium, 15
quoi tam credo datum uoluísse quam me uideo uiuere.

443 qui domino me *Bothe* : quid (quod *B*) romę *cod.* (vii. 5, p. 104)
446 *accedit A* (446-53 *initia fere leguntur*) 446 natus annis
Gruterus : iam *add. Mueller* (ego) sum *Ritschl* 447 neque]
atque *B* 448 in *om.* *A ut vid.* 451 *Que (B¹) vel Quo (PCD) P*
(*pro Quei?*) hoc *add. Vahlen* commentu est *P, A n. l.* : commen-
tust <male> *Ritschl* 452 habere] hanc *cod.* (vii. 5, p. 95) 454
citenetur *P* (*pro citetur corr. citentur?*) capiant *P* (*corr. B²*)
455-6 *om. P* : *vestigia tantum app. in A* 458 *quiescunt A*
uocant] uocauit *P* (*corr. B²*) 460 esse *A* 461 ne *P*

ibo : etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.
 sed quid ego uideo? Menaechmus cum corona exit foras.
 sublatur est conuiuium, edepol uenio aduersum temperi.
 20 opseruabo quid agat hominem. post adibo atque adloquar. 465

ii M E N A E C H M V S I I P E N I C V L V S

MEN. Potine ut quiescas? ego tibi hanc hodie probe
 lepideque concinnatam referam temperi.
 non faxo eam esse dices : ita ignorabitur.
 PE. pallam ad phrygionem fert confecto prandio
 5 uinoque expoto, parasito excluso foras. 470
 non hercle is sum qui sum, ni | hanc iniuriam
 meque ultus pulchre fuero. opserua quid dabo.
 MEN. pro di immortales ! quos homini umquam uno die 473-4
 boni dedistis plus qui minu' sperauerit? 475
 10 prandi, potaui, scortum accubui, apstuli
 hanc, quouius heres numquam erit post hunc diem.
 PE. nequeo quae loquitur exaudire clanculum ;
 satur nunc loquitur de me et de parti mea?
 MEN. ait hanc dedisse me sibi atque eam meae 480
 15 uxori surrupuisse. quoniam sentio
 errare, extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
 coepi adsentari : mulier quidquid dixerat,
 idem ego dicebam. quid multis uerbis (opust)?
 minore nusquam bene fui dispendio. 485
 20 PE. adibo ad hominem, nam turbare gestio.
 MEN. quis hic est qui aduersus it mihi? PE. quid ais, homo

462 reliquiarum A me P 463-70 posteriores partes fere leguntur
 A 463 Men. cum] menechmum P 465 post v. 473-4 P (ii. 6)
 466 ut Ital. : neut P, A n. l. ego] sedco P 471 vix hercule
 (ego) is Ritschl (A n. l.) fort. recte vel nisi 472 uultus P (corr.
 B²) 475 post 476 P (cf. ad v. 465) 477 heres] referes A 479
 om. A (propter homocotel. iii. 11) 480 (me) meae Bothe, cui hiatus
 in pausa displicet 483-97 pauca in initiis leguntur A 484
 opust add. Pylades (A n. l.) 487 aduersus it Gruterus, Bothe :
 aduersum sit P, A n. l.

- leuior quam pluma, pessume et nequissime,
 flagitium hominis, subdole ac minimi preti?
 490 quid de te merui qua me causa perderes?
 ut surrupuisti te mihi dudum de foro! 25
 fecisti funus med apsentī prandio.
 quur ausu's facere, quooi ego aequē heres eram?
 MEN. adulescens, quaeso, quid tibi mecum est rei
 495 qui mihi male dicas homini ignoto | insciens?
 an tibi malam rem uis pro male dictis dari? 30
 PE. post eam quam édepol te dedisse intellego.
 MEN. responde, adulescens, quaeso, quid nomen tibi est?
 PE. etiam derides quasi nomen non gnoueris?
 500 MEN. non edepol ego te quod sciam umquam ante hunc
 diem
 uidi neque gnoui; uerum certo, quisquis es, 35
 si aequom facias, mihi odiosus ne sies.
 PE. Menaechme, uigila. MEN. uigilo hercle equidem quod
 sciam.
- PE. non me nouisti? MEN. non negem si nouerim.
 505 PE. tuom parasitum non nouisti? MEN. non tibi
 sanum est, adulescens, sinciput, intellego. 40
 PE. responde, surrupuistin uxori tuae
 pallam istanc hodie | ac dedisti Erotio?
 MEN. neque hercle ego uxorem habeo neque ego Erotio
 510 dedi nec pallam surrupui. PE. satin sanus es?
 occisast haec res. non ego te indutum foras 45
 exeire uidi pallam? MEN. uae capiti tuo!

492 meo P 493 ea quae heris heram P, A n. l.: corr. Lipsius
 495 ignoto Ital.: hic noto P, A n. l.: hic ignoto B², fort. recte
 497 post] pol A quam Goldbacher (Wien. Stud. 19, 117): quidem
 P (seq. ede-) (A n. l.) 498 tibi nomenst P (cf. ad Merc. 330)
 502-7 paucissima in extremis versibus leguntur A 502 aequom
 si Camerarius, cui hiatus si | aequom displicet 503 post 504 P
 506 (ut) intellego Camerarius, nam sinciput suspectum 508-10
 nihil apparet A 508 vix hodie detulisti Mueller 510 taliam
 cod. (corr. B²) satin sanus es Menaechmo continuat Thomas 511-7
 pauca leguntur A

- omnis cinaedos esse censes quia tu és?
 tun med indutum fuisse pallam praedicas? 514-5
 PE. ego hercle uero. MEN. non tu abis quo dignus es?
 50 aut te piari iúbe, homo ísanissime.
 PE. numquam edepol quisquam me exorabit quin tuae
 uxori rem omnem íám, uti sit gesta, eloquar;
 omnes in té istaec recident contumeliae: 520
 faxo haud inultus prandium comederis.—
 55 MEN. quid hoc ést negoti? satine, uti quemque conspikor,
 ita me ludificant? sed concrepuit ostium.

iii ANCILLA MENAECHMVS II

- AN. Menaechme, amare ait te multum Erotium,
 †ut hoc una opera ad aurificem deferast, 525
 atque huc ut addas auri pondo | unciam
 iubeasque spinter nouom reconcinnarier.
 5 MEN. et istuc et aliud si quid curari uolet
 me curaturum dicit, quidquid uolet.
 AN. scin quid hoc sit spinter? MEN. nescio nisi aureum. 530
 AN. hoc est quod olim clanculum ex armario
 te surrupuisse aiebas uxori tuae.
 10 MEN. numquam hercle factum est. AN. non meministi,
 opseco?
 redde igitur spinter, si non meministi. MEN. mane.
 immo equidem memini. nempe hoc est quod illi dedi. 535
 istuc: ubi illae ármillae sunt quas una dedi?
 AN. numquam dedisti. MEN. nam pol hoc unum dedi.

513 tu quia es *Camerarius* (*A n. l.*) fort. recte 514, 515 tu *A*
 517 iubes *Pylades* (*A n. l.*) 521 inultum *P* comedereis *A*
 522-37 *initia fere leguntur A* 522 quemquem *B* 525 opera
 <sibi> *Ussing*: fort. opera <tu> (opera pro operatu; i. 5) 526
 huc *Ritschl*: hunc (*B*¹) vel nunc (*PCD B*²) cod. <tu> pondo *Py-*
lades: pondo <unam> *Pradel de praep.* p. 472 528 uolei *P ut vid.*,
A n. l. (*corr. B*² *D*) 530 scin *A* quod *P* 532 mebas *P*
 (*corr. B*²) 533 non] noenu *Bergk*, cui hiatus in pausa displicet:
vix nonne ante conson. 534 redde om. *A*, ut vid. 535 vel
 illic 536 istuc ancillae dat *Lambinus* iclae *P* (*corr. B*²) dedit
P; *A n. l.* (dedi *B*²) 537 una *P* (*ex v.* 536)

AN. dicam curare? MEN. dicito: curabitur.

15

539-40 et palla et spinter faxo referantur simul.

AN. amabo, mi Menaechme, inauris da mihi
faciendas pondo duom nummum, stalagma,
ut te lubenter uideam, quom ad nos ueneris.

MEN. fiat. cedo aurum; ego manupretium dabo.

20

545 AN. da sodes aps te: poste reddidero tibi.

MEN. immo cedo aps te: ego post tibi reddam duplex.

AN. non habeo. MEN. át tu, quando habebis, tum dato.

AN. numquid [me] uis? — MEN. haec me curaturum
dicito—

ut quantum possint quique liceant ueneant.

25

550 iamne introabiit? abiit, operuit fores.

di me quidem omnes adiuuant, augent, amant.

sed quid ego cesso, dum datur mi occasio

tempusque, abire ab his locis lenonieis?

propera, Menaechme, fer pedem, conf'er gradum.

30

555 demam hanc coronam atque abiciam ad laeuam manum,

ut, si[quis] sequantur me, hac abiisse censeant.

ibo et conueniam seruom si potero meum,

ut haec, quae bona dant di mihi, | ex me sciat.—

540 referatu(r) A 541-58 *perpauca leguntur in A* 542 *facienda*
Pylades statagma P, A n. l. 543 *quam P, A n. l. (corr. B²)*
aut 545-7 aut 544-6 *om. A ut vid. (propter homoeotel.)* 545 *vel ted*
post *cod.*: (ego) post Pylades, Ritschl 546 *vel ted* 548 *me del.*
Acidalius, nam numquid suspectum 550 *iamne abiit intro B²,*
A n. l. *post hunc versum vestigia alterius apparent in A* 551
quidem Bentley: equidem P, A n. l. 554 *profer gr. Brix* 555
hanc *codd. Nonii* 519: *om. P, A n. l.* 556 *si sequentur Nonius:*
si qui sequatur P, A n. l.: sequentur improbat Thulin de coniunct.
p. 146 me hac codd. Nonii: hec (corr. B²) me P, A n. l. fort.
ut in fine v. 555 collocand. (A n. l.) (sed cf. Sjögren 'Part. Copul.'
p. 33), nam displicet siquis necnon siquis sequatur 558 *bona*
(boni) Fleckeisen me (iam) sciat Bentley: fort. med (is) sciat

ACTVS IV

IV. i

MATRONA PENICVLVS

- MA. Egone hic me patiar frustra in matrimonio,
 ubi uir compilet clanculum quidquid domist 560
 atque ea ad amicam deferat? PE. quin tu taces?
 manifesto faxo iam opprimes: sequere hac modo.
 5 pallam ad phrygionem cum corona | ebrius
 ferebat hodie tibi quam surrupuit domo.
 sed eccám coronam quám habuit. num mentior? 565
 em hac abiit, si uis persequi uestigiis.
 atque edepol eccum óptume reuertitur;
 10 sed pallam non fert. MA. quid ego nunc cum illoc agam?
 PE. idem quod semper: male habeas; sic censeo.
 huc concedamus: ex insidiis aucupa. 570

ii MENAECHMVS I PENICVLVS MATRONA

- MEN. Vt hoc utimur maxume more moro,
 molesto atque multo atque uti quique sunt op-
 -tumi maxume morem habent hunc!
 clientes sibi omnes uolunt esse multos:
 5 bonine an mali sint, id hau quaeritant; res 575
 magis quaeritur quam clientum fides
 quouius modi clueat.
 si ést pauper atque hau malus nequam habetur,
 sin diues malust, is cliens frugi habetur.
 10 qui nec leges neque aequom bonum usquam colunt, 580

559 daciar (paciar B²) P frustrat A: om. P 560 concipilet
 Goldbacher (Wien. Stud. 19, 117) 561-72 priores partes servatae A
 561 ea om. P 563 phydriionem (B) vel fridionem (PCD) P
 coronam PCD, A n. l. 569 habeat B², A n. l. 571 more
 morum P, A n. l.: corr. Lipsius 572 molestoque multum P 573
 vel Optumi (cret. dim. cum trochi. monom.) maxume Loman:
 maxumi P: (m)aximi A (i. 9) - hunc habent) m(u)liomor - A
 576 Res m. A et, ut vid., P (cret. tetram.) 578 es A 579-84 non
 nulla leguntur A 580, 581 uno versu bipartito A (an (i) soll.?)

sollicitos patronos habent.

datum denegant quod datum est, litium pleni, rapaces
uiri, fraudulentis,

qui aut faenore aut peiuriis habent rem paratam,

584^a mens est in quo * 15

585 eis ubi dicitur dies, simul patronis dicitur,

quippe qui pro illis loquimur quae male fecerunt :

aut ad populum aut in iure aut ad iudicem rest.

sicut me hodie nimi' sollicitum cliens quidam habuit neque
quod uolui

agere aut quicum licitumst, ita me attinit, ita detinit. 20

590 apud aedilis pro eius factis plurimisque pessumisque

deixei causam, condiciones tetuli tortas, confragasas :

aut plus aut minu' quam opus erat dicto dixeram controuor-
siam, ut

sponsio fieret. quid ill' qui praedem dedit?

nec magis manifestum ego hominem umquam ullum teneri 25
uidi :

595 omnibus male factis testes tres aderant acerrumi.

di illum omnes perdant, ita mihi

596 hunc hodie corrumpit diem,

meque adeo, qui hodie forum

597 umquam oculis inspexi meis. 30

diem corrumpti | optimum :

598 iussi apparari prandium,

amica exspectat me, scio.

582 pleni . r . . aqis A 584^a mensē in quo ire P : — nquola — A
585 Lis [uiris] P (L pro E) 586 loquantur P (loqua * * B¹) : fort.
loquamur fecerunt P versus secl. Hermann 587 apud aedilem
res est A (anap. dim. cum colo Reiziano, ut vid.) fort. recte, nam rest
(res est etiam P) suspectum 588 minis P 589 aut quicum
Ritschl : aq qu . quam A (i. e. hau quiquam?) : quicum P attinuit
ita detinuit P (anap. septenar.), A n. l. 590 pro eius] proeliis P
(corr. B²) 591 detuli AB² 592 qua A fuerat A dicto]
multo P vel controrsiam 593 vel illic praedam PCD B²
594 fort. numquam illum A deficit A usque ad v. 1005 596
corrumpit B² 597 miis cod. (antiqua forma) 597^a corrumpit Bothe

- ubi primum est licitum ilico 599
 35 properaui abire de foro.
 iratast, credo, nunc mihi ; 600
 placabit palla quam dedi,
 quám hodie uxori apstuli atque detuli huic Erotio. 601
 PE. quid ais? MA. uiro me malo male nuptam. PE.
 satin audis quae illic loquitur?
 40 MA. sati? MEN. si sapiam, hinc intro abeam, ubi mi
 bene sit. PE. mane : male erit potius.
 MA. né illam ecastor faenerato apstulisti. PE. sic datur.
 MA. clanculum te istaec flagitia facere censebas pote? 605
 MEN. quid illuc est, uxor, negoti? MA. men rogas?
 MEN. uin hunc rogem?
 MA. aufer hinc palpationes. PE. perge tu. MEN. quid tu
 mihi
 45 tristis es? MA. te scire oportet. PE. scit sed dissimulat
 malus.
 MEN. quid negotist? MA. pallam—MEN. pallam? MA.
 quidam pallam—PE. quid paues?
 MEN. nil equidem pauco. PE. nisi unum : palla pallorem 610
 incutit.
 at tu né clam me comesses prandium. perge in uirum.
 MEN. non taces? PE. non hercle uero taceo. nutat ne
 loquar.
 50 MEN. non hercle egoquidem usquam quicquam nuto neque
 nicto tibi.
 MA. né ego ecastor mulier misera. MEN. qui tu misera es?
 mi expedi.
 PE. nihil hoc confidentius : quin quae uides ea pernegat. 615

599 licitum est (-umst) *Gruetius* 600^a placebit *PCD* 601 hodie
om. B huic detuli *cod.* : *trai. Ritschl* : *fort. h. detetuli* 602 statin
cod. (corr. B²) 604 mecastor *cod.* 605 potis *Lindemann* :
 potesse *cod.* (*cf. Epid. 227 potesse pro potis vel pote*) 608 Tris
cod. (corr. B²) sit se diss. *cod.* 609 quid paues *matronae continuant*
alii 610 pauco *B²* : paulo *cod.* (*pro pauio*) *totum versum*
Menaechmo dant alii 614 *post v. 619 Kiessling* quid Pareus
 615 quinque *cod.* : qui quae *B²* *vel pernegat? (interrogative)*

- MEN. per Iouem deosque omnis adiuro, uxor (satin hoc
est tibi?),
me isti non nutasse. PE. credit iam tibi de 'isti': illuc
redi.
- MEN. quó ego redeam? PE. equidem ád phrygionem 55
censeo; et pallam refer.
- MEN. quae istaec palla est? PE. taceo iam, quando haec
rem non meminit suam.
- 620 MEN. numquis seruorum deliquit? num ancillae aut seruei
tibi
responsant? eloquere. inpune non erit. MA. nugas agis.
- MEN. tristis admodum est. non mihi istuc sati' placet—
MA. nugas agis.
- MEN. certe familiarium aliquoi irata es. MA. nugas agis. 60
- MEN. num mihi es irata saltem? MA. nunc tu non nugas
agis.
- 625 MEN. non edepol deliqui quicquam. MA. em rusum nunc
nugas agis.
- MEN. dic, mea uxor, quid tibi aegre est? PE. bellus
blanditur tibi.
- MEN. potin ut mihi molestus ne sis? num te appello?
MA. aufer manum.
- PE. sic datur. properato apseme me comesse prandium, 65
post ante aedis cum corona me derideto ebrius.
- 630 MEN. neque edepol ego prandi neque hodie huc intro
tetuli pedem.
- PE. tun negas? MEN. nego hercle uero. PE. nihil hoc
homine audacius.
- non ego te modo hic ante aedis cum corona florea
uidi astare? quom negabas mihi esse sanum sinciput 70

617 isti *Ital.*: isii *cod.* 'isti' (*adverb.*) *Pradel de praep.* p. 527 :
istis *cod.*: isto *Bothe* 618 ego redeam *B*²: egredeam *cod.* et]
i (ei) *Gruterus* (*cf. Sjögren 'Part. Copul.'* p. 85) 619 memini *cod.*
(*corr. B*²) 620 serui *Gruterus*: seruet *cod.* 622 es *B*² 625
rurum *cod.* 632 flora *cod.* (*corr. B*²)

et negabas me nouisse, peregrinum aibas esse te?

MEN. quin ut dudum diuorti aps te, redeo nunc demum 635
domum.

PE. noui ego te. non mihi censebas esse qui te ulciscerer.
omnia hercle uxori dixi. MEN. quid dixisti? PE. nescio,

75 eam ipsus [i] roga. MEN. quid hoc est, uxor? quidnam
hic narrauit tibi?

quid id est? quid taces? quin dicis quid sit? MA. quasi
tu nescias.

palla mihi est domo surrupta. MEN. palla surrupta est tibi? 639^a

MA. me rogas? MEN. pol hau rogem te si sciam. PE. 640
o hominem malum,

ut dissimulat! non potes celare: rem nouit probe.

80 omnia hercle ego edictaui. MEN. quid id est? MA.
quando nil pudet

neque uis tua uoluntate ipse profiteri, audi atque ades.

et quid tristis (sim) et quid hic mihi dixerit faxo scias.

palla mihi est domo surrupta. MEN. palla surruptast mihi? 645

PE. uiden ut (te) scelestus captat? huic surruptast, non tibi.

85 nam profecto tibi surrupta si esset—salua non foret.

MEN. nil mihi tecum est. sed tu quid ais? MA. palla,
inquam, periit domo.

MEN. quis eam surrupuit? MA. pol istuc ille scit qui
illam apstulit.

MEN. quis is homo est? MA. Menaechmus quidam. 650

MEN. édepol factum nequiter.

quis is Menaechmust? MA. tu istic, inquam. MEN.
egone? MA. tu. MEN. quis arguit?

638 eam plus (B¹) vel eampsus ei (v. 3) (PCD) cod. (corr. B²)
639^a secl. edd. (cf. 645) fort. recte, nam potest versus hic idcirco adscriptus
ut vv. 640-5 omittrentur veri versus locum usurpauisse 641 nouit
Acidalius: noui cod. 643 audiat qui cod. (corr. B²) 644 sim
add. Pylades, Lambinus 645 mihi quidam ap. Lambinum: tibi
cod. 646 uident cod. (corr. B²) te add. Lambinus captat
Camerarius: capiat cod. 647 non] nunc Camerarius 650
is Brix: hic cod.

MA. egomet. PE. et ego. atque huic amicae detulisti Erotio. 90

MEN. egon dedi? MA. tu, tú istic, inquam. PE. uin
adferri noctuam,
quae 'tu tu' usque dicat tibi? nam nos iam defessi sumus.

655 MEN. per Iouem deosque omnis adiuro, uxor (satin hoc
est tibi?),

non dedisse. PE. immo hercle uero, nos non falsum dicere.

MEN. sed ego illam non condonauī, sed sic utendam dedi. 95

MA. equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec
pallium
quoiquam utendum. mulierem aequom est uestimentum
muliebre

660 dare foras, uirum uirile. quin refers pallam domum?

MEN. ego faxo referetur. MA. ex re tua, ut opinor, feceris;
nam domum numquam introibis nisi feres pallam simul. 100
eo domum. PE. quid mihi futurum est qui tibi hanc
operam dedi?

MA. opera reddetur, quando quid tibi erit surruptum domo.—

665 PE. id quidem edepol numquam erit, nam nihil est quod
perdam domi.

cum uiro cum uxore, di uos perdant! properabo ad forum,
nam ex hac familia me plane éxcidisse intellego.— 105

MEN. male mi uxor sese fecisse censet, quom exclusit foras;
quasi non habeam quo intromittar alium meliorem locum.

670 si tibi displiceo, patiundum: at placuero huic Erotio,
quae me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.
nunc ibo, orabo ut mihi pallam reddat quam dudum dedi; 110
aliam illi redimam meliorem. heus! ecquis hic est ianitor?
aperite atque Erotium aliquis euocate ante ostium.

653-4 uin . . . sumus *matronae continent alii* 654 nos iam *Ital.*:
nos iam [nos] *cod.* 656 *vel* dedisse— (*sermone interrupto*) PE.] MA.
alii 661 *vel* opino 663 eo *Bentley*: ego *cod.* 664 operam
cod. vix recte (corr. B²) 666 qua uirum qua uxorem *Fleckeisen*
670 patiundumst; pl. *Ritschl* (*cf. Herkenrath de gerund. p. 11*)
671 occludit *cod. (pro -et?)* 673 heus *Ital.*: eius *cod. (pro eus,*
i. e. heus) 674 aliqui *B*

iii

EROTIVM MENAECHEMVS I

ER. Quis hic me quaerit? MEN. sibi inimicus magi' quam 675
aetati tuae.

ER. mi Menaechme, quae ante aedis astas? sequere intro.

MEN. mane.

scin quid est quod ego ad te uenio? ER. scio, ut tibi ex
me sit uolup.

MEN. immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi
dudum dedi,

5 mihi eam redde. uxor rescuiuit rem omnem, ut factum est,
ordine.

ego tibi redimam bis tanta pluris pallam quam uoles. 680

ER. tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paullo
prius,

et illud spinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret nouom.

MEN. mihi tu ut dederis pallam et spinter? numquam
factum reperies.

10 nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi, atque
abii ad forum :

nunc redeo, nunc te postillac uideo. ER. uideo quam rem 685
agis.

quia commisi, ut me defrudes, ad eam rem adfectas uiam.

MEN. neque edepol te defrudandi caussa posco (quin tibi
dico uxorem rescuuisse)—ER. nec te ultro oraui ut dares :

15 tute ultro ad me detulisti, dedisti eam dono mihi ;

eandem nunc repositis : patiar. tibi habe, aufer, utere 690
uel tu uel tua uxor, uel etiam in loculos compingite.

675 *vel mage* <quist>quam *Ritschl*, cui quam | act. *displacet fort.*
magis in. 676 *mei cod., ut uid.* 677 *uoluptas cod.* (i. 8, p. 27)
680 tanto *PCD B²* (*sed cf. Havet Arch. Lat. Lexicogr.* 11, 579; *Leo*
ibid. 12, 99) 681 tibi equidem dedi *Seyffert* prius *Ital.* : uis *cod.*
682 *vel illuc* 683 ut tu *B* reperies *Priscianus* 1, 151; *releceris*
cod. (*relegeris PCD*, *dixeris B²*) (*pro reieceres?*) 685 *dost illac cod.*
(*corr. B²*) 686 *quae Bothe* - 689 *tetulisti Ritschl*, nam *dedisti*
displacet (*cf. 630 detuli B² pro tetuli*) *fort. dedistin* (*interrogativa*
omnia) 690 *habe tibi Guietus* 691 *loculos Balbach* : *oculos cod.*

- tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis ;
 quando tu me bene merentem tibi habes despicatui,
 nisi feres argentum, frustra me ductare non potes. 20
 695 aliam posthac inuenito quám habeas frustratui.—
 MEN. nimis iracunde hercle tandem. heús tu, tibi dico, mane,
 redi. etiamne astas? etiam audes mea reuorti gratia?
 abiit intro, occlusit aedis. nunc ego sum exclusissimus :
 neque domi neque apud amicam mihi iam quicquam creditur. 25
 700 ibo et consulam hanc rem amicos quid faciendum cen-
 seant.—

ACTVS V

MENAECMVVS II MATRONA

V. i

- MEN. Nimi' stulte dudum feci quom marsuppium
 Messenioni cum argento concredidi.
 immersit aliquo sese, credo, in ganeum.
 MA. prouisam quam mox uir meus redeat domum.
 705 sed eccum uideo. salua sum, pallam refert. 5
 MEN. demiror ubi nunc ambulet Messenio.
 MA. adibo atque hominem accipiam quibu' dictis meret.
 non te pudet prodire in conspectum meum,
 flagitium hominis, cum istoc ornatu? MEN. quid est?
 710 quae te res agitat, mulier? MA. etiamne, inpudens, 10
 muttire uerbum unum audes aut mecum loqui?
 MEN. quid tandem admisi in me ut loqui non audeam?
 MA. rogas me? hóminis inpudentem audaciam!
 MEN. non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem
 715 Graii esse praedicabant? MA. non equidem scio. 15
 MEN. quia idem faciebat Hecuba quod tu nunc facis :

694 frustra <es> (frustra's) *Ritschl* 696 hercle iracunde *Scyffert*
 698 abii *cod. (corr. B²)* octus itaedis *cod. (corr. B²)* 707 dictis
 quibus *codd. Nonii* 468 aeret *cod. (corr. B²)* (A pro M ; vi. 1) 710
 res te *cod. : trai. Brix, secundum morem Plautinum* 713 vel med
 <o> hom. *Pylades*

- omnia mala ingerebat quemquem aspexerat.
itaque adeo iure coepta appellari est Canes.
MA. non ego istaec flagitia possum perpeti.
- 20 nam med aetatem uiduam | esse mauelim 720
quam istaec flagitia tua pati quae tu facis.
MEN. quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti
an sis abitura a tuo uiro? an mos hic ita est
peregrino ut aduenienti narrent fabulas?
- 25 MA. quas fabulas? non, inquam, patiar praeterhac, 725
quin uidua uiuam quam tuos mōres perferam.
MEN. mea quidem hercle caussa uidua uiuito
uel usque dum regnum optinebit Iuppiter.
MA. at mihi negabas dudum surrupuisse te,
30 nunc eandem ante oculos adtines: non te pudet? 730
MEN. eu hercle! mulier, multum et audax et mala's.
tun tibi hanc surruptam dicere audes quam mihi
dedit alia mulier ut concinnandam darem?
MA. ne istuc mecastor—iam patrem accersam meum
35 atque ei narrabo tua flagitia quae facis. 735
i, Decio, quaere meum patrem, tecum simul
ut ueniat ad me: ita rem | esse dicito.
iam ego aperiam istaec tua flagitia. MEN. sanan es?
quae mea flagitia? MA. pallam | atque aurum meum
40 domo supillas tuae uxōri | et tuae 740
degeris amicae. satin haec recte fabulor?
MEN. quaeso hercle, mulier, si scis, monstra quod bibam
tuam qui possim perpeti petulantiam.

718 appellare *cod.* (*corr.* B²) (*pro -rei?*) 719 (tua) *fla.* *Ritschl*
cui ego | istaec *displicet* (*fort. recte, nam ea vox frequens in ore huius*
matronae) 720 med a te B² (usque) esse *Redslob* 723 ad tuo
cod. (*corr.* B²) annos ita est hoc *cod.* (an mos et hic B²): *trai.*
Bothe 729 Hanc mihi *Bothe* 730 eadem *cod.* 735
a. enarrabo *P^{CD}* 736 deceo *cod.* Cf. *K. Schmidt* (*Herm.* 37, 388)
quare *cod.* (*corr.* B²) 737 vel med rem (natam) e. *Ritschl*: *fort.*
rem natam (*om. esse*; v. 1) 739 pallas *Vahlen* (*cf.* 803 pallam *pro*
pallas) 740 uxoris (?) *Lco, sed vide ne versus hiantes cum singulti-*
entis locutione congruant

- quem tú hominem (med) arbitrere nescio ;
 745 ego te simitu noui cum Porthaone. 45
 MA. si me derides, at pol illum non potes,
 patrem meum qui huc aduenit. quin respicis?
 nouistin tu illum? MEN. noui cum Calcha simul:
 eodem die illum uidi quo te ante hunc diem.
 750 MA. negas nouisse me? negas patrem meum? 50
 MEN. idem hercle dicam sí auom uis adducere.
 MA. ecastor pariter hoc atque alias res soles.

SENEX MATRONA MENAECHEMVS II ii

- SE. Vt aetas mea est atque ut hoc usu' facto est
 gradum proferam, progredi proferabo.
 755 sed id quam mihi facile sit hau sum falsus.
 nam pernecitas deserit: consitus sum
 senectute, onustum gero corpu', uires 5
 reliquere: ut aetas mala est! mers mala ergost.
 nam res plurimas pessimas, quom aduenit, ad-
 760 -fert, quas si autumem omnis, nimis longu' sermost.
 sed haec res mihi in pectore et corde curaest,
 quidnam hoc sit negoti quod sic filia 10
 repente expetit mé, ut ad sese irem.
 763^a nec quid id sit mihi certius facit, quid
 uelit. quid me accersit?
 764^a uerum propemodum iam scio quid siet rei.
 765 credo cum uiro litigium natum esse aliquod. 15
 ita istaec solent, quae uiros supseruire
 sibi postulant, dote fretae, feroces.
 et illi quoque haud apstinent saepe culpa.

744 arbitrere *Luchs*: arbitrare *cod.* me (*vel med*) *addidi*
 (hominum) hominem (me) *Onions* 748 *om. tu codd. Prisciani I,*
 239 749 uidi illum *P^{CD}* 750 *cf. Lindsay praef. in Capt. p. 64*
 754 progredi *cod.* (i. 7) 755 facile (*pro facul?*) sit (*pro siet?*)
 mihi *cod.*: *trai. Bothe* 759-60 fert *B¹* 760 quas] eas *Spengel*
 762 filia sic *cod.*: *trai. Spengel* 763 *vel med* 764 accersat
Lambinus 765 litigi... aliquid *Spengel fort. recte*

- uerum est modu' tamen, quoad pati uxorem oportet ;
 20 nec pol filia umquam patrem accersit ad se 770
 nisi aut quid commissi aut iurgi est caussa.
 sed id quidquid est iam sciam. atque eccam eampse
 ante aedis et eius tristem uirum uideo. id est quod suspi- 773-4
 cabar.
 25 appellabo hanc. MA. ibo aduorsum. salue multum, mi 775
 pater.
 SE. salua sis. saluen aduenio? saluen accersi iubes?
 quid tu tristis es? quid ille autem aps te iratus destitit?
 nescioquid uos uelitati éstis inter uos duos.
 loquere, uter meruistis culpam, paucis, non longos logos.
 30 MA. nusquam equidem quicquam deliqui: hoc primum te 780
 apsoluo, pater.
 uerum uiuere hic non possum neque durare ullo modo.
 proin tu me hinc abducas. SE. quid istuc autem est? MA.
 ludibrio, pater,
 habeor. SE. unde? MA. ab illo quoi me mandauisti, meo
 uiro.
 SE. ecce autem litigium! quotiens tandem | edixi tibi
 35 ut caueres neuter ad me iretis cum querimonia? 785
 MA. quí ego istuc, mi pater, cauere possum? SE. men
 interrogas?
 MA. nisi non uis. SE. quotiens monstraui tibi uiro ut 787-8
 morem geras,
 quid ille faciat né id opserues, quó eat, quid rerum gerat.
 40 MA. at enim ille hinc amat meretricem ex proxumo. SE. 790
 sane sapit
 atque ob istanc industriam etiam faxo amabit amplius.

769 quo id B² 771 uix iurigi (iusta) causa Lco, ut integer
 tetram, fiat 772 quicquid id cod.: trai. Bothe 773, 774 alii
 faciunt bacch. tetram, ante — uideo (immo uideo, id) et bacch. dim.
 id (immo est) — suspicabar (vel iam. dim. catal. id — susp.) 775
 aduorsum Pylades: uorsum cod. 778 ueliati cod. vel duo 779
 pauci cod. locos cod. 784 (ego) edixi vel (id) ed. Ritschl

- MA. atque ibi potat. SE. tua quidem ille caussa potabit
 minus,
 si illic siue alibi lubebit? quae haec, malum, inpudentiast?
 una opera prohibere ad cenam ne promittat postules
 795 neu quemquam accipiat alienum apud se. seruirin tibi 45
 postulas uiros? dare una ópera pensum postules,
 inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.
 MA. non equidem mihi te aduocatum, pater, adduxi, sed
 uiro.
 hinc stas, illum caussam dicis. SE. si ille quid deliquerit,
 800 multo tanta illum accusabo quam te accusauit amplius. 50
 quando te auratam et uestitam bene habet, ancillas, penum
 recte praehibet, melius sanam est, mulier, mentem sumere.
 MA. at ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis domo,
 me despoliat, mea ornamenta clam ad meretrices degerit.
 805 SE. male facit, si istuc facit; si non facit, tu male facis 55
 quae insontem insimules. MA. quin etiam nunc habet
 pallam, pater,
 (et) spinter, quod ad hanc detulerat, nunc, quia rescui,
 refert.
 SE. iam ego ex hoc, ut factumst, scibo. (ibo) ad hominem
 atque (ad)loquar.
 dic mihi istuc, Menaechme, quod uos dissertatis, ut sciam.
 810 quid tu tristis es? quid illa autem irata aps te destitit? 60
 MEN. quisquis es, quidquid tibi nomen est, senex, summum
 Iouem

793 si *Bothe*: siue *cod.* (i. 9) vel illi 795 se *Acidalius*: te
cod. 797 carere *Varro de L. L.* 7, 54: carpere *cod.* 798 mihi
 te *B²*: mittit *cod.* 800 tanto *Ital.* (sed cf. ad v. 680) 801
 ancillas penum *Ital.*: anpillaspem *cod.* 802 samnam *cod.* 803
 pallam *B²* domo *Gulielmius*: modo *cod.* 804 clam *Acidalius*:
 tiam ut *vid. cod.* tiam [me] ad me. *PCD* 807 et *add. Ital.*
 808 sibo *cod.* (corr. *B²*) (v. 9) ibo *add. Camerarius* adquem
 (atque *B²*) loquar *cod.*: corr. *Saracenus* 809 quid *Boxhorn* 810
 illam *B* iratam *cod.* destitit *Dousa*: destitus ut *vid. cod.* (de-
 stituis *B*, dedistitus *PCD*)

deosque do testis— SE. qua de re aut quouis rei rerum
omnium?

MEN. me neque isti male fecisse mulieri quae me arguit
hanc domo ab se surrupuisse atque apstulisse—MA. deierat?

65 MEN. sí ego intra aedis huius umquam ubi habitat 815-6
penetraui (pedem),

omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserrimus.

SE. sanun es qui istuc exoptes aut neges te umquam pedem
in eas aedis intulisse ubi habitas, insanissime?

MEN. tun, senex, ais habitare med in illisce aedibus? 820

70 SE. tu negas? MEN. nego hercle uero. SE. immo hercle
inuere negas;

nisi quo nocte hac exmigrasti. (tu) concede huc, filia.

quid tu ais? num hinc exmigrastis? MA. quem in locum
aut (quam) ob rem, opsecro?

SE. non edepol scio. MA. profecto ludit te hic. non
tu[te] tenes?

SE. iam uero, Menaechme, sati' iocatu's. nunc hanc rem 825
gere.

75 MEN. quaeso, quid mihi tecum est? unde aut quis tu
homo es? *

tibi aut ádeo isti, quae mihi molestiaest quoquo modo?

MA. uiden tu illic oculos uirere? ut uiridis exoritur colos
ex temporibus atque fronte, ut oculi scintillant, uide! 829-30

812 do testes *Gruterus*: detestes *cod.* 814 *intercidisse aliquid*
suspicitur Ritschl delurat *cod.*: peierat *Schoell* 816 pedem
add. Pylades 818 neces *cod.* 819 intulis *cod.* 820 tunc
senex ait *cod.* (*corr. B²*) 821 tun *Bothe* negc *per compend. script.*
(*vel neco*) in *cod.* (neque *PCD*) hercle (*Vahlen*) inuere *scripsi*: hece
ludere *cod.* (*pro* luere: vi. 1) neget *PCD* (? *pro* neges) 822 hac
emigrasti *Ital.*: hac migrasti *cod.* (*pro* hace migrasti? i. 7) tu *add.*
Schoell huc *Camerarius*: hac *cod.* (a *pro* u; vi. 1) (mea) f. *Fleck-*
eisen 823 agis *cod.* (*corr. in B*) exmigrasti *cod.* (*ex v. 822*):
corr. Acidalius quam *add. Beroaldus* 824 tu *Mueller* 825 loca-
tus nunc ac (hanc *B²*) rem agere *cod.*: *corr. Spengel* 826 (quid
debeo) *Leo* 827 *vel* istic q. mi. molesta est *cod.*: *corr. Schoell*:
molesta q. mi. est *Vahlen* 828 iurare (*pro* lurere?) *PCD*

- MEN. quid mihi meliust quam, quando illi me insanire prae-
dicant,
ego med adsimulem insanire, ut illos a me apsterream? 80
MA. ut pandiculans oscitatur! quid nunc faciam, mi pater?
SE. concede huc, mea nata, ab istoc quam potest longissime.
835 MEN. euhoe atque euhoe, Bromie, quo me in siluam ue-
natum uocas?
audio, sed non abire possum ab his regionibus,
ita illa me ab laeua rabiosa femina adseruat canes, 85
poste autem illinc hircus talust, qui saepe aetate in sua
perdidit ciuem innocentem falso testimonio.
840 SE. uae capiti tuo! MEN. ecce, Apollo mihi ex oraclo
imperat
ut ego illic oculos exuram lampadi[bu]s ardentibus.
MA. perii! mi pater, minatur mihi oculos exurere. 90
MEN. ei mihi! insanire me aiunt, ultro quom ipsi insaniunt.
SE. filia, heus! MA. quid est? SE. quid agimus? quid
si ego huc seruos cito?
845 ibo, abducam qui hunc hinc tollant et domi deuinciant
priu' quam turbarum quid faciat ampliús. MEN. enim
haereo;
ni occupo aliquid mihi consilium, hí domum me ad se 95
auferent.
pugnis me uotas in huius ore quicquam parcere,
nei a meis oculis apscedat in malam magnam crucem.
850 faciam quod iubes, Apollo. SE. fuge domum quantum
potest,

832 ego me (*ita cod.*) <ut> *Ritschl* 834 potest *corr.* potes *cod.*
ut vid. 835 euhoe atque euhoe *scripsi* (*cf. ad Cas. 727*): eubi (eum
*B*¹) atque heu *cod.*: euhoe, Bacche, *Richter* 838 post te *cod.*
illi circo salus *cod.*: *corr.* *Beroaldus* caluus *Mueller, sed fort.* alus *id*
quod 'olens' (*cf.* 'alium') 840 ex oraclo mi *Ritschl, nam mihi* | ex
displicet imperas *Langen* 843 ipse *cod.* (? *pro ipsei, seq. i*) (*corr.*
*B*²) 847 aliquod *alii* 849 ni a meis *Vahlen et eadem ut vid. in*
cod. sed antiqua forma nei a miis (ne iam his *B*²) in magnam malam
crucem *Sonnenschein*

- ne hic te optundat. MA. fugio. amabo, ádserua istunc, mi
 pater,
 100 ne quo hinc abeat. sumne ego mulier misera quae illaec
 audio?—
 MEN. hau male illánc amoui; (amoueam) nunc hunc in-
 purissimum,
 barbatum, tremulum Titanum, qui cluet Cygno patre.
 ita mihi imperas ut ego huius membra atque ossa atque 855
 artua
 comminuam illo scipione quem ipse habet. SE. dabitur
 malum,
 105 me quidem si attigeris aut si propius ad me accesseris.
 MEN. faciam quod iubes; securim capiam ancipitem atque
 hunc senem
 osse fini dedolabo ássulatim uiscera.
 SE. enim uero illud praecauendumst atque adcurandumst 860
 mihi;
 sane ego illúm metuo, ut minatur, ne quid male faxit mihi.
 110 MEN. multa mi imperas, Apollo: nunc equos iunctos iubes
 capere me indomitos, ferocis, atque in currum inscendere,
 ut ego hunc proteram leonem uetulum, olentem, edentulum.
 iam astiti in currum, iam lora teneo, iam stimulum: in 865
 manust.
 agite equi, facitote sonitus unguularum appareat,
 115 cursu celeri facite inflexa sit pedum pernicitas.
 SE. mihin equis iunctis minare? MEN. écce, Apollo,
 denuo
 me iubes facere impetum in eum qui stat atque occidere.

852 summe *cod.* (*corr. B²*) audeo *cod.* (*corr. B²*) 853 amoueam
add. Persson 854 Tithonum *edd.* qui lucet (*pro cluet*) cygno *Prisci-*
anus 1, 216: cycno prognatum *cod.* Cucino *Ritschl* 858 securi
cod. vel senem — (*sermone interrupto*) 861 vel illunc 864
 uetulum *Gulielmíus*: etulum *cod.* edentulum *Pius*: edentius *cod.*
 (i *pro* †, i. e. ul; vii. 5, p. 97) 865 stimulum iam *Ritschl* 866
 appareat *Ritschl*: apparent *cod.* 867 facitote *PCD* inflexa *Dousa*:
 inflexu *cod.* (u *pro* a; vi. 1) sint *cod.* (*corr. B²*) 868 manare
cod. (*corr. B²*)

870 sed quis hic est qui me capillo hinc de curru deripit?
imperium tuum demutat atque edictum Apollinis.

SE. eu hercle morbum acrem ac durum! * * *

120

* * * di, uostram fidem!

873^a uel hic qui insanit quam ualuit paullo prius!
ei derepente tantus morbus incidit.

875 eibo atque accersam medicum iam quantum potest.—

MENAECHEMVS II SENEX

iii

MEN. Iamne isti abierunt, quaeso, ex conspectu meo,
qui me ui cogunt ut ualidus insaniam?
quid cesso abire ad nauem dum saluo licet?

879-80 uosque omnis quaeso, si senex reuenerit,
ni me indicetis qua platea hinc aufugerim.—

5

SE. lumbi sedendo, óculi spectando dolent,
manendo medicum dum se ex opere recipiat.
odiosus tandem uix ab aegrotis uenit,

885 ait se óbligasse crus fractum Aesculapio,
Apollini autem bracchium. nunc cogito
utrum me dicam ducere medicum an fabrum.
atque eccum incedit. mouè formicinum gradum.

10

MEDICVS SENEX

iv

MED. Quid esse illi morbi dixeras? narra, senex.

890 num laruatust aut cerritus? fac sciam.

num eum ueternus aut aqua intercus tenet?

SE. quin ea te caussa duco ut id dicas mihi

atque illum ut sanum facias. MED. perfacile id quidemst. 5
sanum futurum, mea ego id promitto fide.

871 atque dictum *cod.* 872 *lacunam indic. Schoell.* Neque eu
hercle neque eu hercl' *placent* 877 ualidus uix ferendum ut ualens
Brix: fort. ualidus uti uesaniam *Bothe (cf. v. 921)* post hunc
versum lacunam indic. Ritschl 882 spectando *Ausonius Lud.*
Sept. Sap. 131: exspectando cod. (v. 9, p. 70) 889 esset *cod.*
890 laruatus *cod.* vel laruatus aut cerritust 891 ueternus *cod.*
(*corr. B²*) 893 quideast *cod. ut uid. (A pro M) (corr. B²)* 894
eco *cod. (C pro G; vi. 1)*

- SE. magna cum cura ego illum curari uolo. 895
 MED. quin suspirabo plus †sescenta† in dies :
 ita ego éum cum cura magna curabo tibi.
 10 SE. atque eccum ipsum hominem. ópseruemus quam
 rem agat.

V MENAECHEMVS I SENEX MEDICVS

- MEN. Edepol ne hic dies peruorsus atque aduorsus mi
 optigit.
 quae me clam ratus sum facere, ómnia ea fecit palam 900
 parasitus qui me compleuit flagiti et formidinis,
 meus Vlixes, suo qui regi tantum conciuit mali.
 5 quém ego hómínem, si quidem uiuo, uita euoluam sua—
 sed ego stultus sum, qui illius esse dico quae meast :
 meo cibo et sumptu educatust. anima priuabo uirum. 905
 condigne autem haec meretrix fecit, ut mos est meretricius :
 quia rogo palla ut referatur rusum ad uxorem meam,
 10 mihi se ait dedisse. eu edepol ! né ego homo uiuo miser.
 SE. audin quae loquitur? MED. se miserum praedicat.
 SE. adeas uelim.
 MED. saluos sis, Menaechme. quaeso, qur apertas bra- 910
 cchium ?
 non tu scis quantum isti morbo nunc tuo facias mali ?
 MEN. quin tu te suspendis? SE. ecquid sentis? MED.
 quidni sentiam ?
 15 non potest haec res ellebori iungere optinerier.
 sed quid ais, Menaechme? MEN. quid uis? MED. dic
 mihi hoc quod te rogo :

896 sescentos *Camerarius* die *Lambinus*, sed cf. *Redslob* (*Lit. Centralbl.* 1895. p. 1761) fort. sescenta sexies (vi ies) 897 ita e. eum *Kaempf*: ita e. illum *cod.* (cf. *ad Aul.* 758): fort. ita (*in fine v. praecedentis*) Ego illum 900 ea omnia *cod.*: *trai.* *Bothe metri causa* 903 nita *cod.* (*corr. B²*) 906 meretricibus *B* 909 sed *cod.* (*vix antiqua orthographia*) 913 unguine (*iung. ?*) *B²*: iungere *Ital.*, sed *potest iungere abl. casus nominis iungus* (*Gr.* ζεύγος) esse

915 album an atrum uinum potas? MEN. quin tu is in malam
cruce[m]?

MED. iam hercle oceptat insanire primulum. MEN. quín
[tu] me interrogas

purpureum panem an puniceum soleam ego esse an luteum?
soleamne esse auis squamossas, piscis pennatos? SE. papae! 20

919-20 audin tu ut deliramenta loquitur? quid cessas dare
potionis aliquid priu' quam percipit insania?

MED. mane modo, etiam percontabor alia. SE. occidis
fabulans.

MED. dic mihi hoc: solent tibi umquam óculi duri fieri?

MEN. quid? tu me locustam censes esse, homo igna- 25
uissime?

925 MED. dic mihi: enumquam intestina tibi crepant, quod
sentias?

MEN. ubi satur sum, nulla crepitant; quando essurio, tum
crepant.

MED. hoc quidem edepol hau pro insano uerbum respondit
mihi.

perdormiscin usque ad lucem? facilin tu dormis cubans?

929-30 MEN. perdormisco, si resolui árgentum quoi debeo— 30

931-3 qui te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint!

MED. nunc homo insanire oceptat: de illis uerbis caue
tibi.

935 SE. immo Nestor nunc quidem est de uerbis, praeut dudum
fuit;

915 sic ascriptus in B manu recentiore ad Curculionis v. 242: album
an atrum uinum potas quid tibi quesito opus est vix potas? MEN.
quid tibi quaesito opust {Album an atrum uinum potem?} quin tu is,
etc. (iii. 11) 916 ocepta cod. (corr. B²) post primulum lacu-
nam sign. Vahlen, Schoell (cf. ad v. 915) tu del. Bothe (ex v. 915?)
918 quamossas cod. 919-20 auditu cod. (corr. B²) 921
uesania Bothe (cf. v. 878), cui percipit displicet 922 alia] heia
Schoell SE.] MEN. alii occipis B² fabulans Acidalius: fabulam
(B) vel falam (PCD) cod. 925 mehi codd. (antiqua forma?) 926
tunc codd. Nonii 255 928 perdormiscanuis que cod. (pro -can corr.
-cin superscr. i) obdormis Ritschl cubans Acidalius: curans cod.
(R pro B; vi. 1) 929-30 vel quoui 933 perdunt cod. (corr. B²)

- nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.
 35 MEN. quid, ego? SE. dixi insanus, inquam. MEN. égone?
 SE. tú istic, qui mihi
 etiam me iunctis quadrigis minitatu's prosternere.
 egomet haec te uidi facere, égommet haec ted arguo. 939-40
 MEN. at ego te sacram coronam surrupuisse Ioui' (scio),
 et ob eam rem in carcerem ted esse compactum scio,
 40 et postquam es emissus, caesum uirgis sub furca scio ;
 tum patrem occidisse et matrem uendidisse etiam scio.
 satin haec pro sano male dicta male dictis respondeo? 945
 SE. opsecro hercle, medice, propere quidquid facturu's
 face.
 non uides hominem insanire? MED. scin quid facias op-
 tumum est?
 45 ad me face uti deferatur. SE. itane censes? MED. quip-
 pini?
 ibi meo arbitrato potero curare hominem. SE. age ut lubet.
 MED. elleborum potabis faxo áliquos uiginti dies. 950
 MEN. at ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.
 MED. í, arcesse homines qui illunc ad me deferant. SE.
 quot sunt satis?
 50 MED. proinde ut insanire uideo, quattuor, nihilo minus.
 SE. iám hic'erunt. adserua tu istunc, medice. MED. ímmo
 ibo domum,
 ut parentur quibu' paratis opus est. tu seruos iube 955
 hunc ad me ferant. SE. iam ego illic faxo erit. MED.
 abeo.— SE. uale.—

936 *vel aibat* 937 dixi *Leo*: dixi *cod.* MEN. Quid ego dixi?
 SE. insanus, inquam— *Schoell* tu istic *Ital.*: tustic (*istuc B*) *cod.*
 938 ministatus (-isst-) *cod.* (*corr. B*²) 940 uide *cod.* (*pro uidei?*)
 (*corr. B*²) 941 [lo]iouis *P^{CD}* (iv. 3): aio Iouis *Parvus*: Ioui *Pylades*
 scio *add. Pylades* (*fort. in fine sequentis versus scriptum erat*; ii. 5)
 945 respondeo *cod.* (*corr. B*²) 946 maledice *cod.* (v. 8) (*corr. B*²)
 947 es *cod.* (*corr. B*²) 948 itana *cod.* (*corr. B*²) 950 *post* 951
cod. (*prius om. propter homocotel. ? ij. 6*): *corr. Camerarius* alios *B*²
 953 uideor *cod.* (*corr. in B*) 955 tus *cod.* 956 *vel illi*

MEN. abiit socerus, abit medicus. nunc solus sum. pro
 Iuppiter!
 quid illuc est quod med hisce homines insanire praedicant? 55
 nam equidem, postquam gnatus sum, numquam aegrotavi
 unum diem
 960 neque ego insanio neque pugnans neque ego litis coepio.
 saluos saluos alios uideo, noui (ego) homines, adloquor.
 an illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?
 quid ego nunc faciam? domum ire cupio: uxor non sinit; 60
 huc autem nemo intromittit. nimirum prouentum est ne-
 quiter.
 965 hic ero usque; ad noctem saltem, credo, intromittar domum.

MESSENIUS

vi

MES. Spectamen bono seruo id est, qui rem erilem
 procurat, uidet, conlocat cogitatque,
 ut absente ero rem eri diligenter
 tutetur quam si ipse adsit aut rectius.
 970 tergum quam gulam, crura quam uentrem oportet 5
 potiora esse quod cor modeste situmst.
 recordetur id, qui nihili sunt, quid eis preti
 detur ab suis eris, ignauis, improbis uiris:
 uerbera, compedes,
 975 molae, [magna] lassitudo, fames, frigus durum, 10
 haec pretia sunt ignauiae.
 id ego male malum metuo: propterea bonum esse certumst
 potius

957 fort. a. socrus abit (Arch. Lat. Lex. 12, 592) nunc del.
 Guictus, ritmo consulens 958 (nunc) me (ita cod.) Mueller
 (Rhein. Mus. 54, 393) (cf. 957) hic cod. (cf. 997 illic pro illisce)
 960 coepio testatur Nonius 89: cupio cod. 961 ego add. Ritschl
 (hos) hom. Mueller (Rhein. Mus. 54, 393) fort. homines uideo, noui
 962 perperam Ital.: perderam cod. (D pro P) 965 ero Pius:
 ergo cod. usce cod. 968 (tam) rem Ritschl, cui hiatus in fine
 hemistichii displicet 969 vel quasi 972 re[corde] cordetur B,
 unde corde recordetur Spengel (troch. septenar.) 975 magna del.
 Ritschl, metri causa

- quam malum ; nám magi' multo patior faciliu' uerba : uer-
 bera ego odi,
 nimioque edo lubentius molitum quam molitum praehibeo.
 15 propterea eri imperium exsequor, bene et sedate seruo id ; 980
 atque id mihi prodest.
 alii sei ita ut in rem esse ducunt sint, ego ita ero ut me
 esse oportet ;
 metum id míhi adhibeam, culpam apstineám, ero ut
 omnibus in locis sim praesto :
 serui qui quom culpa carent metuont i solent esse eris 983^a
 utibiles.
 20 nam illi qui nil metuont, postquam malum †promeri- 983^b
 tumque† ei metuont.
 metum hau multum. prope est quando †ceruso fa-
 ciam† pretium exsoluet.
 (eo)ego exemplo seruio, tergo ut in rem esse arbitrór. 985
 postquam in tabernam uassa et seruos conlocaui, ut iusserat,
 ita uenio aduorsum. nunc fores pultabo, adesse ut me sciat,
 25 †neque utrum† ex hoc saltu damni saluom ut educam foras.
 sed metuo ne sero ueniam depugnato proelio.

vii SENEX MENAECHEMVS I MESSENIO

SE. Per ego uobis deos atque homines dico ut imperium 990
 meum
 sapienter habeatis curae, quae ímperaui atque impero :
 facite illic homo iam in medicinam ablatas sublimis siet,

- 978 *vel* mage ego fort. *deleud. rhythmi causa* 981 mihi id B
 982 alii si (?) *Lco* : aliis (alii B²) esse (ēē) *cod.* sin P^{CD} ita
om. P^{CD} 983^{ab} *secl. Hermann* (cf. *Most.* 858, ubi metuont ei)
 983^a et metuont *cod. hoc loco* (et metuo ni B¹, unde metuunt hi B² *del.*
 et) 983^b promeriti tunc i *Vahlen* : fort. promeriti, atque i 984
 metuam haud *Pylades* : metum aut *cod.* es B fort. hoc erus quae f.
 (O pro Q., i. e. que ; vii. 1) 985 eo *add. Spengel* terge P^{CD} : tergi
Merula 986 uassed *cod. ut vid.* (pro uassaet) (corr. B²) 987
 iam *Scyffert* 988 Atque *Gronovius* uirum *Bothe* fort. Meum-
 que erum ut e. f. *Pareus* : ute duø anfora *cod.* (O pro C ; vi. 1)

nisi quidem uos uostra crura aut latera nihili penditis.

caue quisquam quod illfc minitetur uostrum flocci fecerit. 5

995 quid statis? quid dubitatis? iam sublimem raptum oportuit.

ego ibo ad medicum: praesto ero illi, quom uenietis.

MEN. occidi!

quid hoc est negoti? quid illisce homines ad me currunt, opsecro?

quid uoltis uos? quid quaeritatis? quid me circumstittis?

quo rapitis me? quo fertis me? perii, opsecro uostram 10
fidem,

1000 Epidamnienses, subuenite, ciues! quin me mittitis?

MES. pro di immortales! opsecro, quid ego oculis aspicio
meis?

erum meum indignissime nescioqui sublimem ferunt.

MEN. ecquis suppetias mi audet ferre? MES. ego, ere,
audacissime.

o facinus indignum et malum, Epidamnii ciues, erum 15

1005 meum hic in pacato oppido luci deripier in uia,
qui liber ad uos uenerit!

mittite istunc. MEN. opsecro te, quisquis es, operam mihi
ut des

neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam.

MES. immo et operam dabo et defendam et subuenibo 20
sedulo.

1010 numquam te patiar perire, me perirest aequius.

eripe oculum istic, ab umero qui tenet, ere, te opsecro.

hisce ego iam sementem in ore faciam pugnosque operam.

993 nihil B 995 satis cod. (corr. B²) oportum P^{CD} 997
quod i. Bach illic cod. (cf. 958 hic pro hisce) 998 uol. quos
cod. (corr. in D) circum stitis cod. 1003 uix mihi auidet
1005-65 in A nihil fere legitur 1007 es om. B ut des B²: uidet
cod. (vi. 1, p. 86) 1009 im. op. (om. et) Guietus 1010 perirest
aequius Camerarius: derires te cuius (i. 5)

- maxumo hodie malo hercle uostro istunc fertis. mittite.
- 25 MEN. teneo ego huic oculum. MES. face ut oculi locus
in capite appareat.
uos scelesti, uos rapaces, uos praedones! Lo. periimus! 1015
opsecro hercle! MES. mittite ergo. MEN. quid me uobis
tactiost?
pecte pugnīs. MES. agite abite, fugite hinc in malam
crucem.
em tibi etiam! quia postremus cedis, hoc praemi ferēs.
- 30 nimi' bene ora commetaui atque ex mea sententia.
edepol, ere, ne tibi suppetias temperi adueni modo. 1020
MEN. at tibi di semper, adulescens, quisquis es, faciant bene.
nam apsq̄ue ted ésset, hodie numquam ad solem occasum
uiuerem.
MES. ergo edepol, si recte facias, ere, med emittas manu.
- 35 MEN. liberem ego te? MES. uerum, quandoquidem, ere,
te seruauī. MEN. quid est?
adulescens, erras. MES. quid, erro? MEN. per Iouem 1025
adiuro patrem,
med erum tuom non esse. MES. non taces? MEN. non
mentior;
nec meu' seruos numquam tale fecit quale tu mihi.
MES. sic sine igitur, si tuom negas me ésse, abire liberum.
- 40 MEN. mea quidem hercle caussa liber esto atque ito quo uoles.
MES. nemp' iubes? MEN. iubeo hercle, si quid imperi est 1030
in te mihi.
MES. salue, mi patrone. 'quom tu liber es, Messenio,
gaudeo.' credo hercle uobis. sed, patrone, te opsecro,
ne minus imperes mihi quam quom tuos seruos fui.

1013 herc. hod. ma. *Bothe* 1019 nimis *Bothe*: nimis [aut] *cod.*
1020 tempore *cod.* 1022 vel apsq̄' 1027 umquam *P^{CD}*
1028 vel med post 1028 in *P* leguntur vv. 1037-43 suo loco
reducuntur (? prius omissi propter homocotel. marsuppium; ii. 6)
1031-2 vide ne illa patrone—sed propter homocoteleton interciderint
in *A*, qui inter vv. 1026 et 1034 sex, non septem, versus exhibuisse
videtur

apud ted habitabo et quando ibis, una tecum ibo domum. 45

1035 MEN. minime. MES. nunc ibo in tabernam, uassa atque
argentum tibi

referam. recte est opsignatum in uidulo marsuppium

cum uiatico : id tibi iam huc adferam. MEN. adfer strenue.

MES. saluom tibi ita ut mihi dedisti reddibó. hic me
mane.—

MEN. nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt miris 50
modis :

1040 alii me negant eum esse qui sum atque excludunt foras ;

etiam hic seruom se meum esse aiebat quem ego emisi manu,

[uel ille qui se petere argentum modo, qui seruom se meum

1042^a esse aiebat, (med erum suom), quem ego modo emisi manu]
is ait se mihi adlaturum cum argento marsuppium : 55

id si attulerit, dicam ut a me ábeat liber quo uolet,

1045 ne tum, quando sanus factus sit, a me argentum petat.

socer et medicus me insanire aiebant. quid sit mira sunt.

haec nihilo esse mihi uidentur setius quam somnia.

nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam suscenset 60
mihi,

si possum exorare ut pallam reddat quam referam domum.—

MENAECMVS II MESSENIO

viii

1050 MEN. Men hodie usquam conuenisse te, audax, audes
dicere,

*post 1036 in P legitur v. 1044 suo loco repetitus (cf. ad v. 1028)
: 1037-44 v. ad 1028, 1036 1037 Quom cod. 1039 miris mo. (vel
multis mo.) cod. 1041, 1042^a restituere conatus sum : in A appa-
rent initia vv. 1041 (?) et 1043, omissis vv. 1042 et 1042^a : vel unus
versus in P :*

etiam hic seruom esse se meum aiebat quem ego emisi manu
vel duo :

uel ille qui se petere modo argentum. modo qui seruom se meum
esse aiebat. quem ego modo emisi manu

1041 *vel aibat* 1042 *fort. Illi (adverb.), del. uel (Class. Rev. 10,
333)* 1044 *vel med* 1045 *ne tum Lambinus : nedum cod.*

1046 *i. aiebant Camerarius : i. dicebant cod. (? d pro a ; vi. 1, p. 84) :*
vix insanir' di. vel insanire dicébant 1047 *sectius Vel. Longus ap.
Gellium 18, 9, 4, ubi minus pro mihi codd. Gellii*

postquam aduersum mi imperaui ut huc uenires? MES.
 quin modo
 erupui, homines qui ferebant te sublimem quattuor,
 apud hasce aedis. tu clamabas deum fidem atque hominum
 omnium,

5 quom ego accurro teque eripio ui, pugnando, ingratiis.
 ob eam rem, quia te seruauui, me amisisti liberum.

quom argentum dixi me petere et uasa, tu quantum potest
 praecucurristi obuiam, ut quae fecisti infitias cas.

MEN. liberum ego te iussi abire? MES. certo. MEN. quin
 certissimumst

10 mepte potius fieri seruom quam te umquam emittam manu.

ix

MENAECHMVS I MESSENIO

MENAECHMVS II

MEN.¹ Si uoltis per oculos iurare, nihilo hercle ea caussa 1060
 magis
 facietis ut ego hodie apstulerim pallam et spinter, pes-
 sumae.

MES. pro di immortales! quid ego uideo? MEN.² quid
 uides? MES. speculum tuom.

MEN.² quid negoti est? MES. tuast imago. tam consimi-
 lest quam potest.

5 MEN.² pol profecto haud est dissimilis, meam quom formam
 noscito.

MEN.¹ o adulescens, salue, qui me seruauisti, quisquis es. 1065

MES. adulescens, quaeso hercle eloquere tuom mihi nomen,
 nisi piget.

MEN.¹ non edepol ita promeruisti de me ut pigeat quae uelis

1052 quom *Ritschl* te fer. *cod.*: *trai. Gruterus* sublimem *P^{CD}*
 1054 ui pugnando *Camerarius*: [uel] inpugnando (*B*) (iv. 3) *vel* oppug-
 nando (*P^{CD}*) *cod.* 1058 quin *Saracenus*: cui *cod.* 1061 *vel*
 uti {hinc} hodie *Ritschl* 1063 tuast *Ital.*: tumst *cod.* (*M pro*
A) consiliaest (consimilis est *B*²) quam *P*, ut *vid.*: consimiles (*i. e.*
-le's) quantum *A*, ut *vid.* 1064 quom *Acidalius*: quam *cod.*
 1066-1131 *deest A* 1066 eloquere *Fleckeisen*: loquere *cod* piger
corr. piget *cod.* ut *vid.* 1067 medepol *cod.* (*corr. B*²)

(opsequi). mihi est Menaechmo nomen. MEN.² immo
edepol mihi.

MEN.¹ Siculus sum Syracusanus. MEN.² ea domus et 10
patria est mihi.

1070 MEN.¹ quid ego ex te audio? MEN.² hoc quod res est.

MES. noui equidem hunc : erus est meus.
egoquidem huius seruos sum, sed me esse huius credidi.
ego hunc censebam te esse, huic etiam exhibui negotium.
quaeso ignoscas si quid stulte dixi atque imprudens tibi.

MEN.² delirare mihi uidere : non commeministi semul 15
1075 te hodie mecum exire ex nau? MES. enim uero aequom
postulas.

tú erus es : tu seruom quaere. tu salueto : tu uale.

hunc ego esse aio Menaechmum. MEN.¹ at ego me.

MEN.² quae haec fabulast?

tú es Menaechmus? MEN.¹ me esse dico, Moscho pro-
gnatum patre.

MEN.² tun meo patre es prognatus? MEN.¹ immo equi- 20
dem, adulescens, meo ;

1080 tuom tibi neque occupare neque praeripere postulo.

MES. di inmortales, spem insperatam date mihi quam sus-
pico !

nam, nisi me animus fallit, hi sunt geminei germanei duo.

nam et patrem et patriam commemorant pariter quae fuerint
sibi.

seuocabo erum. Menaechme. MEN.¹ MEN.² quid uis? 25

MES. non ambos uolo,

1085 sed uter uostrorum est aduectus mecum nau. MEN.¹ non
ego.

MEN.² at ego. MES. te uolo igitur. huc concede. MEN.²
concessi. quid est?

1068 obsequi *add. Vahlen* 1069 ea domus] eadem urbs *Buechele*
1070 meus] mihi *B ante corr., ut vid.* 1072 te *cod.* 1076 salueto tu
tu uale *P^{CD}* 1079 tun meo *Pylades* : tun ameo *cod.* 1081 suspicor
B² 1083 patriam et patrem *Lipsius* : patrem et matrem *cod.* (v. 1)
que *B ante corr.* : qui *P^{CD} B ex corr.* 1085 uostrum *cod.*

MES. illic hómo aut sycophanta aut geminus est frater tuos.
 nam ego hominem hominis similiorem numquam uidi
 alterum.
 30 neque aqua aquae nec lacte est lactis, crede mi, usquam
 similius
 quam hic tui est, tuque huius autem; poste eandem patriam 1090
 ac patrem
 memorat. meliust nos adire atque hunc percontarier.
 MEN.² hercle qui tu me admonuisti recte et habeo gratiam.
 perge operam dare, opsecro hercle; liber esto, si inuenis
 35 hunc meum fratrem esse. MES. spero. MEN.² et ego
 idem spero fore.
 MES. quid ais tu? Menaechmum, opinor, te uocari dixeras. 1095
 MEN.¹ ita uero. MES. huic item Menaechmo nomen est.
 in Sicilia
 te Syracusis natum esse dixisti: hic natust ibi.
 Moschum tibi patrem fuisse dixti: huic itidem fuit.
 40 nunc operam potestis ambo mihi dare et uobis simul.
 MEN.¹ promeruisti ut ne quid ores quod uelis quin impetres. 1100
 tam quasi me emeris argento, liber seruibo tibi.
 MES. spes mihi est uos inuenturum fratres germanos duos
 geminos, una matre natos et patre uno uno die.
 45 MEN.¹ mira memoras. utinam ecficere quod pollicitus
 possies.
 MES. possum. sed nunc agite uterque id quod rogabo dicite. 1105
 MEN.¹ ubi lubet, roga: respondebo. nil reticebo quod
 sciam.
 MES. est tibi nomen Menaechmo? MEN.¹ fateor. MES.
 est itidem tibi?

1087 <est> sy. *Ritschl*: *vix* <homo> sy. 1088 homini sim.
cod. (cf. *ad Capt.* 582) <ullum> alterum *Lange*, cui *hiatus* hominem |
 hominis *dispicit* 1089 lactis] lacti *cod.* (cf. *ad* 1088) 1090 postea
 cod.: post *Bothe* 1092 qui (*B*¹) *vel* quin (*PCD B*²) *cod.* 1094 item
Seyffert 1095 *vel* opino 1097 *vix* dixti (cf. *Merc.* 658) <et>
 hic *Seyffert* natus est *cod.* 1098 *vel* huic 1102 inuenturum
Lambinus: inuenturos *cod.*

MEN.² est. MES. patrem fuisse Moschum tibi ais? MEN.¹
ita uero. MEN.² et mihi.

MES. esne tu Syracusanus? MEN.¹ certo. MES. quid tu? 50
MEN.² quippini?

1110 MES. optume usque adhuc conueniunt signa. porro operam
date.

quid longissime meministi, dic mihi, in patria tua?

MEN.¹ cum patre ut abii Tarentum ad mercatum, postea
inter homines me deerrare a patre atque inde auehi.

MEN.² Iuppiter supreme, serua me! MES. quid clamas? 55
quin taces?

1115 quot eras annos gnatus quom te pater a patria | auehit?

MEN.¹ septuennis: nam tunc dentes mihi cadebant pri-
mulum.

neque patrem numquam postilla uidi. MES. quid? uos
tum patri

filiis quot eratis? MEN.¹ ut nunc maxume memini, duo.

MES. uter eratis, tun an ille, maior? MEN.¹ aequae ambo 60
pares.

1120 MES. qui id potest? MEN.¹ geminei ambo eramus. MEN.²
di me seruatum uolunt.

MES. si interpellas, ego tacebo. MEN.² potius taceo.
MES. dic mihi:

uno nomine ambo eratis? MEN.¹ minime. nam mihi hoc
erat,

quod nunc est, Menaechmo: illum tum uocabant Sosiclem.

MEN.² signa adgnoui, contineri quin complectar non queo. 65

1125 mi germane, gemine frater, salue. ego sum Sosicles.

MEN.¹ quo modo igitur post Menaechmo nomen est factum
tibi?

MEN.² postquam ad nos renuntiatum est te * * * *

1115 (tum) quom *Ritschl* 1116 iam nunc *B* 1117 num-
quam *Brix, Habich*: unquam *cod.* (i. 9) postillac (*ita B²*) um-
quam *Ritschl* uos tum *Coluius*: nostrum *cod.* 1121 potius
Messenioni dat Abraham stud. Plaut. 226 1127 lacunam *indic. Ritschl*

- * * * * * et patrem esse mortuom,
 70 auo' noster mutauit : quod tibi nomen est, fecit mihi.
- MEN.¹ credo ita esse factum ut dicis. sed mihi hoc ré- 1129
 sponde. MEN.² roga. 1130
- MEN.¹ quid erat nomen nostrae matri? MEN.² Teuxi-
 marchae. MEN.¹ conuenit.
 o salue, insperate, ánnis multis post quem conspikor.
- MEN.² frater, et tu, quém ego multeis miserieis, laboribus
 75 usque adhuc quaesiui quemque ego esse inuentum gaudeo.
- MES. hoc erat quod haec te meretrix huius uocabat nomine : 1135
 hunc censebat te esse, credo, quom uocat te ad prandium.
- MEN.¹ namque edepol iussi hic mihi hodie prandium appa-
 rari,
 clam meam uxorem, quoi pallam surrupui dudum domo,
 80 eam dedi huic. MEN.² hanc, dicis, frater, pallam quam
 ego habeo? MEN.¹ {haec east}.
 quo modo haec ad te peruenit? MEN.² meretrix huc ad 1140
 prandium
 me abduxit, me sibi dedisse aiebat. prandi perbene,
 potaui atque accubui scortum, pallam et aurum hoc {apstuli}.
 MEN.¹ gaudeo edepol si quid propter me tibi euenit boni.
 85 nam illa quom te ad se uocabat, memet esse credidit. 1144
 1145
- MES. numquid me morare quin égo liber, ut iusti, siem?
 MEN.¹ optimum atque aequissimum orat, frater : fac caussa
 mea.
 MEN.² liber esto. MEN.¹ quom tu es liber, gaudeo, Mes-
 senio.
 MES. sed meliorest opus auspicio, ut liber perpetuo siem. 1149
 1150
- 1132 *accedit A* multis annis *P^{CD}* postquam *AP^{CD}* 1135
vel huius 1137 hic mihi hodie iussi *P, A n. l. : trai. Schoell* appa-
 rari *Camerarius* : apparā *P ut vid., A n. l.* 1138 quoi *B²* : quia
P, A n. l. : quoniam Redslöb 1139 haec east *add. Vahlen (A n. l.)*
 1140 {quae} huc *Ritschl* 1141 *vel aibat* 1142 dotaui *P*
 abstuli *add. Onions (A n. l.)* 1144, 1145 memet *Ritschl* : me *P,*
A n. l. 1146 seam *P, A n. l.*

- MEN.² quoniam haec euenere, frater, nostra | ex sententia, 90
 in patriam redeamus ambo. MEN.¹ frater, faciam, ut tu
 uoles.
 auctionem hic faciam et uendam quidquid est. nunc in-
 terim
 eamus intro, frater. MEN.² fiat. MES. scitin quid ego uos
 rogo?
 1155 MEN.¹ quid? MES. praeconium mi ut detis. MEN.² da-
 bitur. MES. ergo nunciam
 uis conclamari auctionem? MEN.¹ fore quidem dieseptumi. 95
 MES. auctio fiet Menaechmi mane sane septumi.
 uenibunt serui, supellex, fundi, aedes, omnia.
 uenibunt quique licebunt, praesenti pecunia.
 1160 uenibit—uxor quoque etiam, si quis emptor uenerit.
 uix credo tota auctione capiet quinquagesies. 100
 nunc, spectatores, ualete et nobis clare plaudite.

1151 euenerunt *P* nostra frater *Gruterus, fort. recte* (ii. 1): fr.
 nobis *Camerarius* 1152 frater *Menaechmo II dat A* 1154 frater
Menaechmo II dant alii 1155 mihi *codd.* ego *A* 1156
 fore? MEN.¹ equidem *Bergk* 1161 auctione tota *Bothe (A n. l.)*
 quinquagesisae *A*: quinquagesimas *Leo*

MERCATOR

ARGVMENTVM I

Missus mercatum ab suo adulescens patre
Emit atque adportat scita forma mulierem.
Requirit quae sit, postquam eam vidit, senex :
Confingit servos emptam matri pedisequam.
5 **A**mat senex hanc, at se simulans vendere
Tradit vicino ; eum putat uxor sibi
Obduxe scortum. tum Charinum ex fuga
Retrahit sodalis, postquam amicam invenit.

4 confingit *Merula* : conficit *cod.* (**C** pro C)
ac *Gruterus*

5 ad *cod.* (*i. e.* at ?) :

ARGVMENTVM II

Mercatum asotum filium extrudit pater.
 is peregre missus redimit ancillam hospitis
 amore captus, advehit. nave exilit,
 pater advolat, visám ancillam deperit.
 cuius sit pereunctatur ; servus pedisequam 5
 ab adolescente matri émpnam ípsius.
 senex, sibi prospiciens, ut amico suo
 veniret natum orabat, natus ut suo :
 hic filium subdiderat vicini, pater
 vicinum ; praemercatur ancillam senex. 10
 eam domi deprensam coniunx illius
 vicini scortum insimulat, protelat virum.
 mercator exspes patria fugere destinat,
 prohibetur a sodale, qui patrem illius
 orat cum †suo patre† nato ut cederet. 15
 [absente cum lenone perfido].

1 asotum *Ritschl*, nec aliter cod. ut vid. (a se dum *P^{CD}*, adsotium *B*)
 2 missus *Beroaldus* : milis cod. (ex gloss. militis ad hospitis adscript. ?)
 3 aduehit *Gulielmus* : ut (pro at ; vi. 1) uehit cod. 4 <vix> visam
 a. *Leo* : v. ancillam <illam> *Ritschl* : visamque anc. *Camerarius* : fort.
 anc. visam (ii. 1) 5 serui *B* 6 <ait> emp. *Pylades* 10
 uicinum *Ital.* : uicinus cod. 13 expes *Saracenus* : expers cod.
 14 prohibere cod. 15 suo cum pâtre *Pylades* : fort. cum p. suo pte
 16 *secl. Pius*, sed vide ne finis Argumenti casu mutilatus sit

PERSONAE

CHARINVS ADVLESCENS

ACANTHIO SERVVS

DEMIPHO SENEX

LYSIMACHVS SENEX

LORARIVS

EVTYCHVS ADVLESCENS

PASICOMPSA MERETRIX

DORIPPA MATRONA

SYRA ANVS

COCVS

SCAENA ATHENIS

ACTVS I

CHARINVS

I. i

CH. Duas res simul nunc agere decretumst mihi :
 et argumentum et meos amores eloquar.
 non ego item facio ut alios in comoediis
 (ui) uidi amoris facere, qui aut Nocti aut Dii
 5 aut Soli aut Lunae miseras narrant suas : 5
 quos pol ego credo | humanas querimonias
 non tanti facere, quid uelint, quid non uelint ;
 uobis narrabo potius meas nunc miseras.
 graece haec uocatur Emporos Philemonis,
 10 eadem Latine Mercator Macci Titi. 10
 pater ad mercatum hinc me meus misit Rhodum ;
 biennium iam factum est postquam abii domo.
 ibi amare ocepi forma eximia mulierem.
 sed ea[m] ut sim implicitus dicam, si operaest auribus
 15 atque aduertendum ad animum adest benignitas. 15
 et hoc parum hercle more amatorum institi,
 tper mea perconatus sum uos sumque inde exilico
 nam amorem haec cuncta uitia sectari solent,
 cura, aegritudo nimiaque elegantia,
 20 haec non modo illum quí amat sed quemque attigit 20

3 item *Muretus* : idem *cod.* 4 ui *add. Ussing* quia aut *B*
 5 m. au narras *B* 6 edepol *Ritschl* humanas *Camerarius* : huma-
 nis *cod.* 7 q. u. q. n. u. *Camerarius*, neque aliter *cod. ut vid.* (quid.
 u. [aut] quid n. u. *PCD*, quod [uelin] uelintque non u. *B*) 9. 10
secl. Osann 10 Macci Titi *Ritschl* : mactici (*B*) vel mattici (*PCD*)
cod. (iii. 3) 11 hinc *Pius* : hic *cod.* rhodus *cod.* 13 ibi
Gruterus : abii *cod.* (v. 4) 14 sed eam simplicitus dicam *Nonius*
 176, testans aduerbiium simplicitus ea *Lambinus* : eam *cod.* 15
 aduertendum ad *Acidalius* : aduertendam ut *cod.* (v. 3) 16 hercle
Ritschl : esse *cod.* amatorum *Acidalius* : matorum (maiorum *PCD*)
cod. (*cf.* mori pro amori 62) 17 me *PCD* uos sumque] orsusque
Leo fort. mea (*del.* per) praeconatus peruorsum i. e. (*Journ. Phil.*
 26, 292)

magno atque solido multat infortunio,
 nec pol profecto quisquam sine grandi malo
 praequam res patitur studuit elegantiae.
 sed amori accedunt etiam haec quae dixi minus :
 25 insomnia, aerumna, error, [et] terror et fuga : 25
 ineptia, stultitiaque adeo et temeritast,
 incogitantia excors, inmodestia,
 petulantia et cupiditas, maliuolentia ;
 inerit etiam áuiditas, desidia, iniuria,
 30 inopia, contumelia et dispendium, 30
 multiloquium, parumlóquium : hoc ideo fit quia
 quae nihil attingunt ad rem nec sunt usui,
 tam amator profert saepe adorso tempore ;
 hoc, pauciloquium, rusum idcirco praedico,
 35 quia nullus umquam amator adeost callide 35
 facundus quae in rem sint suam ut possit loqui.
 nunc uos mi irasci ob multiloquium non decet :
 eodém quo amorem Venu' mi hoc legauit die.
 illuc reuorti certumst, conata eloquar.
 40 principio (ut ex) ephebis aetate exii 40
 atque animus studio amotus puerilist meus,
 amare ualide coepi hic meretricem : ilico
 res exsulatum ad illam clám abibat patris.
 leno inportunus, dominus eiis mulieris,

23 studit *cod.* 24 quae (quod *B*) dixi minus (diximus *PCD*, *cod.*
 25 et (e *B*) *del. Camerarius* 26 *fort. ineptiast (cf. 41), nam ineptiã*
vix ferendum ineptia atque stultitia *Ritschl* temeritas *edd., fort.*
recte (cf. ad 330) 29 ineret *cod. (i. e. inerit aut inhaeret)* Inertia
auid. Leo residia *cod.* 31 id eo (*del. hoc Marx* 32 sunt
 usui *Camerarius* : suntus uidi *cod. (i. 5)* 33 tam] ea *Ritschl* pro-
 fert *Pylades* : proferri *cod.* 35 usquam *B* 36 sint suam
Camerarius : insit sua *cod.* 38 hoc *Camerarius* : hac *cod.* 39
 certumst *Ritschl* : certum et (i *C*) *cod.* 40 principio atque animus
 phoebus etate exiit *cod. (v. 4. p. 80)* : *corr. Leo* : p. ut aetas ex ephebis
 exiit *Ritschl* 41 puerilest meust *cod.* 42 coepit *cod.*
 hinc *Bothe* 43 res *Pius* : rex *cod.* exsulatum *Zander (Nord.*
Tidskr. Fil. 1897, p. 180) clam *Gulielmius* : iam *cod.*

- 45 ui summa ut quidque poterat rapiebat domum. 45
 obiurigare pater haec noctes et dies,
 perfidiam, iniustitiam lenonum exprimere ;
 lacerari ualide suam rem, illius augerier.
 summo haec clamore ; interdum mussans conloqui :
- 50 abnuere, negitare adeo me natum suom. 50
 conclamitare tota urbe et praedicere
 omnes tenerent mutuitanti credere.
 amorem multos inlexe in dispendium :
 intemperantem, non modestum, iniurium
- 55 trahere, exhaurire me quod quirem ab se domo ; 55
 ratione pessuma a me ea quae ipsus optuma
 omnis labores inuenisset perferens
 amoris ui diffunditari ac didier.
 conuicium tot me annos iam se pascere ;
- 60 quod nisi puderet, ne luberet uiuere. 60
 sese extemplo ex ephebis postquam excesserit,
 non, ut ego, amori neque desidia in otio
 operam dedisse neque potestatem sibi
 fuisse ; adeo arte cohibitum esse (se) a patre :
- 65 multo opere inmundo rustico se exercitum 65
 neque nisi quinto anno quoque solitum uisere
 urbem atque extemplo inde, ut spectauisset peplum,
 rus rusum confestim exigi solitum a patre.
 ibi multo primum sese familiarium

45 ui sumat quicque (quoque B) ut (om. PCD) p. cod. : corr. *Camerarius*, *Ritschl* 47 lenonum iniustitiam *Ritschl*, *rhythmo consulens*
 49 mussans *Pius* : *mussa cod.* 50 negitari *cod.* 52 timerent
Ritschl mutu tanti (mutuanti B) *cod.* 53 inlexe *Camerarius* :
 inlexit *cod.* 55 exurire *cod.* domo *Camerarius* : domum *cod.*
 56 pessumam e eaque *cod. ut vid. (i. e. pessuma me ea quae) : a add.*
Ussing 57 perferis *cod.* 58 moris *cod. (cf. matorum pro amato-*
rum v. 16) diffunditare (cum didere) Gulielmuis didier Gronovius :
 didere (die heret B) *cod.* 59 conuicium *Ital. : conuirium (con-*
iurium B) cod. se pascere *Dousa : si pasceret cod. (t add. ut in vv. 42,*
78 et aliis huius loci) 60 puderet *Pius* : luderet *cod.* 61
 excesseris *cod.* 62 non *Ital. : nonne (none) cod. : noenu (?) Leo*
mori cod. (cf. v. 58) 64 se *add. Camerarius* 66 solitum *Ritschl :*
 positum *cod. : ab eo situm (?) Leo* uisere] est B (v. 1) 69 se *cod.*

- 70 laborauisse, quom haec pater sibi diceret : 70
 ‘tibi áras, tibi occas, tibi seris, tibi item metis,
 tibi denique iste pariet laetitiam labos.’
 postquam recesset uita patrio corpore,
 agrum se uendidisse atque ea pecunia
 75 nauim, metretas quae trecentas tolleret, 75
 parasse atque ea se mercis uectatum undique,
 adeo dum, quae tum haberet, peperisset bona ;
 me idem decere, si ut deceret me forem.
 ego mé ubi inuisum meo patri esse intellego 79, 80
 80 atque odio tesse met quoi placere aequom fuit,
 amens amansque uí animum offirmo meum,
 dico esse iturum me mercatum, si uelit :
 amorem missum facere me, dum illi opsequar.
 agit grátias mi atque ingenium adlaudat meum ; 85
 85 sed mea promissa non neglexit persequi.
 aedificat nauim cercurum et mercis emit,
 parata nauí imponit, praeterea mihi
 talentum argenti ipsus sua adnumerat manu ;
 seruom una mittit, qui olim puero paruolo 90
 90 mihi paedagogus fuerat, quasi uti mihi foret
 custos. his sic confectis nauim soluimus.
 Rhoduim uenimus, ubi quas mercis uexeram
 omnis ut uolui uendididi ex sententia.
 lucrum ingens facio praeterquam mihi meu’ pater 95
 95 dedit aestumatas mercis : ita peculium

71 occasis (occasus) *cod.* item *Guietus* : eidem *cod.* (? *pro et corr.*
 idem) metes *Muretus* 73 recessit *cod.* 76 ea se mercis
Gulielmius : eam semper cis *cod.* (i. 5) uectatam *P^{CD}* 77 quae tum
Muretus : questum *cod.* 78 diceret si ut diceret *cod.* : *corr.* *Pylades*
 81 me esse *Pylades, fort. recte* (ii. 1) : esse ei *Ribbeck* quod placeret
cod. : *corr.* *Camerarius* uix ess’ me quoui placere 82 ui *Ussing* :
 ut *cod.* (v. 7, p. 77) : ut (sum) (?) *Leo* : uix *Skutsch (Herm. 32, 92)*
 86 Et *Ritschl* 87 cercurum quod testatur *Nonius* 533 etiam in *cod.*
fuisse uidetur (gerariam *P^{CD}*, gubernatorum *B*) 89 abnumerat
cod. 90 o. a pu. *D²* 92 his sic c. *Bothe* : isset c. *cod.* (*pro*
 isseiconf., i. e. is seic conf. ?) 95 facio *Ital.* : factio *cod.*

conficio grande. sed dum in portu illi ambulo,
 hospes me quidam adgnouit, ad cenam uocat.
 uenio, decumbo acceptus hilare atque ampliter.
 100 discubitum noctu ut imus, ecce ad me aduenit
 mulier, qua mulier alia nullast pulchrior ; 100
 ea nocte mecum illa hospitis iussu fuit.
 uosmet uidete quam mihi ualide placuerit :
 postridie hospitem adeo, oro ut uendat mihi,
 105 dico eius pro meritis gratum me et munem fore.
 quid uerbis opus est ? emi | atque aduexi heri. 105
 eam me aduexisse nolo resciscat pater.
 modo eam reliqui ad portum in naui et seruolum.
 sed quid currentem seruom a portu conspikor,
 110 quem naui abire uotui ? timeo quid siet.

ACANTHIO CHARINVS

ii

Ac. Ex summis opibus uiribusque usque experire, nitere
 erus ut minor opera tua seruetur : agedum, Acanthio,
 abige aps te lassitudinem, caue pigritiae praeuorteris.
 simul enicat suspiritus (uix suffero hercle anhelitum),
 115 simul autem plenis semitis qui aduorsum eunt : aspellito, 5
 detrude, deturba in uiám. haec disciplina hic pessumast :
 currenti, properanti hau quisquam dignum habet decedere.
 ita tres simitu res agenda sunt, quando unam occeperis :
 et currendum et pugnandum et autem iurigandum est in uia.
 120 Ch. quid illúc est quod ille tam expedite exquirat cursuram 10
 sibi ?
 curaest negoti quid sit aut quid nuntiet. Ac. nugas ago.
 quam restito, tam maxume res in periclo uortitur.

101 muliere *Scaliger* 102 illi *B* 105 dicens pro *codd.*
Nonii 137 (*neglegens citatio?*) 106 emi *Pius* : mi *cod.* : emi
 (eam) *Bentley* : (ab eo) emi *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 393) : emi mi
Bothe 111 *fort.* enitere 112 agendum *cod.* (*cf.* 149) 115
 plenissime tis *cod.* 117 quisquam (usquam) *Buecheler*, ut *versus*
iambicus fiat 121 curast *cod.* quid siet, quid (?) *Leo*, cui *spondeus*
in quarto pede displicet 122 restito *Bentley* : resisto *cod.*

- CH. mali nescioquid nuntiat. Ac. genua hunc cursorem
deserunt ;
perii, seditionem facit lien, óccupat praecordia,
15 perii, animam nequeo uortere, nimi' nihili tibicen siem. 125
CH. at tu edepol sume laciniam atque apsterge sudorem
tibi.
Ac. numquam edepol omnes balineae mihi hanc lássitu-
dinem eximent.
domin an foris dicam esse erum Charinum? CH. ego
animi pendeo.
quid illuc sit negoti lubet sciré me, ex hóc metu ut sim
certus.
20 AC. at etiam asto? at etiam cesso foribus facere hisce 130
assulas.
aperite aliquis! ubi Charinust eru'? domin est an foris?
num quisquam adire ad ostium dignum arbitratur? CH. ecce
me,
Acanthio, quem quaeris. Ac. nusquamst disciplina ignauior.
CH. quae te malae res agitant? Ac. multae, ere, té
atque me.
25 CH. quid est negoti? Ac. periimus. 135
CH. principium <id> inimicis dato. 135^a
Ac. at tibi sortito id optigit. 136
CH. loquere id negoti quidquid est. Ac. placide, uolo
adquiescere.
tua caussa rupi ramites, iam dudum sputo sanguinem.
30 CH. resinam ex melle Aegyptiam uorato, saluom feceris.
Ac. at edepol tu calidam picem bibito, aegritudo apscesserit. 140
CH. hominem ego iracundiorem quam te noui neminem.
Ac. at ego maledicentiorem quam te noui neminem.

125 nihil *cod.* 126 *post 137 Bothe* sume [tibi] *PCD* 127
eximeant *B* (*pro -ant?*) 129 *vix baehiac. (cum med?)* me
del. Spengel: mi Ritschl *fort. métu ut (vel uti) certu' sim* 131
vel Charinus 135^a *id add. Lachmann* 138 *tui c. r. r. atrum*
dum codd. Nonii 166 (neglegens citatio)

CH. sin saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo?

Ac. apage istiusmodi salutem (cum) cruciatu quae aduenit. 35

145 CH. dic mihi, an boni quid usquamst quod quisquam uti
possiet

sine malo omni, aut ne laborem capias quom illo uti uoles?

Ac. nescio ego istaec : philosophari numquam didici
neque scio.

ego bonum, malum quo accedit, mihi dari hau desidero.

CH. cedo tuam mihi dexteram, agedum, Acanthio. Ac. 40
em dabitur, tene.

150 CH. uin tu te mihi opsequentem esse an neuis? Ac.
opera licet

experiri, qui me rupi caussa currendo tua,

ut quae scirem scire actutum tibi liceret. CH. liberum

caput tibi faciam * paucos mensis. Ac. palpo percutis.

154-5 CH. egon ausim tibi usquam quicquam facinus falsum 45
proloqui?

quin iam priu' quam sum elocutus, scis sei mentiri uolo.

Ac. ah!

lassitudinem hercle uerba tua mihi addunt, enicas.

CH. sicine mi opsequens es? Ac. quid uis faciam? CH.
tun? id quod uolo.

Ac. quid (id) est igitur quod uis? CH. dicam. Ac. dice.

CH. at enim placide uolo.

160 Ac. dormientis spectatores metuis ne ex somno excites? 50

CH. uae tibi! Ac. tibi equidem a portu adporto hoc—

CH. quid fers? dic mihi.

Ac. uim, metum, cruciatum, curam, iurgiumque atque
inopiam.

144 cum (*per compend. c̄ script.*) *add. Pylades* 149 agendum
cod. (cf. 112) vel eme 150 obsequentem esse *Scaliger* : obesse
sequentem *cod.* 151 qui] quam *B (pro quum, i. e. quom?)* 153
f. (cis) *Acidalius* : f. (ante) *Mueller (Rhein. Mus. 54, 394)* percutiit
codd. Nonii 163 (neglegens citatio) 156 scis si *Camerarius* : scisset
(scisse *PCD*) *cod.* 159 id *add. Pylades*

- CH. perii ! tu quidem thensaurum huc mihi adportauisti mali.
nullus sum. AC. immo es—CH. scio iam, miserum dices
tu. AC. dixi ego tacens.
- 55 CH. quid istuc est mali? AC. ne rogites, maximum infor- 165
tunium est.
- CH. opsecro, dissolue iam me ; nimi' diu animi pendeo.
AC. placide, multa exquirere etiam priu' uolo quam uapulem.
CH. hercle uero uapulabis nisi iam loquere aut hinc abis.
AC. hoc sis uide, ut palpatur. nullust, quando ocepit,
blandior.
- 60 CH. opsecro hercle oroque ut istuc quid sit actutum indices, 170
quandoquidem mihi supplicandum seruolo uideo meo.
AC. tandem indignus uideor? CH. immo dignus. AC. equi-
dem credidi.
- CH. opsecro, num nauis periit? AC. saluast nauis, ne time.
CH. quid alia armamenta? AC. salua et sana sunt. CH.
quin tu expedis
- 65 quid siet quod me per urbem currens quaerebas modo? 175
AC. tuquidem ex ore orationem mi eripis. CH. taceo. AC.
tace.
- credo, si boni quid ad te nuntiem, instes acriter,
qui nunc, quom malum audiendumst, flagitas me ut eloquar.
CH. opsecro hercle te istuc uti tú mihi malum facias palam.
- 70 AC. eloquar, quandoquidem me oras. tuo' pater—CH. 180
quid meu' pater?
AC. tuam amicam—CH. quid eam? AC. uidit. CH. uidit?
uae misero mihi ! hoc
quod te interrogo responde. AC. quin tu si quid uis roga.
CH. qui potuit uidere? AC. óculis. CH. quo pacto? AC.
hiantibus.
- CH. in' hinc diirectus? nugare in re capitali mea.

163 hunc *PCD* vel mi 164 tacens *Becker*: taces *cod.* 169
palpator *PCD* 174 ornamenta *B* 176 face *Bothe* 181
hoc *in initio v. seq. cod.* 182 post 185 posuit *Acidalius* interrogo]
rogo *Bentley, fort. recte (cf. 185, 214)* 184 vel mea? (*interrogative*)

185 Ac. qui, malum, ego nugor si tibi quod me rogas re- 75
spondeo?

Ch. certen uidit? Ac. tám hercle certe quám ego té aut
tu me uides.

Ch. ubi eam uidit? Ac. intus intra nauim, út prope astitit ;
et cum ea confabulatust. Ch. perdidisti me, pater.

eho tu, eho tu, quin cauisti ne eam uideret, uerbero?

190 quin, sceleste, | apstrudebas, né eam conspiceret pater? 80

Ac. quia negotiosi eramus nos nostris negotiis :

armamentis complicandis, componendis studuimus.

dum haec aguntur, lembo aduehitur tuo' pater pauxillulo,

neque quisquam hominem conspiciatust, donec in nauim
subit.

195 Ch. nequiquam, mare, supterfugi á tuis témpestatibus : 85

equidem me iam censebam esse in terra atque in tuto loco,
uerum uideo med ad saxa ferri saeuus fluctibus.

loquere porro quid sit actum. Ac. postquam aspexit muli-
erem,

199- rogare ocepit quoua esset. Ch. quid respondit? Ac. ilico

200 occurri atque interpello matri te ancillam tuae 90

emisse illam. Ch. uisun est tibi credere id? Ac. etiam
rogas?

sed scelestus subigitare ocepit. Ch. illamne, opsecro?

Ac. mirum quin me subigitaret. Ch. edepol cor miserum
meum,

205 quod guttatim contabescit quasi in aquam indideris salem.

perii ! Ac. em istuc unum uerbum dixisti uerissimum. 95

stultitia istaec est. Ch. quid faciam? credo, non credet pater

186 *vel ted* 187 *vel uti* prore asstitit *P^{CD}* 189 quin] hoc *B*
190 abstr. scel. *Guietus* : scel. (eam) abstr. *Bentley* 192 [et] compon.
cod. : et *del. Camerarius* (cf. *ad Aul.* 784) 194 nauim subit *amicus*
Acidalii : nauí super *cod.* 195 a tuis *Vahlen* : subter (*corr. a*) tuis
ut vid. cod. (subter atuis *B*, saeuus *P^{CD}*) (v. 3) 199, 200 cuiá es.
Rittershusius : cui es. (*pro aes-*) *ut vid. cod.* (cuius es. *P^{CD}*) 202
uisusne est *Bothe* : uisunt (uisum *P^{CD}*) *cod.* (*pro uisun ē, i. e. est?*)
205 aqua *Nonius* 115, 223 207 stult. istaec est *Charino dat Pylades*

si illam matri meae (me) emisse dicam ; post autem mihi
 scelu' uidetur me parenti proloqui mendacium.
 neque ille credet neque credibile est forma eximia mulierem 210
 100 eam me emisse ancillam matri. Ac. non taces, stultissime?
 credet hercle, nam credebat iam mihi. Ch. metuo miser,
 ne patremprehendat ut sit gesta res suspicio.
 hoc quod te rogo responde, (quaeso). Ac. quaeso, quid
 rogas?
 Ch. nūm esse amicam suspicari uisus est? Ac. non uisus est. 215
 105 quin quidque ut dicebam mihi credebat. Ch. uerum, ut
 tibi quidem
 uisus est. Ac. non, sed credebat. Ch. uae mihi misero,
 nullu' sum!
 sed quid ego hic in lamentando pereo, ad nauim non eo?
 sequere. Ac. si istac ibis, commodum obuiam uenies
 patri ;
 postea aspicit te timidum esse atque exanimatum : ilico 220
 110 retinebit, rogabit unde illam emeris, quanti emeris :
 timidum temptabit te. Ch. hac ibo potius. iam censes
 patrem
 abiisse a portu? Ac. quin ea ego huc praecurri gratia,
 ne te opprimeret imprudentem atque electaret. Ch. op-
 tume.—

ACTVS II

DE. Miris modis di ludos faciunt hominibus 225
 mirisque exemplis somnia in somnis danunt.
 uelut ego nocte hac quae praeteriit proxuma

208 me *add. Acidalius* 211 me] meae *Loman* 214 quaeso
add. Ritschl 220 postquam *Ital.* aspiciet *B*: aspiciet te *Ital.*
 223 quin ea *Camerarius*: quine (quin *P^{CD}*) *cod.* 226 danunt
Pylades: danant *ut vid. cod.* (clamant *B* (cl pro d; vi. 1), donant *P^{CD}*)

- in somnis egi satis et fui homo exercitus.
 mercari uisus mihi sum formosam capram ; 5
 230 ei ne noceret quam domi ante habui capram
 neu discordarent si ambae in uno essent loco,
 posterius quam mercatus fueram uisu' sum
 in custodelam simiae concredere.
 ea simia adeo post hau multo ad me uenit, 10
 235 male mihi precatur et facit conuicium :
 ait sese illius opera atque aduentu caprae
 flagitium et damnum fecisse hau mediocriter ;
 dicit capram, quam dederam seruandam sibi,
 suai uxoris dotem ambedisse oppido. 15
 240 mihi illúd uideri mirum ut una illaec capra
 uxoris simiai dotem ambederit.
 instare factum simia atque hoc denique
 respondet, ni properem illam ab sese abducere,
 ad me domum intro ad uxórem ducturum meam. 20
 245 atque oppido hercle bene uelle illi uisu' sum,
 ast non habere quoi commendarem capram ;
 quo magi' quid facerem cura cruciabar miser.
 interea ad me haedus uisust adgredirier,
 infit mihi praedicare sese ab simia 25
 250 capram abduxisse et coepit inridere me ;
 ego enim lugere atque abductam illam aegre pati.
 hoc quám ad rem credam pertinere somnium
 nequeo inuenire ; nisi capram illam suspicor
 iam me inuenisse quae sit aut quid uoluerit. 30
 255 ad portum hinc abii mane cum luci semul ;

231 si *Merula* : nisi *cod.* ambo *B*, fort. *recte* 233 custodiam
cod. (sic ubique in *codd.*, pro -deiam ?) 234 haud multo post
Kellerhoff, secundum morem *Plautinum* 240 vel illuc 245 post
246 *cod.* : *traí. Gulielmius* 247 *incipit A* quo magis *Came-*
rarius : qua magis *A* : quod agis *P* vel mage 249 *sesse A*
250 adduxisse *A* inrideri *A* 251 atque illam abductam
conqueri *P* 254-65 iterum scripti extant in alio folio codicis *A*

- postquam id quod uolui transegi, atque ego conspicio
 nauim ex Rhodo quast heri aduëctus filius ;
 conlibitumst illuc mihi nescioqui uisere :
 35 inscendo in lembum ; átque ad nauim deuehor.
 atque ego illi aspicio forma eximia mulierem, 260
 filiu' quam aduexit meu' matri ancillam suae.
 quam ego postquam aspexi, non ita amo ut sanei solent
 homines sed eodem pacto ut insanei solent.
 40 amaui hercle equidem ego olim in adulescentia,
 uerum ad hoc exemplum numquam ut nunc insanio. 265
 unum quidem hercle iam scio, periisse me ;
 uosmet uidete ceterum quanti siem.
 nunc hoc profecto seic est : haec illast capra ;
 45 uerum hercle simia illa atque haedus mihi malum
 adportant atque eos ésse quos deicam hau scio. 270
 sed conticiscam, nam eccum it uicinus foras.

ii LYSIMACHVS DEMIPHO SERVVS

- LY. Profecto ego illunc hircum castrari uolo,
 ruri qui uobeis exhibet negotium.
 DE. nec omēn illuc mihi nec auspiciū placet.
 quasi hircum metuo ne uxor me castret mea, 275
 5 ac metuo ne illaec simiae partis ferat.
 LY. i tu hinc ad uillam atque istos rastros uilico
 Pisto ipsi facito coram ut tradas in manum.
 uxori facito ut nunties negotium

^{hic}
 256 id *P* (*unde* id [hic] *B*, [hic] id *PCD*) atque] ibi *A* (v. 1)
 259 ascendi in (*PCD*) *vel* escendi in (escendum *B*) *P* aduehor *P*
 260 ego illi] ibi ego *A* 264 equidem hercle *A* 266 peri-
 ei(sse) *A* 269, 270 in *P unus versus* sed simia illa atque hedus
 timeo quid uelint 269 mihi malum *Ritschl*: m um *A*
 271 s. c. uicinum eccum exit foras *P* 273 nobis *P* 275 ne me
 uxor *A* 276 atque illius haec nunc simiae partis ferat *P* 278
 ut cor(am) *A*

- 280 mihi esse in urbe, ne me exspectet ; nam mihi
 tris hodie litis iudicandas dicitō. 10
 i, et hoc memento dicere. SE. numquid amplius?
 LY. tantumst. DE. Lysimache, salue. LY. eúgae, Demipho,
 salueto. quid agis? quid fit? DE. quod miserrumus.
- 285 LY. di melius faxint! DE. dí hoc quidem faciunt. LY.
 quid est?
 DE. dicam, si uideam tibi esse operam aut otium. 15
 LY. quamquam negotiumst, si quid ueis, Demipho,
 non sum occupatus umquam amico operam dare.
 DE. benignitatem tuam mihi expérto praedicas.
- 290 quid tibi ego aetatis uideor? LY. Accherunticus,
 senex uetus, decrepitus. DE. peruorse uides. 20
 puer súm, Lysimache, septuennis. LY. sanun es
 qui puerum te esse dicas? DE. uera praedico.
 LY. modo hercle in mentem uenit quid tu diceres :
- 295 senex quom extemplo est, iam nec sentit nec sapit,
 aiunt solere eum rusum repuerascere. 25
 DE. immo bis tanto ualeo quam ualui prius.
 LY. bene hercle factum et gaudeo. DE. immo si scias,
 oculois quoque etiam plus iam uideo quam prius.
- 300 LY. benest. DE. malae rei deico. LY. iam istuc non
 benest.
 DE. sed aussimne ego tibi eloqui fideliter? 30
 LY. audacter. DE. animum aduerte. LY. fiet sedulo.
 DE. hodie eire ocepi in ludum litterarium,
 Lysimache. ternas scio iam. LY. quid ternas? DE. amo.
- 305 LY. tun capite cano amas, senex nequissime?

281 leiteis *A* deicit(ō) *A* 282 Ei *P* dicere nūmquid
vix placet adicere *Schoell*: fort. dice 284 salueo *P* 285
 m. facient *A* quidst *A* (*vix pro* quid idst) 286 op. esse
Ritschl, cui tibi | esse *displicet* 289 experto *A* 298 si *om.* *P*
 300 bonum est *P* (*cf. ad Bacch.* 502) 301 fideliter] siquid uelim *P*
 303 in ludum ocepi literarum *P* 304 amo] scio *A* 305
 neq. [homo] *A* (*vel pro* amo *correctura marg. ad v.* 304 *adscript.*
vel var. lect. homo neq.)

- 35 DE. si canum seu istuc rutilumst siue atrumst, amo.
 LY. ludificas nunc tu me heic, opinor, Demipho.
 DE. decide collum stanti si falsum loquor ;
 uel, ut scias me amare, cape cultrum, [ac] seca
 digitum uel aurem uel tu nassum uel labrum : 310
- 40 sei mouero me seu secari sensero,
 Lysimache, auctor sum ut med amando—énices.
 LY. si umquam uidistis pictum amatorem, em illic est.
 nam meo quidem animo uetulus, decrepitus senex
 tantidemst quasi sit signum pictum in pariete. 315
- 45 DE. nunc tu me, credo, castigare cogitas.
 LY. egon té? DE. nihil est iam quod tu mihi suscenseas :
 fecere tale ante aliei spectatei uirei.
 humanum amarest, humanum autem ignoscere est :
 (humanum) * * * atque id uí optingit deum. 320
- 50 ne sis me obiurga, hoc non uoluntas me impulit.
 LY. quin non obiurgo. DE. at ne deteriozem tamen
 hoc facto ducas. LY. egon te? ah, ne di siuerint !
 DE. uide sis modo etiam. LY. uisumst. DE. certen?
 LY. perdi' me.
 hic homo ex amore insanit. numquid uis? DE. uale. 325
- 55 LY. ad portum propero, nam ibi mihi negotium est.
 DE. bene ambulato. LY. bene uale.—DE. bene sit tibi.
 quin mihi quoque etiamst ad portum negotium.
 nunc adeo ibo illuc. sed optume gnatum meum
 uideo eccum. opperiar hominem. hoc nunc mihi uiso 330
 opust,

306 *displicet* seu istuc *fort.* seust hoc rutilum (-um P) 307
uel opino 308 d. c. si falsum statiloquar P 309 ac *om.* P 312
fort. uti me a. 314 uetulus] plane A ('quod ad tantidemst pertinet'
 Leo) 319, 320 humanum amarest humanum autem ignoscere
 est P: humanum amarest atque (? *pro* atqui) id uel (*pro* uei) optingit
 deum A *utrum discrepantia lectionis antiqua sit (ut in 251, 269-71)*
an ex omissione orta (iii. II, p. 51) incertum 322-57 *deest* A
 322 qui *cod.* 323 egone athene desiuerint *cod.*: *corr. Camerarius*
 (i. 6) 327 ualeto (-te B) *cod.* 330 uisost opus *cod.* (*illud st*
aeppissime transpositum est in codice P.)

huic persuadere quo modo potis siem 60
 ut illam uendat neue det matri suae ;
 nam ei dono aduexe audiui. sed praecauto opust,
 ne hic illam me animum adiecisse aliqua sentiat.

CHARINVS DEMIPHO

iii

- 335 CH. Homo me miserior nullust aequae, opinor,
 neque aduorsa quoui plura sint sempiterna ;
 satin quidquid est quam rem agere ocepit,
 proprium nequit mi quod cupio euenire ?
 ita mihi mala res aliqua obicitur, 5
- 340 bonum quae meum comprimit consilium.
 miser amicam mihi parauit, animi caussa, pretio eripuit,
 ratus clam patrem (me) meum posse habere ;
 is rescuit et uidit et perdidit me ;
 neque is quom roget quid loquar cogitatumst, 10
- 345 ita animi decem in pectore incerti certant.
 nec quid corde nunc consili capere possim
 scio, tantus cum cura meost error animo,
 dum serui mei perplacet mi consilium,
 dum rusum hau placet nec pater poti' uidetur 15
- 350 induci ut putet matri ancillam emptam esse illam.
 nunc si dico ut res est atque illam mihi me
 emisse indico, quem ad modum existumet me ?
 atque illam apstrahat, trans mare hinc uenum asportet ;
 scio saeuo' quam sit, domo doctus. igitur 20
- 354-5 hoccine est amare ? arare mauelim quam sic amare.
 iam | hinc olim inuitum domo extrusit ab se,
 mercatum ire iussit : ibi hoc malum ego inueni.

331 persuadee *cod.* (*corr. D²*) 333 praecautost opus *cod.* (*cf. v.*
 330) 335 nullus est *cod.* *vel* opino 338 eu. quod cu. *cod.* :
traieci, nam euenir' vix ferendum euenire] esse id Goetz (*anap.*), cui
 proprium displicet 341 eripuit] 'fort. adiectivum latet' Leo 342
 me add. Bentley 344 cogitat unde est B 353 atque] a me
 Ussing 354, 355 igitur] dico Studemund 357 (me) inuitum
 Ritschl 358-72 paucorum versuum initia apparent A 358
 merc.] açm— A (*pro* ab se, ac | Mercatum etc. ?)

- ubi uoluptatem aegritudo uincat, quid ibi inest amoeni ?
 25 nequiquam abdidi, apscondidi, apstrusam habebam : 360
 muscast meu' pater, nil potest clam illum haberi,
 nec sacrum nec tam profanum quicquamst, quin ibi ilico
 adsit.
 nec qui rebus meis confidam mi ulla spes in corde certast.
 DE. quid illuc est quod solus secum fabulatur filius ?
 30 sollicitus mihi nescioqua re uidetur. CH. attatae ! 365
 meu' pater hicquidem est quem uideo. ibo, adloquar.
 quid fit, pater ?
 DE. unde incedis, quid festinas, gnate mi ? CH. recte,
 pater.
 DE. ita uolo, sed istuc quid est tibi quod commutatust
 color ?
 numquid tibi dolet ? CH. nescioquid meo animost aegre,
 pater.
 35 poste hac nocte non quieui sati' mea ex sententia. 370
 DE. per mare ut uectu's, nunc oculi terram mirantur tui.
 CH. magis opinor—DE. id est profecto ; uerum actutum
 apscesserit.
 ergo edepol palles. si sapias, eas ac decumbas domi.
 CH. otium non est : mandatis rebus praeuorti uolo.
 40 DE. cras agito, perendie agito. CH. saepe ex te audiui, 375
 pater :
 rei mandatae omnis sapientis primum praeuorti decet.
 DE. age igitur ; nolo aduorsari tuam aduorsum sententiam.
 CH. saluos sum, siquidem isti dicto solida et perpetuast
 fides.
 DE. quid illuc est quod a me solus se in consilium seuocat ?
- 364 fabuletur *PCD* 365 (de) re *Luchs* at tace *B* 368
 quid istuc *Bach* 370 mea *Ital.* : me *cod.* 371-2 *secl. Ussing*
 'qui *vv.* 371-2 *pro v.* 389 *finxit, totius loci* 373-89 *compendium in*
 'actione fieri uolebat' *Leo* 372 *vel opino* 373-88 *paucorum*
uersuum exitus apparent A 379 *mea me (B) (pro a me? iv. 3)*
vel illa me (PCD) (pro ille a me?) cod. : hic a me Anspach sed *B*
(vix antiqua forma)

380 [iam] non uereor ne illam me amare hic potuerit resciscere ; 45
quippe haud etiam quicquam inepte feci amantes ut solent.

CH. res adhuc quidem hercle in tutost, nam hunc nescire
sat scio

de illa amica ; quod si sciret, esset alia oratio.

DE. quin ego hunc adgredior de illa ? CH. quin ego hinc
me amolior ?

385 eo ego, ut quae mandata amicus amicis tradam. DE. immo 50
mane ;

paucula etiam sciscitare priu' uolo. CH. dic quid uelis.

DE. usquine ualuisti ? CH. perpetuo recte, dum quidem
illic fui ;

uerum in portum huc ut sum aduectus, nescioqui animus
mihi dolet.

DE. nausea edepol factum credo ; uerum actutum apsces-
serit.

390 sed quid ais ? ecquam tu aduexti tuae matri ancillam e 55
Rhodo ?

CH. aduexi. DE. quid ? ea ut uidetur mulier ? CH. non
edepol mala.

DE. ut moratast ? CH. nullam uidi melius mea sententia.

DE. mihi quidem edepol uisast quom illam uidi—CH. eho
an uidisti, pater ?

DE. uidi. uerum non ex usu nostrost neque adeo placet.

395 CH. qui uero ? DE. quia—(quia) non nostra formam habet 60
dignam domo.

nihil opust nobis ancilla nisi quae texat, quae molat,

lignum caedat, pensum faciat, aedis uorrat, uapulet,

quae habeat cottidianum familiae coctum cibum :

horunc illa nihilum quicquam facere poterit. CH. admodum.

380 iam *del. Brix* : *vix iamn' (interrogative)* 385 amicus (*PCD*)
vel amicum (*genet. plur. ?*) (*B*) *cod.* amicus amicis *suspectum* 386
vel sciscitari (-rei) 390-406 *pauca in versuum initiis seruauit A*
390 e *om. B* 395 quia *addidi* : {qui ?} quia *Bothe* non] noenu
Ritschl 396 opus *P, A n. l.* 399 nihil umquam *B, unde*
numquam quicquam *Lange*

- 65 ea causa equidem illam emi dono quam darem matri meae. 400
 DE. ne duas neu te aduexisse dixeris. CH. di me adiuuant. 401-2
 DE. labefacto paullatim. uerum quod praeterii dicere,
 neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes
 neque sinam. CH. qui uero? DE. quia illa forma matrem 405
 familias
- 70 flagitium sit sei sequatur; quando incedat per uias,
 contemplant, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,
 uellicent, uocent, molesti sint; occentent ostium:
 impleantur elegeorum meae fores carbonibus.
 atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae 410
- 75 mihique obiecent lenocinium facere. nam quid eost opus?
 CH. hercle qui tu recte dicis et tibi | adsentior.
 sed quid illá nunc fiet? DE. recte. ego emero matri tuae
 ancillam uiraginem aliquam non malam, forma mala,
 ut matrem addecet familias, aut Syram aut Aegyptiam: 415
- 80 ea molet, coquet, conficiet pensum, pinsetur flagro,
 neque propter eam quicquam eueniet nostris foribus flagiti.
 CH. quid si igitur reddatur illi unde empta est? DE.
 minime gentium.
 CH. dixit se redhibere si non placeat. DE. nihil istoc
 opust:
 litigari nolo ego usquam, tuam autem accusari fidem; 420
- 85 multo edepol, si quid faciendumst, facere damni mauolo
 quam opprobramentum aut flagitium muliebre ecferrí domo.
 me tibi illam posse opinor luculente uendere.
 CH. dum quidem hercle ne minoris uendas quám ego emi, 424-5
 pater.
 DE. tace modo: senex est quidam qui illam mandauit mihi

401-2 di me ad. *Demiphoni continuat Spengel* 407-23 *perpauca*
in versibus extremis seruauit A 409 meae fores carbonibus ele-
 georum P, A n. l.: *traí. Bothe* 411 obiecent B 412 dices B
 (adeo) adse. *Mueller (Rhein. Mus. 54, 394), A n. l.* 413 *uel illac*
 420 usquam *Boxhorn*: uos quam P, A n. l. 422 exfieri *Abraham*
 423 *uel opino* 424-56 *dcest A* 426 illam] ancillam *Boxhorn*
 (hanc illam *in archetypo?*): aliquam *Ritschl*

ut emerem—ad istanc faciem. CH. át mihi quidam adu- 90
 lescens, pater,
 mandauit ad illam faciem, ita ut illa est, emerem sibi.

DE. uiginti minis opinor posse me illam uendere.

430 CH. at ego si uelim, iam dantur septem et uiginti minae.

DE. at ego—CH. quin ego, inquam—DE. ah, nescis quid
 dicturus sum, tace.

tris minas accudere etiam possum, ut triginta sient. 95

CH. quo uortisti? DE. ad illum qui emit. CH. ubinamst
 is homo gentium?

434-5 DE. eccillum uideo. iubet quinque me addere etiam nunc
 minas.

CH. hercle illunc di | infelicient, quisquis est. DE. ibidem
 mihi

etiam nunc adnutat addam sex minas. CH. septem mihi.

DE. numquam edepol me uincet hodie. CH. commodis 100
 poscit, pater.

DE. nequiquam poscit : ego habebō. CH. at illic pollicitust
 prior.

440 DE. nihili facio. CH. quinquaginta poscit. DE. non cen-
 tum datur.

potine ut ne licitere aduersum ⟨mei⟩ animi sententiã?

maxumam hercle habebis praedam : ita ille est, quoi emitur,
 senex ;

sanus non est ex amore illius. quod posces feres. 105

CH. certe edepol adulescens ille, quoi ego emo, effictim perit

445 eius amore. DE. multo hercle ille magi' senex, si tu scias.

CH. numquam edepol fuit neque fiet ille senex insanior
 ex amore quam ille adulescens quoi ego do hanc operam,
 pater.

427 ⟨aut⟩ ad *Leo* 428 mandauit ⟨ut⟩ *Ussing* vel illaec
 429 vel opino 431 sim *Ital.* 436 *vix* hercule vel diui inf.
 di *Ritschl* DE. del. *Ritschl* 437 CH.] DE. *Goetz* 439 habeo *B*,
 unde ⟨quam⟩ ego habeo (?) *Leo* 441 licitere *Camerarius*, etiam
 cod. ut vid. (litigere *PCD*, liceret *B*) (i. 8, p. 27) mei add. *Scaliger*
 445 vel mage 446 vel ill'

- 110 DE. quiesce, inquam. istanc rém ego recte uidero. CH.
 quid ais? DE. quid est?
 CH. non ego illám mancupio accepi. DE. sed ille illam
 accipiet. sine.
 CH. non potes tu lege uendere illam. DE. ego aliquid 450
 uidero.
 CH. post autem communest illa mihi cum álio. qui scio
 quid sit ei animi, uenirene eam uelit an non uelit?
 115 DE. ego scio uelle. CH. at pol ego esse credo aliquem qui
 non uelit.
 DE. quid id mea refert? CH. quia illi suam rem esse
 aequomst in manu.
 DE. quid ais? CH. communis mihi illa est cum illo: is 455
 hic nunc non adest.
 DE. priu' respondes quam rogo. CH. priu' tú emis quam
 uendo, pater.
 nescio, inquam, uelit ille illam necne abalienarier.
 120 DE. quid? illic quidam qui mandauit tibi si emetur, tum
 uolet,
 si ego emo illi qui mandauit, túm ille nolet? nihil agis.
 numquam edepol quisquam illam habebit potius quam ille 460
 quem ego uolo.
 CH. certumnest? DE. censen certum esse? quin ad
 nauim iam hinc eo,
 ibi uenibit. CH. uin me tecum illo ire? DE. nolo. CH.
 non places.
- 125 DE. meliust te quae sunt mandatae res tibi praeuortier.
 CH. tu prohibes. DE. at mé incusato: te fecisse sedulo.
 ad portum ne bitas, dico iam tibi. CH. auscultabitur. 465

448 agis *cod.* 449 *vel e. illanc* accipiet *Scaliger*: accepit
cod. 452 *vel uenirine* 454 rem suam *B* 455 nunc hic *PCD*
 457 *accedit A* ille *om. A* 458 quid] sed *A* quoidam *Bothe, fort.*
recte tibi *usque ad* mandauit (459) *om. P* (iii, 11) 460 edepol
 quisquam [edepol] *A* 462 placetst *B ante corr. (pro placenst?)*
 464 at tu excusato *P*

DE. ibo ad portum. ne hic resciscat cauto opust: non
 ipse emam,
 sed Lysimacho amico mandabo. is se ad portum deixerat
 ire dudum. me moror quom heic asto.—CH. nullus sum, 130
 occidi.

CHARINVS EUTYCHVS iv

CH. Pentheum diripuisse aiunt Bacchas: nugas maxumas
 470 fuisse credo, praeut quo pacto égo diuorsus distrahor.

qu' ego ueiuo? qu' non morior? quid mihist in uita boni?
 certumst, ibo ad medicum atque ibi me toxico morti dabo,
 quando id mi adimitur qua caussa uitam cupio uiuere. 5

Ev. mane, mane opsecro, Charine. CH. qui me reuocat?
 Ev. Eutychus,

475 tuos amicus et sodalis, simul uicinus proximus.

CH. non tu scis quantum malarum rerum sustineam. Ev.
 scio;

omnia ego istaec auscultauí ab ostio, omnem rem scio.

CH. quid id est quod scis? Ev. tuo' pater uolt uendere— 10

CH. omnem rem tenes.

Ev. tuam amicam. CH. nimium multum scis. Ev. tuis
 ingratieis.

480 CH. plurimum tu scis. sed qui scis esse amicam illam meam?

Ev. tute heri ipsus mihi narrasti. CH. satine ut oblitus fui
 tibi me narrauisse? Ev. hau mirumst factum. CH. te nunc
 consulo.

responde: quo leto censes me ut peream potissimum? 15

Ev. non taces? caue tu istuc deixis. CH. quid ueis me
 igitur deicere?

485 Ev. uin patri sublinere pulchre me os tuo? CH. sane uolo.

Ev. uisne eam ad portum—CH. qui potius quam uoles?
 Ev. atque eximam

466 [et] (? *pro at*) ne *P* 471 ergo *A* 474 quis *A* 475 simul
 et *A* 480 sceis *A* (*bis*) meam esse amicam illam *A* 482
 mirum factumst *P* (*cf. ad v. 330*) 483 censes me ut peream *sus-*
pectum: censes interimam *Mueller* (*Rhein. Mus.* 54, 395) 486 quin *A*

- mulierem pretio? CH. qui potius quam auro expendas?
Ev. unde erit?
- 20 CH. Acchillem orabo aurum [ut] mihi det Hector qui ex-
pensus fuit.
Ev. sanum es? CH. pol sanus sei sim, non te medicum mi
expetam.
Ev. tanti quanti poscit, uin tanti illam emi? CH. auctarium 490
adicito uel mille nummum plus quam poscet. Ev. iam tace.
sed quid ais? unde erit argentum quod des, quom poscet
pater?
- 25 CH. inuenietur, exquiretur, aliquid fiet; enicas.
Ev. iam istuc 'aliquid fiet' metuo. CH. quin taces? Ev.
muto imperas.
CH. satin istuc mandatust? Ev. potin ut aliud cures? 495
CH. non potest.
Ev. bene uale. CH. non edepol possum priu' quam tu ad
me redieris.
Ev. meliust sanus sis. CH. uale, uince et me serua. Ev.
ego fecero.
- 30 domi maneto me. CH. ergo actutum face cum praeda
recipias.—

ACTVS III

III. i

LYSIMACHVS

PASICOMPSA

- LY. Amice amico operam dedi: uicinus quod rogauit,
hoc emei mercimonium. mea es tu, sequere sane. 500
ne plora: nimi' stulte facis, oculos corrumpis talis.
quin tibi quidem quod rideas magis est quam ut lamentere.
- 5 PA. amabo ecastor, mi senex, eloquere—LY. exquire quiduis.

487 erit] [at]eritis P (?pro expendas vel -at, erit vel -is; iv. 1)
488 ut om. P 490 auctarium A 495 aliquid A 497
melius P <si> sis Ritschl 498 praedam P 502 quin] qui
(P^{CD}) vel quid (B) P 503 mei A (antiqua forma)

- PA. *cur emeris me.* LY. *tene ego? ut quod imperetur*
facias,
- 505 *item quod tu mihi si imperes, ego faciam.* PA. *facere*
certumst
- pro copia et sapientia quae te uelle arbitrabor.*
- LY. *laboriossi nil tibi quicquam operis imperabo.*
- PA. *namque edepol equidem, mi senex, non didici baiiolare* 10
nec pecua ruri pascere nec pueros nutrire.
- 510 LY. *bona si esse ueis, bene erit tibi.* PA. *tum pol ego perii*
miseram.
- LY. *qui?* PA. *quia illim unde huc aduecta sum, malis*
bene esse solitumst.
- LY. *quasi deicas nullam mulierem bonam esse.* PA. *haud*
equidem deico
- nec mos meust ut praedicem quod ego omnis scire credam.* 15
- LY. *oratio edepol pluris est huius quam quanti haec emptast.*
- 515 *rogare hoc unum te uolo.* PA. *roganti respondebo.*
- LY. *quid ais tu? quid nomen tibi deicam esse?* PA. *Pasi-*
compsae.
- LY. *ex forma nomen inditumst. sed quid ais, Pasicompsa?*
possin tu, sei ussus uenerit, subtemen tenue nere? 20
- PA. *possum.* LY. *sei tenue scis, scio te uberius posse nere.*
- 520 PA. *de lanificio neminem metuo, una aetate quae sit.*
- LY. *bonae hercle te frugi arbitrator, matura iam inde aetate*
quom scis facere officium tuom, mulier. PA. *pol docta didici.*
operam accusari non sinam meam. LY. *em istaec hercle* 25
res est.
- ouem tibi eccillam dabo, natam annos sexaginta,*
- 525 *peculiarem.* PA. *mi senex, tam uetulam?* LY. *generis*
graecist;

504 *cur empris P (P pro E)*
(pro pecuda?) vel neque
deicis A 513 *omneis A*
 521 *bonam h. te et frugi P*
(Q pro O) ancillam B, A n. l.

507 *laboriose P*
 512 *post 514 P*
 515 *unum hoc A*
 522 *scis A*
 dato A

509 *pecula P*
 512 *deicas]*
 519 *scis A*
 524 *ouem] quem P*
 525 *mei A (cf. 503)*

eam seí curabis, perbonast, tondetur nimium scite.

PA. honoris caussa quidquid est quod dabitur gratum habebó.

30 LY. nunc, mulier, ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitrere.

PA. deic igitur quaeso, quóia sum? LY. tuo ero redempta's
rusum;

ego te redemi, ille mecum orauit. PA. animus rediit, 530

sei mecum seruatur fides. LY. bono animo es, liberabit

ille te homo: ita edepol deperit, atque hodie primum uidit.

35 PA. ecastor iam bienniumst quom mecum rem coëpit.

nunc, quando amicum te scio esse illius, indicabo.

LY. quid ais tu? iam bienniumst quom tecum rém habet? 535

PA. certo;

et inté nos coniurauimus, ego cum illo et ille mecum:

ego cum uiro et ill' cum muliere, nisi cum illo aut ille 536^a

mecum,

40 neuter stupri caussa caput limaret. LY. dí immortales!

etiam cum uxore non cubet? PA. amabo, án maritust?

neque est neque érit. LY. nolim quidém. homo hercle

peiierauit.

PA. nullum adolescentem plus amo. LY. puer est ille 540

quidem, stulta.

nam illi quidem hau sane díust quom dentes exciderunt.

45 PA. quid, dentes? LY. nihil est. sequere sis. hunc me

diem unum orauit

ut apud me praehiberem locúm, ideo quia uxor rurist.—

ii

DEMIPHO

DE. Tandem impetraui egomet me ut corrumperem:

emptast amica clam uxorem et clam filium.

545

526 curabeis *A* 527 ha(ber)etur *A* ('scil. habetor,' *Schoell*) 530
(illi), ille *Ritschl* mecum] me *P* (? *pro* meē, *i. e.* mecum) redieit *A*
532 vel ill' té atqui *alii* 534 incabo *A* 535 habet rem
tecum *A* 536-536^a et ille . . . illo *om. A* (iii. 111) 536 it (*vix*
pro id) int. *A* 538 an (<iam> *Mueller* an maritust] amaturst *P*
539 periurabit *A* 542 huc *P* 543 ideo [feci] *A* 544 ut
egomet me *P* vel med vel uti 545 uxore *A* iam filio *P*

certumst, antiqua recolam et seruibo mihi.
 breue iam relicuom uitae spatiumst: quin ego
 uoluptáte, uino et amore delectauero. 5
 nam hanc se bene habere aetatem nimioſt aequius.
 550 adulescens quom sis, tum quom est sanguis integer,
 rei tuae quaerundae conuenit operam dare;
 demum igitur quom sis iam senex, tum in otium
 te conloces, dum potest ames: id iam lucrumst 10
 quod uiuis. hoc ut deico, facteis persequar.
 555 nunc tamen interea ad med huc inuisam domum:
 uxor me exspectat iam dudum essuriens domi;
 iam iurgio enicabit, si intro rediero.
 uerum hercle postremo, utut est, non ibo tamen, 15
 sed hunc uicinum priu' conueniam quam domum
 560 redeam; ut mihi aedis aliquas conducat uolo
 ubi habitet istaec mulier. atque eccum it foras

LYSIMACHVS DEMIPHO

iii

LY. Adducam ego illum iam ad te, si conuenero.
 DE. me dicit. LY. quid ais, Demipho? DE. est mulier
 domi?
 LY. quid censes? DE. quid si uisam? LY. quid pro-
 peras? (mane.)
 565 DE. quid faciam? LY. quod opust facto facito ut cogites.
 DE. quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto existumo, 5
 ut illo íntro eam. LY. itane uero, ueruex? intro eas?
 DE. quid aliud faciam? LY. prius hoc ausculta atque
 ades:

547 Decurso inspatio (*pro* spatio; v. 9, 8) breue quod uitae reli-
 cuomst *P* 550, 552 seis *A* 552 sis iam] si sim *P* tunc *P*
 553 potes *A* aues *P* lucrost *P* 554 uiuis] uni uis *P* (*pro*
 uiuis; v. 10) 555 in *P* sequitur versus interea tamen huc intro ad
 me inuisam domum, qui retractatoris esse uidetur 556-89 nihil fere
 legitur *A* 563 dicis *B* agis *Skutsch* (*Herm.* 32, 92) 564
 mane *add.* *Pylades*

- prius etiamst quod te facere ego aequom censeo.
 nam nunc si illo introieris, amplecti uoles, 570
 10 confabulari atque osculari. DE. tu quidem
 meum animum gestas : scis quid acturus siem.
 LY. peruorse facies. DE. quodne ames? LY. tanto
 minus.
 iaiunitatis plenus, anima foetida,
 senex hircosus tu osculere mulierem? 575
 15 utine adueniens uomitum excutias mulieri?
 scio pol te amare, quom istaec praemostras mihi.
 DE. quid si igitur unum faciam hoc? si censes, coquom
 aliquem arripiamus prandium qui percoquat
 apud te hic usque ad uesperum. LY. em istuc censeo. 580
 20 nunc tu sapienter loquere neque amatorie.
 DE. quid stamus? quin ergo imus atque opsonium
 curamus, pulchre ut simus? LY. equidem te sequor.
 atque hercle inuenies tu locum illi, si sapis :
 nullum hercle praeter hunc diem illa apud med erit. 585
 25 metuo ego uxorem, cras si rure redierit
 ne illam hic offendat. DE. res parata est, sequere me.—

iv

CHARINVS EVTYCHVS

- CH. Sumne ego homo miser, qui nusquam bene queo
 quiescere?
 si domi sum, foris est animus, sin foris sum, animus domist.
 ita mi in pectore atque in corde facit amor incendium : 590
 ni ex oculis lacrumae defendant, iam ardeat credo caput.
 5 spem teneo, salutem amisi ; redeat an non nescio :

569 quo (vel quom) te *cod. ut vid. (pro quot te; i. 4)* 571
 ausculari *cod.* 573 amem *Scaliger, fort. recte* 575 vel hir-
 quosus ausculere *cod.* 578 faciam *Gulielmius* : factam (factum
B) cod. unum hoc faciam (?) *Leo* : coenam faciam? hoc *Pius* 581
 loquere neque amatorie *Brix* : loquere atque amatori *cod.* : loqueris et
 amatorie *Gnietus, cui* atque amatorie *displacet* : l. a. ut amatoris est
Seyffert 583 curamus *Camerarius* : curemus *cod.* 585 vel
 me (*ita cod.*) 586 u. e. m. *Goetz, cui* ego | ux. *displacet* 590-
 600 in *A perpauca in versuum initiis servata* 591 ni oculos *B*

- si opprimit pater quod dixit, exsolatum abiit salus ;
 sein sodalis quod promisit fecit, non abiit salus.
- 595 sed tamendem si podagrosis pedibus esset Eutycheus,
 iam a portu rediisse potuit. id illi uitium maxumumst
 quod nimi' tardus est aduersum mei animi sententiam. 10
 sed isne est quem currentem uideo? ipsus est. ibo obuiam.
- 598^a diuom atque hominum quae speratrix atque era eadem es
 hominibus,
 598^b spem speratam quom optulisti hanc mihi, tibi gratis ago.
 nunc, quod restat,—ei disperii! uoltus neutiquam huius
 placet ;
- 600 tristis incedit (pectus ardet, haereo), quassat caput. 15
 Eutyche! Ev. eu, Charine! CH. priu' quam recipias anhe-
 litum,
 uno uerbo eloquere : ubi ego sum? hincine an apud mortuos?
 Ev. neque apud mortuos neque hic es. CH. saluos sum,
 immortalitas
 mihi data est : hic emit illam, pulchre os subleuit patri.
- 605 impetrabilior qui uiuat nullus est. dice, opsecro : 20
 sei neque hic neque Accherunti sum, ubi sum? Ev. nusquam
 gentium.
- CH. disperii, illaec interemit me modo | oratio.
 Ev. odiosast oratio, quom rem agas longinquom loqui.
 CH. quidquid est, ad capita rerum perueni. Ev. primum
 omnium :
- 610 perimus. CH. quin tu illud potius nuntias quod nescio? 25
 Ev. mulier alienata est aps te. CH. Eutyche, capital facis.

595 tamen idem *Bothe* 598^a^b (cf. vv. 842-3) del. *Acidalius*
 598^a superatrix *Ribbeck* : seruatrix *Redslob* (*Liter. Centralbl.* 1895, p.
 1761) om. eadem *B* omnibus *Ribbeck* 598^b spe ut vid. *A*
 sperat aequom *B* 599 [et] ei *P*, *A n.l.* (iv. 3) 600 cedit
Bothe, *A n.l.* Post hunc v. nova scaena in *A* ut vid. 601-18 pauca
 servata *A* 607 istaec *Leo* modo] morando *Mueller* (*Rhein. Mus.*
 54, 396) : modo (una) *Ussing* : fort. odiosa (seq. ora-) 608 odiosa
 est *Camerarius*, neque aliter *P*, ut vid. (*A n.l.*), nam habet odio sane
PCD (pro -saē, i. e. -sa est), hodie satst *B* (pro -sast?) longinquam *B*,
A n.l. 611 eutiche hec cap. *B*, *A n.l.*

- Ev. qui? CH. quia aequalem et sodalem, liberum ciuem,
enicas.
- Ev. ne di sirint! CH. demisisti gladium in iugulum: iam
cadam.
- Ev. quaeso hercle, animum ne desponde. CH. nullust
quem despondeam.
- 30 loquere porro aliam malam rem. quoui est empta? Ev. 615
nescio.
- iam addicta atque abducta erat, quom ad portum uenio.
CH. uae mihi!
- montis tu quidem mali in me ardentis iam dudum iacis.
perge, excrucia, carnufex, quandoquidem occepisti semel.
- Ev. non tibi istuc magis diuidiaest, quam mihi hodie fuit.
- 35 CH. dic, quis emit? Ev. nescio hercle. CH. hem istucines 620
operam dare
bonum sodalem? Ev. quid me facere uis? CH. idem
quod me uides,
ut pereas. quin percontatu's hominis quae facies foret
qui illam emisset: eo si pacto posset indagarier
mulier? heu me miserum! Ev. flere omitte, istuc quod
nunc agis.
- 40 quid ego feci? CH. perdidisti me et fidem mecum tuam. 625
Ev. di sciunt culpam meam istanc non esse ullam. CH.
eúgepae!
deos apsentis testis memoras: qui ego istuc credam tibi?
Ev. quia tibi in manu est quod credas, ego quod dicam, id
mihi in manust.
- CH. de istac re | argutus es, ut par pari respondeas,
45 ad mandata claudus, caecus, mutus, mancus, debilis. 630
promittebas te os sublinere meo patri: egomet credidi

613 desierint *P*, *A n. l.* gulum *P* 618 carnufexa *P* 619-
80 deest *A* 619-24 retractatoris esse possunt 619 non cod.
Varron. de L. L. 7, 60: nec cod. 622 pacies cod. (corr. *D*²) 626
euge pape (i.e. eugae papae) *B* 628 mihi [ea] in cod. (aut ex glossa
aut ex antiqua forma mihe): ea del. *Bothe* 629 i. red *Ritschl*:
re istac alii 630 vel claudu's 631 ego me *Ritschl*

homini docto rem mandare, is lapidi mando maxumo.

Ev. quid ego facerem? CH. quid tu faceres? men rogas?
requireres,

rogitares quis esset aut unde esset, qua prosapia,

635 cuiusne esset an peregrinus. Ev. ciuem esse aibant Atticum. 50

CH. ubi habitaret inuenires saltem, si nomen nequis.

Ev. nemo aiebat scire. CH. at saltem hómínis faciem
exquireres.

Ev. feci. CH. qua forma esse aiebant, (Eutyche)? Ev.
ego dicam tibi:

carum, uarum, uentriosum, bucculentum, breuiculum,

640 subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum. 55

CH. non hominem mi sed thensaurum nescioquem memoras
mali.

numquid est quod dicas aliud de illo? Ev. tantum, quod
sciam.

CH. edepol ne ille oblongis malis mihi dedit magnum malum.
non possum durare, certumst exsulatum hinc ire me.

645 sed quam capiam ciuitatem cogito potissimum: 60

Megares, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,
Sicyonem, Cnidum, Zacynthum, Lesbiam, Boeotiam.

Ev. cur istuc coeptas consilium? CH. quia enim me
adffictat amor.

Ev. quid tu ais? quid quom illuc quo nunc ire paritas
ueneris,

650 sí ibi amare forte occipias atque item eius sit inopia, 65

iam inde porro aufugies, deinde item illinc, sí item euenerit?

quis modus tibi exsilio tandem eueniet, qui finis fugae?

quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.

cedo, si hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas?

655 si id fore ita sat animo acceptum est, certum id, pro certo si 70
habes,

632 mandarís l. *cod.* 638 *an* (fecisti?) qua? Eutyche *add.*
Bothe (iii. 2): (ergo) *Gruterus* 649 *vel* illo 651 *vel* illim

quanto te satiust rus aliquo abire, ibi esse, ibi uiuere
adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit?

CH. iam dixisti? Ev. dixi. CH. frustra dixti. hoc mihi
certissimumst.

eo domum, patrem atque matrem ut meos salutem, postea
75 clam patrem patria hac ecfugiam aut aliquid capiam consili.— 660
Ev. ut corripuit se repente atque abiit! heu misero mihi!
si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignauia.
certumst praeconum iubere iam quantum est conducier,
qui illam inuestigent, qui inueniant. post ad praetorem ilico
80 ibo, orabo ut conquistores det mi in uicis omnibus; 665
nam mihi nil relictū quicquam aliud iam esse intellego.—

ACTVS IV

IV. i

DORIPPA SYRA

Do. Quoniam a uiro ad me rus aduenit nuntius
rus non iturum, feci ego ingenium meum,
reueni, ut illum persequar qui me fugit.

sed anum non uideo consequi nostram Syram. 670

5 atque eccam incedit tandem. quin is ocius?

Sy. nequeo mecastor, tantum hoc onerist quod fero.

Do. quid oneris? Sy. annos octoginta et quattuor:
et eodem accedit seruitus, sudor, sitis:

simul haec quae porto deprimunt. Do. aliquid cedo 675

10 †qui hanc uicini nostri aram augeam.†

da sane hanc uirgam lauri. abi tu intro. Sy. eo.—

Do. Apollo, quaeso te ut des pacem propitius,
salutem et sanitatem nostrae familiae,

meoque ut parcas gnato pace propitius. 680

661 hei (ei) *Ritschl* 666 relicui *Angelius* 668 flexi *Ussing*
671 incedit eccam *cod.*: *trai. Camerarius* 672 *vel* onerest 676
<rite> ar. *Ussing* augeam *Merula*: aueram *cod.* 677 abi]
ābite *Goetz, ne versus hiet* 680 pace] parce *PCD*

- Sy. disperii, perii misera, uae miserae mihi! 15
 Do. satin tu sana's, opsecro? quid eiulas?
 Sy. Dorippa, mea Dorippa. Do. quid clamas, opsecro?
 Sy. nescioquaest mulier intus hic in aedibus.
 685 Do. quid, mulier? Sy. mulier meretrix. Do. ueron serio?
 Sy. nimium scis sapere ruri quae non manseris. 20
 quamueis insipiens poterat persentiscere
 * * * * *
 illam esse amicam tui uiri bellissimi.
 Do. credo mecastor. Sy. i hac mecum, ut uideas semul
 690 tuam Alcumenam paelicem, Iuno mea.—
 Do. ecastor uero istuc eo quantum potest.— 25

LYSIMACHVS

ii

- Ly. Parumne ést malai rei quod amat Demipho,
 ni sumptuosus insuper etiam siet?
 decem sí uocasset summos ad cenam uiros,
 695 nimium opsonauit. sed coquos, quasi in mari
 solet hortator remiges hortarier, 5
 ita hortabatur. egomet conduxì coquom.
 sed eum demiror non uenire ut iusseram.
 sed hinc quínam a nobis exit? aperitur foris.

DORIPPA LYSIMACHVS

iii

- 700 Do. Miserior mulier me nec fiet nec fuit,
 tali uiro quae nupserim. heu miserae mihi!
 em quoi te et tua quae tu habeas commendes uiro,
 em quoi decem talenta dotis detuli,
 haec ut uiderem, ut ferrem has contumelias! 5

681-713 *paucissima servata in A* 681 dispersi *P* 683
 clamas] *fort.* nunc (v. 1), *nam* Dorippa. quid clamas *vix ferendum*
 687 *post hunc v. alius in A extabat* 689 *ei cod. (antiqua forma)*
 694 ad cenam uocasset summos *cod. : trai. Leo* 695 *vel quamsi*
 697 coquam *cod.* 699 quinam hinc *cod. : trai. Schoell* : qui hinc nam
 alii 703 talentam *cod.*

- Ly. perii hercle ! rure iam rediit uxor mea : 705
uidisse credo mulierem (illam) in aedibus.
sed quae loquatur exaudire hinc non queo.
accedam propius. Do. uae miserae mi ! Ly. immo mihi.
10 Do. disperii ! Ly. équidem hercle oppido perii miser !
uidit. ut te omnes, Demipho, di perduint ! 710
Do. pol hoc est ire quod rus meu' uir noluit.
Ly. quid nunc ego faciam nisi uti ádeam atque adloquar ?
iubet saluere suo' uir uxorem suam.
15 urbani fiunt rustici ? Do. pudicius
faciunt quam illi qui non fiunt rustici. 715
Ly. num quid delinquent rustici ? Do. ecastor minus
quam urbani et multo minu' mali quaerunt sibi.
Ly. quid autem urbani deliquerunt ? dic mihi,
20 cupio hercle scire. Do. sed tu me temptas sciens.
quoia illa mulier intust ? Ly. uidistine eam ? 720
Do. uidi. Ly. quoia ea sit rogitas ? Do. resciscam tamen.
Ly. uin dicam quoiast ? illa—illa edepol—uae mihi !
nescio quid dicam. Do. haéres. Ly. hau uidi magis.
25 Do. quin dicis ? Ly. quin si liceat—Do. dictum oportuit.
Ly. non possum, ita instas ; urges quasi pro noxio. 725
Do. scio, innóxiu's. Ly. audacter quamuis dicito.
Do. dice igitur. Ly. dicam. Do. átqui dicundum est
tamen.
Ly. illast—etiam uis nomen dicam ? Do. nihil agis,
30 manifesto teneo in noxia. Ly. qua noxia ?
istaquidem illa est. Do. quae illa est ? Ly. illa—Do. 730
†iohia†
- Ly. iam—si nihil usus esset, iam non dicerem.

706 illam *add. Ritschl* 707 queo *Pylades* : quo *cod.* (vii. r) 708
mis. mihi *cod.* 714-51 *feré nihil A* 715 illi] urbani *Goetz*,
cui quam | illi *displicet* 719 *post 721* : *trai. Bothe* 725 *vel*
sic *distingue* instas, urges 727 at quid *B* dicam, (at)—Do.
atqui *Seyffert* 729 innoxia [es] *cod.* : es *del. Doussa* qua (in)
Abraham 730 *vel* illaec

- 732-5 Do. non tu scis quae sit illa? Ly. immo iam scio :
 de istac sum iudex captus. Do. iudex? iam scio :
 nunc tu in consilium istam aduocauisti tibi. 35
 Ly. immo sic: sequestro mihi datast. Do. intellego.
 Ly. nihil hercle istius quicquam est. Do. numero purigas.
 740 Ly. nimium negoti repperi. enim uero haereo.

COCVS LYSIMACHVS DORIPPA SYRA iv

- Co. Agite ite actutum, nam mi amatori seni
 coquendast cena. átque, quom recogito,
 nobis coquendast; non <quoi con>ducti sumus.
 nam qui amat quod amat sí habet, id habet pro cibo :
 745 uidere, amplecti, ósculari, ádloqui ; 5
 sed nos confido onustos redituros domum.
 eite hac. sed eccum qui nos conduxit senex.
 Ly. ecce autem perii, coquos adest ! Co. aduenimus.
 Ly. abei. Co. quid, abeam? Ly. st ! abei. Co. abeam?
 Ly. abei.
 750 Co. non estis cenaturi? Ly. iam saturi sumus. 10
 Co. sed—Ly. intérii ! Do. quid ais tu? etiamne haec illi tibi
 iusserunt ferri, quos inter iudex datu's?
 Co. haecin tua est amica quam dudum mihi
 te amare dixtei, quom opsonabas? Ly. non taces?
 755 Co. sati' scitum filum mulieris. uerum hercle anet. 15
 Ly. abin dírectus? Co. hau malast. Ly. at tu malu's.
 Co. scitam hercle opinor concubinam hanc. Ly. quin abis?
 non ego sum qui te dudum conduxí. Co. quid est?
 immo hercle tu istic ipsus. Ly. uae misero mihi !
 760 Co. nempe uxor rurist tua, quam dudum deixeras 20

735 *vel illaec* 738 *immò suspectum: fort. Enim* 742
 coquenda cenast *Bothe* *vel atqui* 743 *quoi conducti Camerarius*
ducti cod. (iii. 11) 749 *abeam alt.] abeamne Camerarius*
 752-61 *pauca leguntur in A* 753 *vel haecine haecin . . . por . . .*
 sse(t q)uam dudum mihi *A* 755 *satin A filium P*
 757 *vel opino: opinor [sane] P ('var. lect. adscript.' Seyffert)* *quin]*
 non *P* (? *pro* qui non *vel* cur non *gloss.*) 759 *istuc P, etiam A ut*
vid. 760 *rurest P*

- te odisse [aeque] atque anguis. Ly. egone istuc dixi tibi?
 Co. mihi quidem hercle. Ly. ita me amabit Iuppiter,
 uxor, ut ego illud numquam deixi. Do. etiam negas?
 palam istaec fiunt te me odisse. Ly. quin nego.
 25 Co. non, non ted odisse aibat sed uxorem suam; 765
 et uxorem suam ruri esse aiebat. Ly. haec east.
 quid mihi molestus? Co. quia nouisse me negas;
 nisi metuis tu istanc. Ly. sapio, nam mihi unicast.
 Co. uein me experirei? Ly. nolo. Co. mercedem cedo.
 30 Ly. cras petito; dabitur. nunc abi. Do. heu miserae mihi! 770
 Ly. nunc ego uerum illud uerbum esse experior uetus:
 aliquid mali esse propter uicinum malum.
 Co. quur heic astamus? quin abimus? incommodi
 si quid tibi euénit, id non est culpa mea.
 35 Ly. quin me eradicas miserum. Co. scio iam quid uelis: 775
 nemp' me hinc abire ueis. Ly. uolo inquam. Co. abibitur.
 drachmam dato. Ly. dabitur. Co. darei ergo sis iube.
 darei pótest interea dum illei ponunt. Ly. quin abis?
 potine ut molestus ne sis? Co. agite apponite
 40 oponium istuc ante pedes illi seni. 780
 haec uassa aut mox aut cras iubebo aps te peti.
 sequimínei.—Ly. fortasse te illum mirari coquom
 quod uenit atque haec attulit. dicam id quid est.
 Do. non miror sei quid damni facis aut flagiti.
 45 nec pol ego patiar seic me nuptam tam male 785
 measque in aedis seic scorta obductarier.
 Syra, i, rogato meum patrem uerbeis meeis

761 aeque atque P^{CD}: aeque B, etiam A ut uid.: atque Seyffert
 angis P^{CD} 762-90 praesto est A 762 vel med 764
 post 765 P (prius omis. propter homocotel.; ii. 6) 765 vel te
 (ita codd.) vel aiebat (ita codd.) sed uxorem] uxorem uerum P
 (? i. e. n. n. ted od. ux. ue. s.) 766 suam uxorem A vel aibat
 767 quia me non nouisse ais P 769 uolo P 773 quein A
 abimus incómodi displicet 774 quid [secus] A (iv. 1) 775
 quein A me radicas P ueleis A 777 vix darier vix si uis
 779 seis A 782 sequiminin P^{CD} coquom A 783 id om. P
 Duas lectiones fuisse d. quid e. et d. id quod e. credit Seyffert 784
 damnei A 786 aedeis A 787 ei P (antiqua forma)

- ut ueniat ad me iam sem̄il tecum.— Sy. eo.—
 Ly. nescis negoti quid sit, uxor, opsecro.
 790 concepteis uerbis iam iusiurandum dabo 50
 me numquam quicquam cum illa—iamne abiit Syra?
 perii hercle! ecce autem haec abiit. uae misero mihi!
 at te, uicine, di deaque perduint,
 cum tua am̄ica cumque amationibus!
 795 suspicione impleuit me indignissime, 55
 conciuit hostis domi: uxor acerrumast.
 ibo ad forum atque Demiphoni haec eloquar,
 me istanc capillo protracturum esse in uiam,
 nisi hinc abducit quo uolt ex hisce aedibus.
 800 uxor, heus uxor! quamquam tu irata es mihi, 60
 iubeas, si sapias, haec (hinc) intro auferrier:
 ead̄em licebit mox cenare rectius.—

SYRA EUTYCHVS

V

- Sy. Era quo me misit, ad patrem, non est domi:
 rus abiisse aibant. nunc domum renuntio.
 805 Ev. defessus sum urbem totam peruenarier:
 nihil inuestigo quicquam de illa muliere.
 sed mater rure rediit, nam uideo Syram 5
 astare ante aedis. Syra! Sy. quis est qui me uocat?
 Ev. erus atque alumnus tuo' sum. Sy. salue, alumnule.
 810 Ev. iam mater rure rediit? responde mihi.
 Sy. cum quidem salute familiai maxuma.
 Ev. quid istuc negotist? Sy. tuo' pater bellissimus 10
 amicam adduxit intro in aedis. Ev. quo modo?
 Sy. adueniens mater rure eam offendit domi.
 815 Ev. pol hau censebam istarum esse operarum patrem.
 etiam nunc mulier intust? Sy. etiam. Ev. sequere me.—

788 simitu *Ritschl: A n. l.*), cui displicet hiatus tecum | eo 789
 nesceis *A* 790 desinit *A* 796 domi (mi) *Ritschl*, cui hiatus
 in pausa displicet 797 haec dem. *cod. : trai. Pylades* 801 hinc
 add. (post intro) *Pylades* 809 alumnule *Schoell*: alumne *cod. (v. 8)*
 811 Sua qu. s. ac f. *Camerarius* familiai *Bothe*: afamilia *cod.*

vi

SYRA

Sy. Ecastor lege dura uiuont mulieres
 multoque iniquiore miserae quam uiri.
 nam si uir scortum duxit clam uxorem suam,
 id si rescuiit uxor, inpunest uiro ; 820
 5 uxor uirum si clam domo egressa est foras,
 uiro fit caussa, exigitur matrumonio.
 utinam lex esset eadem quae uxori est uiro ;
 nam uxor contenta est quae bona est uno uiro :
 qui minu' uir una uxore contentus siet ? 825
 10 ecastor faxim, si itidem plectantur uiri,
 si quis clam uxorem duxerit scortum suam,
 ut illae éxiguntur quae in se culpam commerent,
 plures uiri sint uidui quam nunc mulieres.—

ACTVS V

V. i

CHARINVS

Ch. Limen superum | inferumque, salue, simul autem uale : 830
 hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.
 usus, fructus, uictus, cultus iam mihi harunc aedium
 interemptust, interfectust, alienatust. occidi !
 5 di penates meum parentum, familiai Lar pater,
 uobis mando meum parentum rem bene ut tutemini. 835
 ego mihi alios deos penatis persequar, alium Larem,
 aliam urbem, aliam ciuitatem : ab Atticis abhorreo ;
 nám ubi mores deteriores increbrescunt in dies,
 10 ubique amici qui infideles sient nequeas pernoscere
 ubique id eripiatu animo tuo quod placeat maxume, 840
 ibi quidem si regnum detur, non cupitast ciuitas.

821 uiro *cod.* 828 illa *ex. cod.* insculpam conuenirent *B* 830
 superum⟨que⟩ *Ritschl* 839 ubi qui *Palmerius* 840 ubi qui
 der. *cod.* (i *pro* ei ; i. 7, p. 108) - 841 est cupita (-da *B*) *cod.* :
trai. Weise

EVTYCHVS CHARINVS ii

Ev. Diuom atque hominum quae speratrix atque era eadem
es hominibus,

spem speratam quom optulisti hanc mihi gratis ago.
ecquisnam deus est qui mea nunc laetus laetitia fuit?

845 domi erat quod quaeritabam : sex sodalis repperi,
uitam, amicitiam, ciuitatem, laetitiam, ludum, iocum ; 5
eorum inuentu res simitu pessumas pessum dedi,
iram, inimicitiam, maerorem, lacrimas, exsilium, inopiam,
solitudinem, stultitiam, exitium, pertinaciam.

850 date, di, quaeso conueniundi mihi eius celerem copiam.
Ch. apparatus sum ut uidetis : abicio superbiam ; 10
egomet mihi comes, calator, equos, agaso, | armiger,
egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi oboedio,
egomet mihi fero quod usut. o Cupido, quantus es!

855 nam tu quemuis confidentem facile tuis factis facis,
eundem ex confidente actutum diffidentem denuo. 15

Ev. cogito quonam ego illum curram quaeritatum. Ch.
certa rest

me usque quaerere illam quoquo hinc abductast gentium ;
neque mihi ulla opsistet amnis nec mons neque adeo mare

860 nec calor nec frigus metuo neque uentum neque grandinem ;
imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim ; 20

non concedam neque quiescam usquam noctu neque dius
priu' profecto quam aut amicam aut mortem inuestigauero.

Ev. nescioquoia uox ad auris mi aduolauit. Ch. inuoco

865 uos, Lares uiales, ut me bene tutetis. Ev. Iuppiter !

842, 843 (cf. vv. 598^{ab}) del. Bothe 842 superatrix Ribbeck :
seruatrix Redslob (Liter. Centralbl. 1895, p. 1761) omnibus Ribbeck
843 quam cod. mihi (tibi) cdd. (ex v. 598^b) 844 fiat (fiet B) cod. (v. 7)
847 inuentu res Camerarius : inuenturus (PCD) vel inuentu st (B) cod.
849 post hunc v. lacunam sign. Ritschl 850 vel mi 852 agaso (sum)
Ritschl 857 res alii (cf. ad v. 847) 859 obstabit (-uit) codd. Nonii
191 atque adeo codd. Nonii 860 calos (i. e. calus) Gandino : calor
'generis neutri' testatur Nonius 200 neque frigus neque calor
schol. Georg. 2, 344, codd. Nonii (calorem) 862 nusquam Habich
diu Nonius 98 865 diales codd. Nonii 476

- 25 estne illic Charinus? CH. ciues, bene ualete. Ev. ilico
 sta, Charine. CH. qui me reuocat? Ev. Spes, Salus,
 Victoria.
 CH. quid me uoltis? Ev. ire tecum. CH. alium comitem
 quaerite,
 non amittunt hi me comites qui tenent. Ev. qui sunt ei?
 CH. cura, miseria, aegritudo, lacrumae, lamentatio. 870
- 30 Ev. repudia istos comites atque huc respice et reuertere.
 CH. siquidem mecum fabulari uis, supsequere. Ev. sta
 ilico.
 CH. male facis properantem qui me commorare. sol abit.
 Ev. si huc item properes ut istuc properas, facias rectius :
 huc secundus uentus nunc est ; cape modo uorsoriam : 875
- 35 hic fauonius serenust, istic auster imbricus ;
 hic facit tranquillitatem, iste omnis fluctus conciet.
 recipe te ad terram, Charine, huc ex aduorsoque uide sis.
 nubis ater imberque instat—aspicin?—ad sinistram.
 caelum ut est splendore plenum nonne ex aduorso uides? 880
- 40 CH. religionem illic (mi) obiecit : recipiam me illuc. Ev.
 sapis.
- o Charine, contra pariter fer gradum et confer pedem,
 porge brachium. CH. prehende. iam tenes? Ev. teneo.
 CH. tene.
 Ev. quo nunc ibas? CH. exsulatum. Ev. quid ibi faceres?
 CH. quod miser.
- Ev. st!

866 (heus) ilico *Bothe* : (isti) ilico *Mueller (Rhein. Mus. 54, 396)*
 871 hoc *cod. (forma antiqua)* 874 vel isto 878 recipe te
Camerarius : recipite *cod. (i. 3)* ex adu. (vel exaduorsumque) uide
 sis *scripsi* : non ne (me *B*) ex aduorso uide *cod. (cf. vv. 879, 880)*
 879 atra *Ital.* aspicin (?) *Leo* : aspice non (*P^{CD}*) vel aspiciae non
 (*B*) *cod.* ad sin. [atque ut (ut *om. B*) detis] *cod. (pro at que*
 uidetis. *Spectat ad v. 878 ; iv. 5)* 880 splendore est *P^{CD}* nonne
om. cod. (cf. v. 878) vel exaduorsum 881 mi *add. Ritschl*
 884 Quod *cod. (corr. B²)* qui tibi *P^{CD}* faceres *Lachmann* : facer
 his (facere uis *B*) *cod.* miser. Ev. St! (*extra versum*) *scripsi* :
 miserst *cod. (miser B²)*

- 885 ne paue, restituam iam ego te in gaudio antiquo ut sies. 45
 maxume quod uis audire, id audies, quod gaudeas.
 sta ilico, (nam) amicus (amico) aduenio multum beneuolens.
 tuam amicam—CH. quid eam? Ev. ubi sit ego scio. CH.
 tune, opsecro?
 Ev. sanam et saluam. CH. ubi eam saluam? Ev. ego
 scio. CH. ego me mauelim.
- 890 Ev. potin ut animo sis tranquillo? CH. quid si mi animus 50
 fluctuat?
 Ev. ego istum in tranquillo, quieto, tuto sistam: ne time.
 CH. opsecro te, loquere (propere) ubi sit, ubi eam uideris.
 quid taces? dice. enicas me miserum tua reticentia.
 Ev. non longe hinc abest a nobis. CH. quin [ergo] com-
 mostras, sei uides?
- 895 Ev. non uideo hercle nunc, sed uidi modo. CH. qui ego 55
 uideam facis?
 Ev. faciam. CH. longum istuc amantist. Ev. etiam metuis?
 omnia
 commostrabo. amicior mihi nullus uiuit atque is est
 qui illam habet neque est quoi magi' me melius uelle
 aequom siet.
 CH. non curo istunc, de illa quaero. Ev. de illa ergo ego
 dico tibi.

885 gaudio antiquo *Luchs*: gaudiantique *cod.* 886 audies
Camerarius: audis *cod.* 887 nam *add. Ritschl* amico *add. (?) Leo*

bene uoles *cod.* 888 tume *cod. ut vid. (unde tume [atumne] PCD)*
 (iv. 1) 889 [quo] ego *B* (iv. 3) 890 tranquillam *cod. (corr. B²)*
 si mi animus *Buecheler*: sint antimus (animus *D²*) *cod.*: sist a. (*cum*
 fluctuans) *Seyffert* fluctuant *cod. (vix pro fluctuanst)* 891 in
 transquieto tuto sistam *cod.*: *corr. Seyffert* 892 propere *add. Ritschl*
 893 reticentia *Merula*: recentia *cod. (v. 8)* 894 a nobis *del. Came-*
rarius ergo *del. Guietus* si ui. *Guietus* (si tu ui. *Ital., Camerarius*):
 set [ut] ui. *cod. (iv. 3)* 895 sed uidi *Ital.*: sit uidim *cod.*
 qui *scripsi*: quem *cod. (i. 9)*: quin *Ital.* uidea *cod.* 896 faciamlon

cum istunc *cod.*: *corr. Pareus* metuis] emutuis *PCD* (*pro mut-?*),
unde muttis Studemund 897 commonstrabor *cod.* 898 vel mage
 me uelle [me] melius *cod.*: *corr. Guietus* sient *cod.* 899 curam
 de istuc ulla *cod.*: *corr. Ritschl*

- 60 sane hoc non in mentem uenit dudum, ut ubi (sit dicerem). 900
 CH. dic igitur, ubi illa est? Ev. in nostris aedibús. CH.
 aedis probas,
 si tu uera dicis, pulchre aédificatas arbitro.
 sed quid égo istuc credam? uidisti an de audito nuntias?
 Ev. egomet uidi. CH. quis eam adduxit ad uos, inque.
 Ev. (tu) rogas?
- 65 CH. uera dicis. Ev. nil, Charine, te quidem quicquam 905
 pudet.
 quid tua refert qui cum istac uenerit? CH. dum istic siet.
 Ev. est profecto. CH. opta ergo ob istunc nuntium quid
 uis tibi.
 Ev. quid si optabo? CH. deos orato ut eius faciant copiam.
 Ev. derides. CH. seruata res est demum, si illam uidero.
- 70 sed quin ornatum hunc reicio? heus! aliquis actutum huc 910
 foras
 exite, illinc pallium mi ecferre. Ev. em, nunc tu mihi places.
 CH. optume aduenis, puere, cape chlamydem atque istic sta
 ilico,
 ut, si haec non sint uera, inceptum hoc itiner perficere ex-
 sequar.
 Ev. non mihi credis? CH. omnia equidem credo quae
 dicis mihi.
- 75 sed quin intro ducis me ad eam, ut uideam? Ev. paullisper 915
 mane.
- 900 ut ob (PCD) vel ut tibi (B) cod.: ut ubi sit dicerem *Leo*: ut
 oblitus fui *Ribbeck* 901 vel aedibust 903 qui *Fylades* uidistis
 cod.: -tin *Ital.* an de *Camerarius*: ante cod. nuntias *Ital.*:
 inotias cod. 904 inque (*ita Schoell*) Ev. tu (vel qui) *scripsi*: Ev. inique
 cod.: Ev. (i) inique *Nencini* 905 post 906 collocat *Leo* 906 tua
Ital.: ima (ama *B*) cod.: amabo *Nencini* istuc sit cod. 907 istuc cod.
 908 faciat copia cod. 909 illam uidero *Ital.*: illa uideor cod. 910
 aliquis [est] cod.: est *del. Fylades* hunc cod. 911 vel illum tu
 mihi [ut] cod.: ut *del. Acidalius* 912 aduenis *Acidalius*: adue-
 niens cod. (*pro -neis?*) atque [haec] istinc sat cod. (ii. 7):
 haec *del. Bothe*, istic sta *Camerarius* (isti asta *Scyffert*) 913 itinere
 cod. 914 quae dicis *Ital.*: quia edicis cod. tibi *B*, fort. recte

CH. quid manebo? Ev. tempus non est intro eundi.

CH. énicas.

Ev. non opus est, inquam, nunc intro te ire. CH. responde mihi,

qua caussa? Ev. operae non est. CH. qu? Ev. quia non est illi commodum.

CH. itane? commodum illi non est, quae me amat, quam ego contra amo?

920 omnibus me ludificatur hic modis. ego stultior 80

qui isti credam. commoratur. chlamydem sumam denuo.

Ev. mane parumper atque haec audi. CH. cape sis, paere, hoc pallium.

Ev. mater irata est patri uehementer, quia scortum sibi ob oculos adduxerit in aedis, dum ruri ipsa abest:

925 suspicatur illam amicam esse illi. CH. zonam sustuli. 85

Ev. eam rem nunc exquirat intus. CH. iam machaerast in manu.

Ev. nam si eo ted intro ducam—CH. tollo ampullam atque hinc eo.

Ev. mane, mane, Charine. CH. érras, (sic) me decipere hau potes.

Ev. neque edepol uolo. CH. quín tu ergo itiner exsequi meum mé sinis?

930 Ev. non sino. CH. egomet me moror. tu puere, abi hinc 90
intro ocus.

iam in currum escendi, iam lora ín manus cepi meas.

Ev. sanus non es. CH. quín, pedes, uos in curriculum conicitis

in Cyprum recta, quandoquidem pater mihi exsilium parat?

917 te *om. B* 918 commodi *cod.* 919 contra amo *Ital.:*
contra am *cod.* 920 hic ludificatur me *cod.:* *trai. Gulielmus:* hic
(homo) l. me *Lco:* istic l. me *Skutsch (Herm. 32, 92)* 922 puer
cod. 924 oculis *cod.* 925 sonam *cod.* 927 Nunc *Ritschl*
928 sic *add. Schoell* potest *cod. (corr. D)* uis me d.; haud potest
Seyffert 929 uolo edepol *P^{CD}* sines (sine) *codd. Nonii 482*
930 egomet *codd. Prisciani 1, 301:* ego *cod.*

- Ev. stultus es, noli istuc quaeso diceré. CH. certum ex-
sequist,
95 operam ut sumam ad peruestigandum ubi sit illaec. Ev. 935
quin domist.
CH. nam hic quod dixit id mentitust. Ev. uera dixi equi-
dem tibi.
CH. iam Cyprum ueni. Ev. quin sequere, ut illam uideas
quam expetis.
CH. percontatus non inueni. Ev. matris iam iram neglego.
CH. porro proficiscor quaesitum. nunc perueni Chalcidem ;
100 uideo ibi hospitem Zacyntho, dico quid eo aduenerim, 940
rogito quis eam uexerit, quis habeat si ibi indaudiuerit.
Ev. quin tu istas omittis nugas ac mecum huc intro ambulas?
CH. hospes respondit Zacynthi ficos fieri non malas.
Ev. nil mentitust. CH. sed de amica se indaudiuisse
autumat
105 hic Athenis esse. Ev. Calchas iste quidem Zacynthiust. 945
CH. nauem conscendo, proficiscor ilico. iam sum domi,
iam redii (ex) exsilio. salue, mi sodalis Eutyche :
ut ualuiti? quid parentes mei? ualent mater, pater?
bene uocas, benigne dicis : cras apud te, nunc domi.
110 sic decet, sic fieri oportet. Ev. heia ! quae mi somnias ! 950
hic homo non sanust. CH. medicari amicus quin properas
(mihi)?
Ev. sequere sis. CH. sequor. Ev. clementer quaeso, calcis
deteris.
audin tu? CH. iam dudum audiui. Ev. pacem componi
uolo

935 uestigandum *B* 936 hic] id *PCD* 941 rogito *Pius* :
cogito *cod.* 942 naugas *C* 943 zacyntho *cod.* (cf. 940) 944
autumant *cod.* 946 iam *Ital.* : ea *cod.* 947 ex *add. Kampmann*
948 mei ualent *Pylades* : metuat *cod.* pater
Bugge : dati *cod.* 949 nunc *Pius* : non *cod.* 950 sic d. *Pius* :
si d. *cod.* eia quae mi *Ussing* : eloque ni *cod.* (1 pro j) 951
sanus *cod.* mihi *add. Ritschl* 952 ses *cod.* (pro seis?)

meo patri cum matre : nam nunc est irata—Ch. í modo.

- 955 Ev. propter istanc. Ch. í modo. Ev. ergo cura. Ch. 115
 quin tu ergo í modo.
 tam propitiam reddam, quam quom propitiast Iuno Ioui.—

DEMIPHO LYSIMACHVS iii

DE. Quasi tu numquam quicquam adsimile huius facti
 feceris.

LY. edepol numquam ; caui ne quid facerem. uix uiuo
 miser.

nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.

- 960 DE. at ego expurigationem habebó, ut ne suscenseat.

LY. sequere me. sed exeuntem filium uideo meum. 5

EVTYCHVS LYSIMACHVS DEMIPHO iv

EV. Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciat.
 iam redeo. LY. placet principium. quid agis? quid fit,
 Eutyche?

EV. optuma oportunitate ambo aduenistis. LY. quid
 rei est?

- 965 EV. uxor tibi placida et placatast. cete dextras nunciam.
 LY. di me seruant. EV. tibi amicam esse nullam nuntio. 5

DE. di te perdant ! quid negotist nam, quaeso, istuc? EV.
 eloquar.

animum aduortite igitur ambo. LY. quin tibi ambo operam
 damus.

EV. qui bono sunt genere nati, (si) sunt ingenio malo,

954 eist *Mueller* 958 post 959 *cod.* : *traí. Acidalius* 958 ego
 pol numquam *Scyffert*, *cui ordo ed.* numq. *displicet* uix uiuo miser
Ritschl : uix uiuum ser (*PCD*) *vel* multum miser (*B*) *cod.* 959
 propte *cod.* (*corr. D*²) 960 ego *Ital.* : ergo *cod.* 962 post
 963 *cod.* : *traí. Pylades* (iii. 12) 963 fiet *B* 964 oportuni-
 tatem *cod.* ut uenistis *corr. atu. cod. ut uid.* (aut uenistis *PCD*,
 ut uenistis *B*) 965 cete *Camerarius* : certe *cod.* 966 tibi (iam)
Ritschl, *cui tibi* | am. *displicet* 968 *vel LY., DE.* quid *B* 969
 si *add. Camerarius* (*seq. st, i. e. sunt ; iii. 1*)

suapte culpa †genere capiunt†, genus ingenio inprobant. 970
 10 DE. uerum hic dicit. LY. tibi ergo dicit. EV. eo illud est
 uerum magis.

nam te istac aetate haud aequom filio fuerat tuo
 adulescenti amanti amicam eripere emptam argento suo.

DE. quid tu ais? Charini amicast illa? EV. ut dissimulat
 malus!

DE. ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat. 975
 15 EV. propterea igitur tu mercatu's, nouos amator, uetu' puer?

LY. optume hercle, perge, égo adsístam hinc alterinsecus.
 quibus est dictis dignus usque oneremus ambo. DE. nullu'
 sum.

LY. filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam.

EV. quem quidem hercle ego, in exilium quom íret, redduxi 980
 domum;
 20 nam ibat exsulatum. DE. an abiit? LY. etiam loquere,
 larua?

temperare istac aetate istis decet ted artibus.

DE. fateor, deliqui profecto. EV. étiam loquere, larua?
 uacuom esse istac ted aetate hís decebat noxiis. 983^a

itidem ut tempus anni, aetate alia aliud factum conuenit;

25 nam si istuc ius est, senecta aetate scortari senes, 985

ubi locist res summa nostra puplíca? DE. ei, perii miser!

LY. adulescentes rei agendae isti magi' solent operam dare.

DE. iam opsecro hercl' uobis habete cum porcis, cum
 fiscina.

970 fort. degeneres (ita Colvius) fiunt (pi pro fi) s. c. damnum
 capiunt genus ingenio (cum) i. Ritschl ingenium cod. 972
 aetatem cod. fuerat filio cod. : trai. Bothe, metri causa 973
 emptam argento eripere cod. : trai. Weise 977 (tu) ego Leo
 altr- Ital. 980 ibat (?) Leo (cf. Truc. 381, Conj. pro Ind. post
 cum; i. 9) 981 ibit exulatum P^{CD}: exibat exilium B 982
 vel te (ita cod.) 983 Ev.] vel LY. 983^a a Plauto abiudicat Abraham
 stud. Plant. p. 184 984 aetatem Ital. aliam cod. an alid?
 concedet Lachmann 985 iuus cod. 987 vel mage opera cod.
 988 hercl' suspectum habete uobis Acidalius

Ev. redde illi. DE. sibi habeat, iam ut uolt per me sibi
habeat licet.

990 Ev. temperi edepol, quoniam ut aliter facias non est 30
copiae.

DE. supplici sibi sumat quid uolt ipse ob hanc iniuriam,
modo pacem faciatis oro, ut ne mihi iratus siet.
si hercle sciuissem siue adeo ioculo dixisset mihi
se illam amare, numquam facerem ut illam amanti abdu-
cerem.

995 Eutyche, ted oro, sodalis eius es, serua et subueni : 35
hunc senem para mé clientem ; memorem dices benefici.

LY. ora ut ignoscat delictis tuis atque adulescentiae.

DE. pergin tu autem ? heia ! superbe inuehere. spero ego
mihi quoque
tempus tale euenturum ut tibi gratiam referam parem.

1000 LY. missas iam ego istas artis feci. DE. et quidem ego 40
dehinc iam. Ev. nihil (agis) :

consuetudine animus rusus te huc inducet. DE. opsecro,
sati' iam ut habeatis. quin loris caedite etiam, si lubet.

LY. recte dicis. sed istuc uxor faciet, quom hoc rescuerit.

DE. nihil opust resciscat. Ev. quid istic ? non resciscet,
ne time.

1005 eamus intro, non utibilest hic locus, factis tuis, 45
dum memoramus, arbitri ut sint qui praetereant per uias.

DE. hercle qui tu recte dicis : eadem breuior fabula
erit. eamus. Ev. hic est intus filius apud nos tuos.

DE. optumest. illac per hortum nos domum transibimus.

1010 LY. Eutyche, hanc uolo priu' rém agi quam meum intró 50
refero pedem.

989 illi *Leo* : filio *cod.* habeas *cod.* sibi *alt. del. Guictus*
990 tempere *cod. ut vid.* copia *Guictus* 992 siet *Pylades* : est *cod.*
995 *vel te (ita cod.)* 996 me *del. Guictus* (iv. 3) 997 deliciis *cod.*
1000 missus *cod.* artis feci et *Ital.* : artificiet *cod.* agis *add.*
Lachmann 1005-6 *Lysimacho dat Ribbeck, fort. recte* 1006 arb.
ut] arbitrium *B* : arbitri ubi (*cum sunt*) *Seyffert*

- Ev. quid istuc est? Ly. suam quisque homo rem meminit.
 responde mihi :
 certon scis non suscensere mihi tuam matrem? Ev. scio.
 Ly. uide. Ev. mea fide. Ly. satis habeo. id quaeso hercle,
 etiam uide.
 Ev. non mihi credis? Ly. immo credo, sed tamen metuo
 miser.
- 55 DE. eamus intro. Ev. immo dicamus senibus legem censeo 1015
 priu' quam abeamus, qua se lege teneant contentique sint.
 annos gnatus sexaginta quí erit, si quem scibimus
 si maritum siue hercle adeo caelibem scortarier,
 cúm eo nos hic lege agemus : inscitum arbitrabimur
 60 et per nos quidem hercle egebit qui suom prodegerit. 1020
 neu quisquam posthac prohibeto ádulescentem filium
 quin amet et scortum ducat, quod bono fiat modo ;
 siquis prohibuerit, plus perdet clam (qua)si praehibuerit
 palam.
 haec adeo | uti éx hac nocte primum lex teneat senes.
- 65 bene ualete ; atque, adulescentes, haec si uobis lex placet, 1025
 ob senum hercle industriam uos aequom est clare plaudere.

1013 uideo me fide *cod.* : *corr. Ribbeck* id] sed *Ritschl* 1017
 Ly. annos *cod. ut vid.* 1018 si *Brix* : seu *cod.*, *contra morem*
Plautinum 1019 hac *Bothe* 1021 filia *cod.* 1023 quam (qua)
add. Camerarius prohibuerit *cod.* 1024 *vel ut (ita cod.)* : uolo
Ussing

SCHEMA METRORVM

Amph. Arg. I, II, Prol. Iamb. Senarii

153-158 Iamb. Octonarii

159, 160 Troch. Octonarius

161-172 Ionici (sed 165 duo Cola Reiziana, 166-7
Anapaest. Dimetri)

161 $\cup \cup \acute{\cup} \cup \acute{\cup} | \cup \cup \acute{\cup}$

162 (?) $-\acute{\cup} \cup \acute{\cup} | -\acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \cup \cup \acute{\cup}$

163 (?) $-\acute{\cup} \cup \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \cup \acute{\cup}$

164 (?) $\cup \cup \acute{\cup} \acute{\cup}$

164^a (?) $\cup \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | -\acute{\cup} \acute{\cup}$ (an Colon Reizianum?)

164^b $\acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup$

165 $-\acute{\cup} -\acute{\cup} -\acute{\cup} - || -\acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} \cup -$

168 $\acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \acute{\cup}$

169 $\acute{\cup} \acute{\cup} - | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \acute{\cup}$

170 $\acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup \cup | \acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \acute{\cup}$

171 $\acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \acute{\cup} -$

172 $\acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \acute{\cup}$

173-179 Bacchiaci

179 $-\acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} | -\acute{\cup} \cup \acute{\cup}$

180-218 Iamb. Octonarii

219-247 Cretici, hic illic cum Colis Trochaicis (sed 222

Troch. Septenarius, 247 Troch. Monometer)

223 $\acute{\cup} \cup \acute{\cup} | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} || \acute{\cup} - - \cup \cup | \acute{\cup} \cup -$

233 $\acute{\cup} - \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} || \acute{\cup} \cup - \cup | \acute{\cup} \cup -$

234 $\acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} || \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \cup -$

237 $\acute{\cup} \cup \acute{\cup} || \acute{\cup} \cup - -$

242 $\acute{\cup} \cup \acute{\cup} | \acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} | \acute{\cup} \cup | \acute{\cup} \cup \acute{\cup}$

245 $\acute{\cup} - \acute{\cup} | \acute{\cup} \cup \acute{\cup} || - \cup \cup \cup -$

248-262 Iamb. Octonarii, sed 253-4 Troch. Septenarii

SCHEMA METRORVM

- 263-462 Troch. Septenarii
 463-498 Iamb. Senarii
 499-550 Troch. Septenarii
 551-573 Bacchiaci (sed 572 duo Cola Reiziana)
 572 $\cup \cup \acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} - \parallel \cup \cup \acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} -$
 574 Anapaest. Dimeter Catal.
 575-585^b Trochaici
 586-632 Troch. Septenarii
 633-652 Bacchiaci, sed hic illic cum Colis Reizianis
 634 $- \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} \parallel \cup \acute{\cup} - \acute{\cup} \cup -$
 638 $\cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} - | \cup \acute{\cup}$
 (*vel* $\parallel \cup \acute{\cup} - \acute{\cup} -$)
 639 $- \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} \cup | - \acute{\cup} \acute{\cup} \parallel - \acute{\cup} \cup \acute{\cup} -$
 641 $- \acute{\cup} - \acute{\cup} \cup - \parallel \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | - \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup}$
 646 $\cup \cup \acute{\cup} \cup \acute{\cup} - \parallel - \acute{\cup} \acute{\cup} | - \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | - \acute{\cup} \acute{\cup}$
 650 $- \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} \parallel \cup \cup \acute{\cup} - \acute{\cup} -$
 653 Colon Reizianum
 ($\cup \cup \acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} -$)
 654-860 Troch. Septenarii
 861-955 Iamb. Senarii
 956-973 Troch. Septenarii
 974-983 Iamb. Senarii
 984-1005 Iamb. Octonarii
 1006-1008 Iamb. Senarii
 1009-frag. vi. Troch. Septenarii
 fragg. vii-x. Iamb. Senarii
 frag. xi-1052 Troch. Septenarii
 1053-1085 Iamb. Octonarii, sed 1062 Anap. Tetram.
 Acatal., 1064-5, 1072 Troch. Septenarii, 1073
 Iamb. Dim. Acatal.
 1067-1068 (unum systema)
 $- \acute{\cup} \cup - - | - \acute{\cup} \cup - | \cup \acute{\cup} - \cup \cup | - \acute{\cup} - - | -$
 $\acute{\cup} \cup - - | - \acute{\cup} \cup - | \cup \acute{\cup} \cup - - | - \acute{\cup} \cup \cup$
 1086-1130 Troch. Septenarii
 1131-1143 Iamb. Senarii
 1144-1146 Troch. Septenarii
 Asin. Arg., Prol. Iamb. Senarii
 16-126 Iamb. Senarii

SCHEMA METRORVM

- 127-137 Cret. Tetrametri (sed 133 Choriamb. Tetrameter)
 138-380 Troch. Septenarii
 381-503 Iamb. Septenarii
 504-544 Troch. Septenarii
 545-745 Iamb. Septenarii
 746-829 Iamb. Senarii
 830-850 Iamb. Octonarii
 851-947 Troch. Septenarii
Aul. Arg. I, II, Prol. Iamb. Senarii
 40-119 Iamb. Senarii
 120-134 Bacch. Tetrametri (sed 131 et 133 Bacch. Dim.
 cum Iamb. Dim. Catal.)
 131 $\cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \cup \acute{\cup} \acute{\cup} || \cup \cup \acute{\cup} \cup - | - \acute{\cup} -$
 133 $\infty \acute{\cup} \acute{\cup} \cup | - \acute{\cup} - || - \acute{\cup} \cup - | - \acute{\cup} -$
 135-140 Iambici
 141 Troch. Septenarius
 142, 142^a et 144 Cretici
 143 et 145 Ithyphallici
 146 et 149-154 Anapaestici. (153 Versus Reizianus?)
 147-148 Bacch. Tetrametri
 155 Anap. Monometer cum Colo Reiziano
 156-8 et 160 Versus Reiziani, i.e. Iamb. Dimetri Acatal.
 cum Colis Reizianis
 159 (?) Bacch. Trimeter cum Colo Reiziano
 ($\cup \acute{\cup} \acute{\cup} | \cup \acute{\cup} \acute{\cup} | - \acute{\cup} \cup \acute{\cup} || - \acute{\cup} \cup \cup \cup \acute{\cup} -$)
 161-279 Troch. Septenarii
 280-405 Iamb. Senarii (sed 393 Troch. Septenarius)
 406-412 Trochaici
 412^a Anap. Dimeter Catal.
 413-414 Iamb. Octonarii
 415-445 Versus Reiziani
 446 (?) Ionic. Dimeter cum Colo Reiziano
 ($\acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup \cup | \acute{\cup} \acute{\cup} \cup \cup || - \acute{\cup} \cup \cup \acute{\cup} -$)
 447-474 Troch. Septenarii
 475-586 Iamb. Senarii
 587-660 Troch. Septenarii, sed 660 Octonarius
 661-712 Iamb. Senarii
 713-726 Anapaestici
 727-730 Trochaici

SCHEMA METRORVM

- 731-802 Troch. Septenarii
 803-807 Iamb. Septenarii
 808-823 Troch. Septenarii
 824-826 Troch. Dimetri Catal.
 827-831 Troch. Octonarii
- Bacch.** : frag. i Troch. Octonarius, ii Cret. Tetram., iv Iamb. Senar., viii Bacch. Tetram., x Iamb. Senar., xii Cret. Tetram., xv Iamb. Sen., xvii Cret., xviii-xix Iamb. Senarii
- 35-108 Troch. Septenarii
 109-367 Iamb. Senarii
 368-499 Troch. Septenarii
 500-525 Iamb. Senarii
 526-572 Troch. Septenarii
 573-611 Iamb. Senarii
 612-615 Troch. Octonarii ; 615^a Septenarius
 616-7 Anapaestici
 618 Iamb. Dim. Cat.
 619-20 Bacch. Dim. Acat.
 621-624 Cretici
- 621 $\acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u} || \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u}$
 622, 624 $\acute{u} \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} || \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u}$
 $| \cup \cup \cup \cup$
- 624^a Iamb. Dim. Acat.
 625 Choriambicus $\acute{u} \acute{u} | \acute{u} \cup \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \cup \acute{u}$
- 626-632 Glyconici ; sed 628 Troch. Octonarius
 632^a Iamb. Dim. Acat.
 633 Glyconicus cum Dochmio (— ∪ — — —)
 634 Iamb. Octonarius
 635 Glyconicus
 635^a Dochmius (∪ ∪ ∪ — — —)
 636 Choriambicus Dim. cum Dochmio
(∪ ∪ ∪ — — —)
- 637 duo Dochmii
(— ∪ ∪ — — — || ∪ ∪ — — — —)
- 638 Choriambicus
 638^a, 639^a-9^b Glyconici
 639 Dochmius (— ∪ ∪ — — —)
- 640-2 Troch. Octonarii

SCHEMA METRORVM

- 643-668^a Cretici (653 cum Colo Trochaico): sed 651
 Choriambicus, 652 Dochmius (*vel* Colon
 Reizianum), 662 duo Cola Reiziana; 654-5,
 659-661 Iamb. Dim. Acat., 668^a Cat.
- 643, 645 $\acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u} \cup || \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u}$
 646 $\acute{u} \cup | \underline{\acute{u}} \cup \acute{u} \cup || - \cup \cup \cup -$
 650 $\acute{u} - \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} \cup || \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u}$
 651 $\acute{u} \cup \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \cup \acute{u}$
 652 $- \cup \cup - - \underline{\cup}$
 653 $\acute{u} \cup - \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} || \acute{u} \cup - - | \acute{u} \cup -$
 662 $- \acute{u} \cup \acute{u} - || \cup \acute{u} \cup \cup \acute{u} \cup -$
 663-7 $\underline{\acute{u}} \underline{\cup} \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} || \underline{\acute{u}} \underline{\cup} | \acute{u} \cup \acute{u}$
 668 $\acute{u} - \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} || - \cup \cup \cup -$
 669 Iamb. Senarius
 670 Anap. Dim. Acat. cum Colo Reiziano
 ($\cup \cup \acute{u} - \acute{u} \underline{\cup}$)
- 671-760 Troch. Septenarii, sed 673 Versus Eupolideus,
 ut vid.
- 761-924 Iamb. Senarii
 925-952 Iamb. Octonarii
 953-955 Troch. Octonarii; 956 Septenarius
 957-978 Iamb. Octonarii: sed 963-4, 969-972^a Trochaici
 979 Glyconicus ($- \cup \cup - \cup \cup - \cup \cup -$) cum Ithy-
 phallico ($\acute{u} \cup \acute{u} \cup \acute{u} -$)
 980 duo Glyconici
 $- - - - \cup \cup - || - \cup \cup - \cup \cup \cup \cup -$
- 981-6 Troch. Octonarii, sed 984 et 986 Septenarii
 987-988 Iamb. Octonarii
 988^a Versus Reizianus
 989-990^a Glyconici
 991-994 Troch. (991, 994 Septenarii, 992-3 Octonarii)
 995-6^a Iambici
 996^a $- \acute{u} \cup - || - \acute{u} \cup \cup \acute{u} -$ (Colon Reizianum)
- 997-1075 Iamb. Senarii
 1076-1108 Anapaestici
 1109-1115 Cretici
 1112 $\acute{u} \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \underline{\acute{u}} || - \cup \cup \cup -$

SCHEMA METRORVM

- 1116 Anap. Dim. Acat.
 1117-1119 Troch. Septenarii
 1120-1140^a Bacchiaci, sed 1124 Versus Reizianus
 1120 $\underline{\cup} \cup \cup \cup \cup | \cup \cup \cup \cup | - \cup \cup \cup \cup || \cup \cup \cup | - \cup \cup \cup$
 1121^a $\cup \cup \cup \cup || \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$
 1127 $- \cup \cup \cup | \cup \cup \cup \cup || - \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$
 1128 $\cup \cup \cup \cup \cup | \cup \cup \cup \cup \cup || - \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$
 1137 $- \cup \cup \cup | \cup \cup$
 1139 $- \cup \cup \cup || \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$
 1140^a $\cup \cup \cup \cup || \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$
 1141-1148 Troch. Septenarii
 1149-1206 Anapaestici
 1207-1211 Troch. Septenarii
Capt. Arg. Prol., 69-194 Iamb. Senarii
 195-202 Iambici, sed 201 Troch. Octonarius
 203 vel Iamb. Octonarius vel Troch. Septenarius
 204-207 Cretici, sed 206 Iamb. Dim. Acat.
 204 $\cup \cup \cup | \cup \cup || \cup \cup \cup | \cup \cup$
 207 $\cup \cup \cup | \cup \cup \cup$ cum Ithyphallico $\cup \cup \cup - \cup \cup \cup$
 208-9 Troch. Octonarii
 210-223 Cretici: sed 215 Troch. Octonarius
 212 $\cup \cup \cup | \cup \cup \cup$ cum Ithyphallico $\cup \cup \cup \cup \cup \cup -$
 214 cum colo $\cup \cup \cup$
 217 $\cup \cup | \cup \cup \cup || \cup \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$
 224-225 Iamb. Septenarius et Octonarius
 226-230 Bacch. Tetram.
 231-2 Anap. Dim. Cat. cum Iamb. Dim. ut vid.
 231 $\cup \cup \cup \cup \cup - | - \cup \cup - || - \cup \cup - | \cup \cup \cup$
 232 $- \cup \cup - \cup \cup | - \cup \cup - || \cup \cup \cup \cup - | - \cup \cup \cup -$
 233 Iamb. Dim. Cat.
 234-239 Cretici
 240-360 Troch. Octonarii (240-1) et Septenarii
 361-384 Iamb. Senarii
 385-497 Troch. Septenarii
 498-507 Bacchiaci: sed 498 et 500 Anap. Dim. Acat.,
 502-3 Troch. Octonarius, 507 Iamb. Dim. Cat.
 cum Bacch. Dim. Acat.
 506 $\underline{\cup} \cup \cup \cup | \cup \cup \cup$ quater

SCHEMA METRORVM

- 507 — ′ ◡ — | — ′ — || ◡ ′ ′ ◡ ′ ′
 508 Anap. Tetram. Acat.
 (?) 509-512 Trochaici (509-11 cum Colo Reiziano)
 509 ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ — | ′ ◡ — || ◡ ′ ◡ ◡ ′ —
 510 ′ ◡ — — | ′ ◡ — || ◡ ′ ◡ ◡ ′ —
 511 ′ ◡ — ◡ ◡ | ◡ ◡ — — — || — ′ ◡ ′ ◡ ◡
- 513-5 Iamb. Senarius et Septenarius
 516-524 Iamb. Octonarii, 524 cum Monometro
 525-532 Troch. Octonarii et Septenarii, sed 525 Dim.
 Acat., 530 et 532 Iamb. Senarii
 533-540 Iamb. Octonarii, sed 534-535 Troch. Tetrametri
 541-658 Troch. Septenarii
 659-767 Iamb. Senarii
 768-9 et 775 Troch. Septenarii (cf. 772)
 770-1, 773-4, 776-80 Iamb. Octonarii
 781-790 Bacch. Tetram., sed 784 Iamb. Dim. Cat.
 788 ◡ ′ ◡ ◡ | ◡ ′ ′ || ◡ ′ | — ◡ ◡ ′
 790 ◡ ′ ′ | ◡ ′ || — ◡ ◡ | ◡ ′ ′
- 791-832 Troch. Septenarii
 833-4 Iamb. Octonarii
 835-6 Cretici
 836 ′ — ◡ ◡ | ′ ◡ ′ | ′ ◡ ′ || ′ ◡ | ′ ◡ ′
 837 Iamb. Septenarius
 838-908 Troch. Septenarii
 909-921 Iamb. Octonarii
 922-927 Bacch. Tetram.
 927 — ′ | ◡ ′ ′ || ◡ ′ ′ | ◡ ′ ′
 928-929 Troch. Octonarii
 930-1036 Troch. Septenarii
- Cas.** Arg., Prol., 89-143 Iamb. Senarii
 144-6 Bacch. Tetram.
 147-50 Cret. Dim. cum Bacch. Dim. (vel cum Ithyphallico)
 151-4 Cretici
 155 Bacch. Trim. cum Cret. Dim. ut vid.
 156-7 Bacch. Tetram.
 158 Cret. Tetram.
 159 Troch. Dim. Acat.
 160 Cretic. Dimeter

SCHEMA METRORVM

- 161 Choriamb. Dimeter
 162-3 Bacch. Tetram.
 164 Cola Reiziana
 165-7 Anapaestici
 168-9 Cret. Tetram. ut vid.
 170-1 Iamb. Dim. cum colo — ∪ ∪ — —
 172-3 Anap. Dim. cum eodem colo
 174-5 duo Cola Reiziana
 176-7 Iamb. Senarius
 178-9 Anap. Dim. Acat.
 180-1 Bacch. Tetram. ut vid.
 182 Anap. Tetram.
 183-4 Bacchiaci
 183 — ♂' | ∪' —
 183^a ∪ ∪ ∪ ∪' | ∪ ∪'
 185-195 Cret. Tetram., sed 195 Trim.
 195 — ∪ | — ∪ ∪' | — ∪ ∪'
 195^a et 197-8 Iamb. Dim. Acat.
 196 et 199-202 Cretici
 203 Choriamb. Tetram.
 — ∪ ∪ — | — ∪ ∪ — | — ∪ ∪ ∪ ∪ | — ∪ ∪ ∪ —
 204-12 Anapaestici
 ? 213-4 Glyconici (213 cum Ithyphallico, 214 cum Dochmio)
 (— ∪ — ∪ ∪ — ∪ — || — ∪ ∪ — ∪ —
 — ∪ — ∪ ∪ ∪ ∪ — — || — ∪ — ∪ ∪ — —)
 215-6 Cret. Tetram. Cat.
 217-8 Trochaici
 219-28 Anapaest. Tetram.
 229-31 et 236 Iamb. Octonarii
 232-5 Cret. Tetram.
 237 Cret. Dim. cum Troch. Dim. Cat.
 238-46 Troch. Octonarii
 247 Cret. Tetram.
 248 Dochmii ut vid.
 249-50 Glyconici
 (— — — ∪ ∪ — — — || — ∪ ∪ — ∪ ∪ — — —)
 251 Iamb. Octonarius
 252-308 Troch. Septenarii
 309-352 Iamb. Senarii
 353-423 Troch. Septenarii

SCHEMA METRORVM

- 424-514 Iamb. Senarii
 515-562 Troch. Septenarii
 563-620 Iamb. Senarii
 621-7 Cret. Tetram.
 628 Cret. Dim. cum Troch. Dim. Cat.
 629 Choriamb. Tetram.
 630-3 Troch. Octonarii
 634 Choriamb. Tetram.
 ? 635-6 Versus Eupolideus
 (— ∪ — — ∪ ∪ ∪ — ∪ — — ∪ — — ∪)
- 637-40 Iamb. Octonarii
 641-3 Cret. Tetram.
 644 Versus Diphilius (— ∪ ∪ — ∪ ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪ —)
 645 Choriamb. (∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ | —)
 646-7 Troch. Octonarius
 648-76 Bacchiaci ; sed 660-1 Anap. Dim. Acat.
 658 ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | — ∪ ∪
 659 ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 662 — ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 ? 663 — ∪ ∪ | ∪ ∪ || — ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 665 ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | — ∪ ∪ ∪
 673-4 — ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ | — ∪ ∪ ∪ || — ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 675 ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | — ∪ ∪ ∪
- 677-83 Trochaici
 684-705 Bacch. Tetram.
 685 ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 691 ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ || — ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪
 694 — ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | — ∪ ∪ ∪
 695 — ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 702 — ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ || ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪
 703 — ∪ ∪ | ∪ ∪ || — ∪ ∪ | — ∪ ∪ ∪
 706-7 Troch. Octonarii
 708-17 Anapaesto-Iambici (∪ ∪ — ∪ —)
 718 Anap. Monom. Cat.
 719-28 Anap. Tetram. Acat., 723 cum Colo Reiz. ut vid.
 ? 729-9^a Cret. Monom.
 ? 730 Cret. Dim. cum Colo Reiziano (∪ ∪ ∪ ∪ —)

SCHEMA METRORVM

- 731-2^a Anap. Monom. (vel Ionici, cum *med* v. 731)
 733 Glyconicus (○○○-○○-○-)
- 734-6 Anap. Tetram. Acat.
 737-9 Bacch. Tetram.
- 740-740^a Anap. Monom. (vel Ionici)
 741-5 Anapaestici
 746-50 Glyconici ut vid. (fort. 746-7 Versus Diphilius, om. *ego*)
 ? 751 Iamb. Dim. Acat.
 752-5^a Cola Reiziana
 756 Iamb. Dim. Acat.
 756^a-7^a Cola Reiziana
 758 Iamb. Dim. Acat.
 758^a Colon Reizianum
 759-97 Iamb. Senarii
- 798-814 Troch. Septenarii; sed 800 et 808 Glyconici
 815-6 Versus Priapeus (etiam 799?)
 (---○○---○- || -○-○○-≡)
 817 Ionic. Trim. (┘┘○○|┘○┘○|┘○┘-)
- 818 Bacch. Dim. Acat.
- 819-22 Anap. Tetram. Acat.
 823 Anap. Dim. Acat.
 824 Ithyphallicus
 825 Iamb. Septenarius
 826 Versus Reizianus
 827-8 Bacch. Tetram.
 829 Anap. Dim. Acat.
 830 Ithyphallicus
- 831-2, 834-5, 837, 839-40, 842 Bacchiaci
 833, 836, 838 Iamb. Dim.
 841 Anap. Dim. Acat.
 843-5 Cola Reiziana
 846 Glyconicus ut vid.
 847-54 Iamb. Senarii
 855-68 Bacch. Tetram.; sed 859 Troch. Octonarius, 865
 Troch. Septenarius
 872 Troch. Septenarius
 873 Cret. Tetram. (┘○┘|┘○○||┘○|┘○○)
- 874 Colon Reizianum
 875-82 Anap. Tetram.
 883-4, 886, 888^a Cretici

SCHEMA METRORVM

- 888^b Ithyphallicus
 889-91 Anap. Tetram.
 ? 892-5 Glyconici cum Dochmiis
 (u u - u u - - u u - || u u u u - -
 u u - u u u u - u - || - u - u -)
 ? 896 Duo Cola Reiziana cum Anap. Monom.
 (u ' - - ' - - || u ' u u u - || u u ' u u u)
 897-8 Iamb. Octonarius
 ? 899-900 Colon Reizianum
 901 Versus Reizianus
 ? 902 Bacch. Tetram.
 (- u u u | u u ' || - u u | - u u) (an Versus Diphilus ?)
 906-6^a Cret. Monom.
 908-9 Glyconici cum Dochmiis
 910-3 Dochmii, ut vid.
 914 Glyconicus
 915-6 Troch. Octonarius
 ? 917-8 Versus Eupolideus
 (u - - u u - u u - u u u u - - - u)
 919 Choriamb. Dim. ut vid.
 920 Bacch. Tetram.
 921, 930-3 Troch. Septenarii, 922 Octonarius
 ? 934-5 Glyconici cum Colis Reizianis
 (u u - - u u - u u || - ' u u ' -
 - - u - u u u u - || - ' u u u u -)
 ? 936 Glyconicus cum Dochmio
 (- - u u - - u - || - u u - u u -)
 937-41 Glyconici
 942 Duo Cola Cretica
 (' u | ' u ' || ' u | ' u ')
 949 Troch. Dim. Cat.
 950-3 Cret. Tetram.
 952-3 ' - ' | ' u ' || ' u | ' u u
 954-6 Glyconici cum Dochmiis
 ? 957 Troch. Septenarius
 958 Colon Reizianum
 ? 959-62 Glyconici cum Colis Reizianis
 (- u - u u - u u - || - ' u u ' -
 - u - u u - u - || - ' u u ' -)

SCHEMA METRORVM

963-1018 Troch. Septenarii

Cist. Arg. Iamb. Senarii

1-4 Bacch. Tetram.

4 - ˘ ˘ ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ || ˘ ˘ | - ˘ ˘ ˘

5-7 Troch. Tetram.

8 Troch. Dim. Acat. cum Colo Reiziano

(˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘)

9 Iamb. Dim. Cat.

10 Anap. Dim. Acat.

11-13 Bacch. Tetram.

? 14-15 Troch. Trim. Acat. cum Cret. Dim. Acat., ut videtur

16 Colon Creticum (˘ ˘ | ˘ ˘ ˘)

17-18 Troch. Octonarii

19-21 Bacch. Tetram.

22 Troch. Septenarius

23 Bacch. Tetram.

24 Troch. Dim. Cat.

25-6 Anap. Tetram. (25 Acat., 26 Cat.)

27-8 Trochaici (27 Septenarius, 28 Octonarius)

29-31 Bacch. Tetram.

32 Troch. Dim. Cat.

33 Troch. Septenarius

34-7 Bacch. Tetram.

35 ˘ ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ || ˘ ˘ | - ˘ ˘

38-58 Iamb. Septenarii

59-119 Troch. Septenarii

120-202 Iamb. Senarii

203-29 Anapaestici

231-53 Troch. Septenarii

273-304 Iamb. Senarii

305-73^a Iamb. Septenarii

374-408 Iamb. Senarii

449-52 Iamb. Octonarii

453-535 Troch. Septenarii, sed 463-4 Iambici

536-630 Iamb. Senarii

631-70 Troch. Septenarii

671 Anap. Tetram. Cat.

SCHEMA METRORVM

672 Cret. Tetram.

($\acute{u} \cup \cup \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \cup \acute{u}$)

673-7 Bacchiaci

677 $\cup \acute{u} \acute{u} | \cup \acute{u} \acute{u} | \cup \acute{u}$

678-9 Anap. Tetram. Acat.

680-7 Bacch. Tetram.

688-9 Anap. Dim. Acat.

690-1 Cret. Tetram.

692-6 Bacchiaci (695 cum Colo Iambico ut vid.)

694 $\cup \cup \acute{u} \acute{u} | - \acute{u} \acute{u} | - \acute{u} \acute{u} | \cup \acute{u}$

695 $\cup \acute{u} \acute{u} | \cup \acute{u} \acute{u} | - \acute{u} \acute{u} || - \acute{u} \cup | - \acute{u} \cup$

696 $- \acute{u} \acute{u} | \cup \acute{u} \acute{u} | - \acute{u} \cup \acute{u} || \cup \acute{u} | - \acute{u} \acute{u}$

697-703 Anapaestici

704-46 Iamb. Septenarii

747-73 Iamb. Senarii

774-87 Troch. Septenarii

Cure. Arg., 1-95 Iamb. Senarii

96-7 Versus Diphilii

96 $- \cup \cup - - - - - \cup \cup - - - -$

97 $- \cup \cup - \cup \cup - - - \cup \cup - \cup \cup -$

97^a Anap. Dim. Acat.

98-8^a Iamb. Dim. Acat.

99-100 Cret. Tetram.

? 101-2 Dact. Trim. Cat. cum Colo Iambico ($- \acute{u} \cup -$)

103-4 Versus Reizianus, ut vid.

($\cup \cup \acute{u} \cup - | \cup \acute{u} \cup \cup - || - \acute{u} \cup \cup \acute{u} -$)

105-9 Cret. Tetram.

110-10^b Iamb. Septenarii

111-2 Troch. Dim. Cat.

113 Bacch. Tetram.

113^a Cret. Dim.

114 Troch. Dim. Acat.

115-6 Bacch. Tetram.

116 $- \acute{u} \acute{u} | \cup \acute{u} \acute{u} || \cup \acute{u} | - \acute{u} \acute{u}$

117-8 Cret. Tetram.

117 $\acute{u} - \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} || \acute{u} \cup | \acute{u} \cup \acute{u}$

119 Cret. Tetram. cum Ithyphallico

($\acute{u} \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} | \acute{u} \cup \acute{u} || \acute{u} \cup \cup \cup \acute{u} -$)

120-20^a Dochmii vel Dactyl. Trim. Cat.

SCHEMA METRORVM

- 121-2 Anap. Dim. Acat. cum Colis Reizianis
 (— ∪ ∪ ∪ — 121)
 (∪ ∪ — ∪ ∪ ∪ ∪ — 122)
- 123-5 Iamb. Septenarii
- 126-32 Anap. Tetram. Acat.
- 133 Cret. Tetram.
- 134 Troch. Dim. Acat.
- 135 Cret. Tetram.
- 136 Glyconicus vel Dactyl. Tetram. Cat.
- 137 Troch. Dim. Acat.
- 138-46 Anapaestici
- 147-54 Cret. Tetram.
- 155-7 Glyconici cum Dochmiis (— ∪ — ∞ ∞)
- | | |
|---|--|
| 158-215 Troch. Septenarii | 7-8 Iamb. Octonarii |
| 216-79 Iamb. Senarii | 9 ^a -17 Trochaici (9 ^a Ithyphallicus?) |
| 280-370 Troch. Septenarii | 18-22 Iamb. Octonarii |
| 371-461 Iamb. Senarii | 23 Troch. Septenarius |
| 462-86 Troch. Septenarii
(486 <i>fort.</i> Iamb. Octon.) | 24 Iamb. Senarius |
| 487-532 Iamb. Septenarii | 25 ^a -6 Trochaici |
| 533-634 Troch. Septenarii | 27-8 Iamb. Dim. Acat. |
| 635-78 Iamb. Senarii | 29-36 Trochaici |
| 679-729 Troch. Septenarii | 37-43 Iamb. Octonarii |
| Epid. Arg. Iamb. Senarii | 44-5 Troch. Septenarii |
| 1-2 Troch. Septenarii | 46-7 Iamb. Senarii |
| 3-6 Troch. Dim. Cat. | 48-9 Iamb. Octonarii |
| | 50-1 Troch. Septenarii |
| | 52 Cret. Dim. |
| | 52 ^a -6 Trochaici |
| | ? 57 Versus Eupolideus |
| | (∪ ∪ ∪ ∪ — ∪ — — ∞ — ∪ — ∪ — ∪ —) |
| 58-65 Iambici | 87-7 ^a Cret. Monom. |
| 66-74 Trochaici (sed 67, 68 ^a Cretici, ut vid.) | 88 Troch. Septenarius |
| 75-6 Cret. Dim. | 89-9 ^a Cret. Monom. |
| 77-84 Troch. Octonarii et Septenarii | 90 Troch. Septenarius |
| | 90 ^a Troch. Dim. Cat. |
| | 91 Troch. Septenarius |
| 85-5 ^a Cret. Monom. | 92-2 ^a Cret. Monom. |
| 86 Troch. Septenarius | 93 Troch. Septenarius |

SCHEMA METRORVM

- | | |
|--|---|
| <p>94-4^a Cret. Monom.
 95 Troch. Septenarius
 96-6^a Cret. Monom.
 97 Troch. Septenarius
 ?98 Choriambus
 98^a Cret. Monom.
 168-9 Cret. Tetram.
 169 $\acute{u} \cup \cup \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} \cup \acute{u}$
 170 Colon Reizianum ut vid.</p> | <p>99-163 Troch. Septenarii
 164 5 Iamb. Octonarii
 166-6^a Troch. Trim. Cat.
 167 Colon Reizianum ut
 vid.</p> |
| <p>171-2 Anap. Tetram. Acat.
 173-6 Cret. Tetram.
 177 Iamb. Senarius ut vid.
 178 Cret. Tetram.
 179-80 Iamb. Septenarii
 327-8 Cret. Trim. Acat. cum Ithyphallico
 ($\acute{u} - \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} - \acute{u} \cup -$)
 329 Troch. Octonarius
 330 Cret. Trim. Acat. cum Troch. Dim. Cat.
 ($\acute{u} - \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} \acute{u} \cup \acute{u} \acute{u} \cup - - \acute{u} \cup -$)
 331-2 Iambici (331 Octonarius, 332 Septenarius)
 333 Troch. Septenarius
 334 Iamb. Octonarius
 335 Cret. Tetram.
 336-8 Iamb. Septenarii
 ? 339-40 Versus Priapei
 339 $- - \cup \cup - - \cup \cup - - \cup - - - -$
 340 $- \cup \cup - \cup \cup - \cup \cup - - - - - - -$
 341-81 Iamb. Septenarii
 382-525 Iamb. Senarii
 526 Troch. Octonarius
 527-30 Bacchiaci
 531-2 Iamb. Octonarii
 533-6 Glyconici
 537 Choriamb.
 ($\acute{u} \cup \cup \acute{u} \acute{u} \cup \cup \acute{u} \acute{u} \cup \cup \acute{u} - - \acute{u} \cup \cup \acute{u}$)
 538-9 Cret. Tetram.
 540^a-1 Anapaestici
 541^a Iamb. Octonarius
 542-3 Glyconici</p> | <p>182-189, 194, 195 Iambici
 190-305 Troch. Septenarii
 306-19 Iamb. Senarii
 320-3 Cret. Tetram.
 324-6 Trochaici</p> |

SCHEMA METRORVM

- ? 544 Cret. Tetram. cum Colo Reiziano
 (— ∪ ∪ — | — — | ∪ ∪ ∪ — | — ∪ ∪ — || ∪ ∪ — — ∪ ∪ —)
- 545-6 Glyconici cum Colis Reizianis
 545 — ∪ ∪ — — — ∪ — || — ∪ ∪ — —
 546 ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ — ∪ ∪ — || ∪ ∪ ∪ ∪ —
- 547-733 Troch. Septenarii
- Men. Arg., Prol., vv. 77-109 Iamb. Senarii**
 110 Choriamb. Tetram.
 111 Glyconicus cum Ithyphallico
 — ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ — || — ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ —
- 112-3 Cret. Tetram.
 114 Duo Glyconici
 — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ — || — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ —
- 115-8 Cret. Tetram.
 119 Troch. Octonarius
- 120-2, 128-9, 131-4 Iambici
- 123-7, 130, 135-225 Troch. Septenarii
- 226-350 Iamb. Senarii
 351 Anap. Dim. Acat.
 352 Iamb. Dim. Acat. cum Anap. Monom.
 353 Anap. Trim. Acat.
 354-6 Iambici
 357-8 Anapaestici
 359 Iamb. Senarius cum Colo Reiziano
 (∪ — — — | — — ∪ — | ∪ — ∪ — || — — ∪ — —)
- 360 Iamb. Dim. Acat.
 361-4 Anap. Dim. Acat.
 365 Iamb. Dim. Acat.
 366 Colon Reizianum (— ∪ ∪ — — ∪ —)
- 367-8 Anap. Tetram. Acat.
- 369-465 Troch. Septenarii
- 466-570 Iamb. Senarii
 571-9 Bacchiaci, sed 577 Colon Reizianum
 580 Cret. Tetram.
 581-3 Bacchiaci
 581 — ∪ ∪ — | ∪ — — | ∪ —
- ? 582 ∪ — — | ∪ — — | ∪ — — | ∪ — || — — | ∪ — —
- 584 Versus Reizianus (vel Iamb. Dim. Acat. cum Bacch. Dim. Acat.)

SCHEMA METRORVM

- 585 Iamb. Senarius
 586 Glyconicus cum Dochmio
 (— ∪ — — — ∪ ∪ — || — ∪ ∪ — ∪ —)
- 587 Bacch. Tetram.
 588 Anap. Tetram. Acat.
 589-92 Trochaici
 ? 593 Glyconicus cum Dochmio
 (— ∪ — ∪ ∪ — ∪ — || — — — ∪ —)
- 594-5 Trochaici
 595^a-600^a Iamb. Dim. Acat.
 601 Troch. Septenarius
 602-3 Anap. Tetram. Cat.
 604-700 Troch. Septenarii
 701-52 Iamb. Senarii
 753-72 Bacchiaci
 762 — ′ ′ | ∪ ′ ′ | — ′ ′ | ∪ ∪
 763 ∪ ′ ′ | ∪ ′ ′ || ∪ ′ | — ′ ′
 763^a — ∪ ∪ ′ | ∪ ′ ′ || ∪ ′ | ∪ ′ ′
 764 ∪ ′ ′ | — ′ ′
 771 ∪ ′ ′ | — ′ ′ || — ′ | — ′ ∪
- 773-4 Troch. Octonarius
 775-871 Troch. Septenarii
 872-98 Iamb. Senarii
 899-965 Troch. Septenarii
 966-71 Bacch. Tetram. Acat. et Cat.
 ? 972 Iamb. Senarius
 ? 973 Versus Eupolideus (— ∪ — ∪ — ∪ ∪ — — — — ∪ — ∪ —)
 ? 974 Bacch. Dim. Cat. (— ∪ ∪ ′ | ∪ ′)
 975 Bacch. Tetram.
 976 Iamb. Dim. Acat.
 977-9 Troch. Tetram.
 980 Iamb. Septenarius
 981 Colon Reizianum (— ′ ∪ ∪ ′ —)
 982 Troch. Octonarius
 983-4 Anapaestici
 985 Duo Glyconici (∪ ∪ — — — — ∪ — || — ∪ — ∪ — ∪ —)
 986-7 Iamb. Octonarii
 988-94 Troch. Septenarii

SCHEMA METRORVM

- 995-1005 Iamb. Octonarii
 1006 Iamb. Dim. Acat.
 1007 Troch. Octonarius
 1008-59 Troch. Septenarii
 1060-2 Iamb. Octonarii
 1063-1162 Troch. Septenarii
Merc. Arg. I, II, Prol. Iamb. Senarii
 111-33 Iamb. Octonarii (sed 117, 129-31 Trochaici)
 134 Iamb. Senarius
 135-6 Iamb. Dim. Acat.
 137-40 Iamb. Octonarii
 141-224 Troch. Septenarii
 225-334 Iamb. Senarii
 335-6 Bacch. Tetram.
 337 Anap. Dim. Acat.
 338 Bacch. Tetram.
 339 Anap. Dim. Acat.
 340 Bacchiacus ($\cup \acute{ } \acute{ } | \cup \acute{ } \acute{ } || \cup \acute{ } | - \acute{ } \cup \acute{ }$) vel
 Anap. Dim. Acat.
 341 Troch. Octonarius
 342-55 Bacch. Tetram.
 356 Troch. Octonarius
 357-8 Bacch. Tetram.
 359 Troch. Octonarius
 360-1 Bacch. Tetram.
 362-3 Troch. Octonarii
 364-498 Troch. Septenarii
 499-543 Iamb. Septenarii
 544-87 Iamb. Senarii
 588-666 Troch. Septenarii
 667-829 Iamb. Senarii
 830-1026 Troch. Septenarii

OXFORD CLASSICAL TEXTS

GREEK

All prices are net

	Cloth	India Paper
AESCHYLUS. G. G. A. Murray	7s	6d
ANTONINUS. J. H. Leopold	4s	
APOLLONIUS RHODIUS. R. C. Seaton	4s	
ARISTOPHANES. F. W. Hall, W. M. Geldart		10s 6d
I. <i>Ach., Eq., Nubes, Vesp., Pax, Aves.</i> Second edition	4s	6d
II. <i>Lys., Thesm., Ran., Eccl., Plutus, Fragmenta.</i> Sec. ed.	4s	6d
ARISTOTLE. I. Bywater, F. G. Kenyon		
<i>De Arte Poetica.</i> Second edition	3s	
<i>De Caelo</i>	7s	6d
<i>Ethica.</i> (On quarto writing paper, 10s. 6d.)	5s	
<i>Atheniensium Respublica</i>	3s	6d
BUCOLICI GRAECI. U. v. Wilamowitz-Moellendorff	4s	6s
DEMOSTHENES		
I. <i>Orationes I-XIX.</i> S. H. Butcher	5s	6d
II. i. <i>Orationes XX-XXVI.</i> S. H. Butcher	4s	6d
II. ii. <i>Orationes XXVII-XL.</i> W. Rennie	4s	6d
III. <i>Or. XLI-LXI; Proemia; Epistulae.</i> W. Rennie	6s	15s
EURIPIDES. G. G. A. Murray		15s
I. <i>Cyc., Alc., Med., Heracl., Hip., Andr., Hec.</i>	4s	6d
II. <i>Suppl., Herc., Ion, Tro., El., I. T.</i> Third ed.	4s	6d
III. <i>Hel., Phoen., Or., Bacch., Iph. Aul., Rhesus</i>	4s	6s
HELLENICA OXYRHYNCHIA <i>cum Theopompi et</i> } <i>Cratippi fragmentis.</i> B. P. Grenfell, A. S. Hunt }	5s	6d
HERODOTUS. K. Hude. Second edition		
I (Books I-IV)	5s	6d
II (Books V-IX)	5s	6d
HOMER		15s
I-II. <i>Iliad.</i> D. B. Monro, T. W. Allen		
Books I-XII. Second edition	4s	6d
Books XIII-XXIV. Third edition	4s	6d
III-IV. <i>Odyssey.</i> T. W. Allen		
Books I-XII. Second edition	4s	6d
Books XIII-XXIV. Second edition	4s	6d
V. Hymns, &c. T. W. Allen	5s	6d
HYPERIDES. F. G. Kenyon	4s	6d
LONGINUS. A. O. Prickard	3s	6d

GREEK (cont.)

All prices are net

Cloth India Paper

4s 6d

8s 6d

LYSIAS. K. Hude

PINDAR. C. M. Bowra

PLATO. J. Burnet

- | | | |
|---|-------|-------|
| I. <i>Euth., Apol., Crit., Ph.; Crat. Tht., Soph., Polit.</i> Ed. 2 | 7s 6d | } 20s |
| II. <i>Par., Phil., Symp., Phdr.; Alc. I, II, Hipp., Am.</i> Ed. 2 | 7s 6d | |
| III. <i>Thg., Chrm., Laches, Lysis; Euthd., Prot., Gorg., Meno; Hp. Ma. et Min., Io, Mnx.</i> | 7s 6d | |
| IV. <i>Clitopho, Respublica, Timaeus, Critias</i> | 8s 6d | } 20s |
| <i>Republic sep. (4to with margin, 12s 6d; I. P., 8s 6d)</i> | 7s 6d | |
| V. <i>Minos, Leges; Ep., Epp., Def., Spuria</i> | 9s 6d | |

SOPHOCLES, *Fabulae.* A. C. Pearson

6s 6d 8s

THEOPHRASTUS, *Characteres.* H. Diels

4s 6d

THUCYDIDES. H. Stuart Jones

Books I-IV

4s 6d

Books V-VIII. Second edition

4s 6d } 10s 6d

XENOPHON. E. C. Marchant

I-V

21s

I. *Historia Graeca*, Ed. 2, and III. *Anabasis*

each 4s

II. *Libri Socratici* and IV. *Institutio Cyri*

each 4s 6d

V. *Opuscula*

7s 6d

LATIN

ASCONIUS. A. C. Clark

4s 6d

CAESAR, *COMMENTARII.* R. L. A. Du Pontet

10s

I. *Bellum Gallicum*

3s 6d

II. *Bellum Civile*

4s

CATULLUS. R. Ellis

3s 6d

With *Tibullus* and *Propertius*

10s 6d

CICERO

EPISTULAE. L. C. Purser

21s

I. *ad Fam.*

7s 6d

II. *ad Att., Pars i (1-8), Pars ii (9-16)*

each 5s 6d

III. *ad Q. F., ad M. Brut., Fragm.*

4s

ORATIONES. A. C. Clark and W. Peterson

I. *Rosc. Am., I. Pomp., Glu., Cat., Mur., Cael.* Clark 4s

II. *Pro Milone, Caesarianae, Philippicae.* Clark. Ed. 2 4s

III. *Verrinae.* Peterson. Second edition 5s

IV. *Quinct., Rosc. Com., Caec., Leg. Agr., Rab. Perduell., Flacc., Pis., Rab. Post.* Clark } 4s

V. *Post Reditum, De Domo, Har. Resp., Sest., Vat., Prov.* } 4s

Cons., Balb. Peterson

VI. *Tull., Font., Sull., Arch., Planc. Scaur.* Clark 3s 6d

LATIN (*cont.*)

*All prices are net
Cloth India Paper*

CICERO (*cont.*)

RHETORICA. A. S. Wilkins			
I. <i>De Oratore</i>	4s		
II. <i>Brutus, &c.</i>	4s 6d		
HORACE. E. C. Wickham. Ed. 2. II. W. Garrod	4s	6s	
ISIDORI ETYMOLOGIAE. W. M. Lindsay. Two vols.	20s	25s	
LIVY. R. S. Conway and C. F. Walters			
Books I-V	7s 6d		
Books VI-X	7s 6d		
Books XXI-XXV	6s		
Books XXVI-XXX R. S. Conway and S. K. Johnson	8s 6d		
LUCRETIUS. C. Bailey	5s	7s 6d	
MARTIAL. W. M. Lindsay	7s 6d		
NEPOS. E. O. Winstedt	3s		
OVID, <i>Tristia, Epistulae ex Ponto, &c.</i> S. G. Owen	4s		
PERSIUS and JUVENAL. S. G. Owen. Second ed.	4s		
PHAEDRUS, <i>Fabulae.</i> J. P. Postgate	6s		
PLAUTUS. W. M. Lindsay			
I. <i>Amphitruo-Mercator</i>	7s 6d	} 16s	
II. <i>Miles Gloriosus-Fragmenta</i>	7s 6d		
PROPERTIUS. J. S. Phillimore. Ed. 2. (I.P., see Catullus)	4s		
STATIUS			
<i>Silvae.</i> J. S. Phillimore. Second edition	4s 6d		
<i>Thebais and Achilleis.</i> H. W. Garrod	7s 6d		
TACITUS			
<i>Annales.</i> C. D. Fisher	7s 6d	} 16s	
<i>Historiae.</i> C. D. Fisher	5s		
<i>Opera Minora.</i> H. Furneaux	3s		
TERENCE. W. M. Lindsay and R. Kauer. Second ed.	5s	7s 6d	
TIBULLUS. J. P. Postgate. Ed. 2 (I.P., see Catullus)	3s		
VELLEIUS PATERCULUS. R. Ellis	5s		
VIRGIL. Sir Arthur Hirtzel	4s 6d	6s	
APPENDIX VERGILIANA. R. Ellis	5s		

The Oxford Greek Testament, 5s net (I. P. 7s 6d net; on quarto writing paper 12s 6d net); Dr. Souter's Pocket Lexicon to the above, 3s 6d net (I. P. 5s 6d net); The New Testament in Latin, 3s net (I. P. 4s 6d net).

All prices are subject to alteration without notice

OXFORD UNIVERSITY PRESS
Amen House Warwick Square London, E.C. 4







**PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET**

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
